HORTUS AUGUSTISSIMI NOMINIS MARIA, VARIIS AREOLIS, ET AROMATIBUS...

Lucas Fernandez de Ayala, Luigi Bentivegni

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
36 D
24
B 248

Digitized by Google

Digitized by Google

HORTVS
AVGVSTISSIMI NOMINIS
MARIA

VARIIS

AREOLIS, ET AROMATIBVS
MORALIBVS CONSITVS.

SIVE

ELVCIDATIO AD VERBA
Lucæ 1. num. 27. *Et NOMEN Virginis*
MARIA.

AVTHORE

Fr. LVCA FERNANDIO DE AYALA MVRCIENSI,
Ordinis Prædicatorum Prouintiæ Bæticæ Lectore, ac Sanctæ
Inquiſitionis Commiſſario.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

AD

REVERENDISSIMVM ADMODVM P. M. F. THOMAM
Turco, Generalem Ordinis Prædicatorum.

Quadruplici Indice, 1. Sacræ Scripturæ Authoritatum, 2. Areolarum, & Aromatum, 3. Materiarum, 4. Ad Conciones Aduentus, & Quadrageſſimæ per vtili.

CVM PRIVILEGIO.

MATRITI, *Ex Typographia* IOANNIS SANCHEZ,
Anno M. DC. XLVIII.

Expenſis Petri Coello Bibliopolæ.

AD USUM FR. A. FUNTIV.

6. 36. b. 24

ERRATA.

FOl.5.lin.1,Duces,dic,*Ducis*. Fol.15. lin.32.morturus, dic, moriturus. Fol.24.lin.8.montem,dic,mentem. Fol.32.lin.20.honerem, dic, honorem. Fol.77.lin.22 arbor,dic,arborem. Fol.108.lin.31.doctiſsimus, dic, doctiſsimis. Fol.225.lin.15.Paradyſo,dic,Paradyſum. *F*ol.251.lin.2. mundo,dic,inmundo,& lin.27.vocalius ſumbeunt, dic, vocalium ſubeunt. Fol.256.lin.32 relinquitur,dic,relinquit,ibi, in titulo Aromatis adde regula. *F*ol.258.lin.37.ex hæc,dic,ex hac,ibi,mirabilis,dic,mirabiles. Fol.179.lin.18.nominis,adde vi.

Hic liber inſcriptus, *Hortus Auguſtiſsimi Nominis Mariæ, varijs Areolis, & Aromatibus Moralibus conſitus*: demptis his mendis ſuo exemplari fideliter reſpondet. Matriti, die 20. menſis Auguſti, Anno Domini 1648.

Lic. D. Carolus Murcia de la Llana.

T A S S A.

TAſſaron los ſeñores del Conſejo eſte libro intitulado, *Hortus Auguſtiſsimi Nominis Mariæ, varijs Areolis, & Aromatibus Moralibus conſitus*, cuyo Autor es el Padre fray Lucas Fernandez de Ayala, Lector en ſanta Teologia, y Comiſſario del ſanto Oficio de la *I*nquiſicion a quatro marauedis cada pliego, el qual tiene ſetenta pliegos, con principios, y tablas, que al dicho precio monta ducientos y ochenta marauedis, como mas largamẽte conſta del teſtimonio de Pedro *F*ernandez de Herran, que queda en ſu poder. Su fecha en Madrid a 1. de Setiembre.

ILLV

REVERENDISSIMO P. N. Fr. Thomæ Turco, M. Generali Ordinis Prædicatorum.

MAGNIFICA nominis Mariæ pluribus haud dubiè referti ſacramentis, quam litteris in lucem prodeunt, quin, niſi ſub luce tua, Reuerendiſsime Pater, ſubſtinui aliquantulum temporis, palam euulgare. arcebat tremor, detinebat animus, egregia tantorum virorum noſtri temporis erga Deiparam lucubrationes timorem incutiebant, deterrebant me, qui cum tantis atlantibus nulla ex parte conferendas ſentebã. Occurrit Auguſtinus, qui in hoc rerum genere, nec maioribus inuidendum, nec minoribus deſperandum, ſcitè docuit. Hic Hortulus, qualiſcumque ſit, pietati, ac fidelium deuotioni patefit: ſed te, ſtrictiſſimo iure, inter cunctos Mecœnatem acclamat, Patronum quærit, ſub cuius antiquiſsimo, ac clariſsimo generis, nominis fulgere, virtutum ſplendidiſsimo ſidere, ſine arrogantiæ inſimulatione aſpirare valebit.

Multa mihi ſanè occurrere, quibus me continere, nec potui, nec debui, quin lætitia geſtiens, & exultans ad te ſolum hoc labore meo adirem, ac ſupplex cordis mei tantillum munuſculum efferens, in Patronum aduocarem. Non latet, in noſtra Religione Prædicatorum, quam modo exactiſsimè moderaris, ſalutiferis inſtruis diſciplinis, omnium plauſu Pater, Paſtor, vſque admiraculum pijſſimus, pietatem, & cultum erga nomen Mariæ ſemper comitijs generalibus conſuluiſſe, ordinationibus mandaſſe, priuatim, ac publice ardentem dilectionem exhibuiſſe.

Hac ergo cauſa, & quia bona filiorum ad Patrem iuridice reddũnt, leg. Placet 39. ff. de acquirend. hæreditat. tuus, tuus, hortulus iſte ingenioli mei fœtus, innata propenſione ſinum tuæ magnitudinis, vt flumina ad mare, leuia ſurſum, deorſum grauia exambit. Cuius ad ſtudioſos, ad litterarum cultores, ad pietatis negotia, ad Eccleſiæ iura tuenda affectus ita eminet, ita in aliorum exemplar lucet patrocinium, vt ad hanc vnam virtutem, non genuiſſe te, ſed effinxiſſe natura videatur. Totus hoc prædicat orbis, oues tuæ ingenti lætitia prop-

Digitized by Google

lant, Religio noſtra Eccleſiaſticorum columnam, proborum coronam, litteratorum præmium, auarorum ruinam, inſoleſcentium obicem, ſceleratorum ſupplicium venditat, & merito, quia tam exactum Ecc.eſiaſtici gregis vigilantiſsimum Paſtorem nec vidit prior, nec audiuit poſterior ætas.

Omne nobilior luſtro tibi gloria ſoli
Contigit, exactum nunquam memorata per Euum,
Te cuncta loquetur
Tellus: te varijs ſcribent in floribus horæ,
Longaque perpetui ducent in ſæcula faſti.

Claud. in Panegyr. Prob.

Certe, hæc maiori plectro, altiorique cothurno digna erant; ſed ne modeſtiſsimæ tuæ celſitudini moleſtus ſim, vt ſacra cũ ſilentio, attentione potius, quam plauſu venerabor. Accipe, accipe ergo, clariſsimum noſtri Ordinis ſidus, hoc tenue, pauperculum opus, & inter alios, quos adſpicis Doctorum labores, pro tua benignitate hunc adſtare patere, Authorem ſub gratia tua protege, ſub famulatu humiliari permittas; cuius vitam Deus O. M. pro Eccleſia authoritate, Religionis vtilitate diu fœlicem ſeruet, & incolumem.

Minimus V. Reuerendiſsimæ Paternit. obſequentiſsimus filius.

Fr. Lucas Fernandez de Ayala.

LE-

Digitized by Google

LECTORI MEO.

EN, Lector, breui digeſta epilogo, ac paruo reducta compendio, quæ non niſi magno diſpendio immenſis voluminibus ſparſa reperies. En Auguſtiſsimi nominis *Maria* Magnalia, quæ PP. diuina dulcedine modulantes, varijs ac diuerſis colinearunt locis; paucis aperta, breuibuſque in vnum patefacta. Fateor, quòd multi in accinendis Marianis laudibus curſum fœliciſsimum confecere: multi eius eminentiſsimam dignitatem exorſi ſunt, alij cœlicam vitam, non nulli in homines eius efficacem vmbram, aliqui egregiam maternitatem omni ſublimiorem cęlo. Ego autem inter cunctos inferior, tenebris ignorantiæ obrutus propriæ, quid ni expaueſcam in fulgentiſsimam *Mariam*, eiuſque vitam ſolaribus radijs puriorem, Angelicumque fulgorem euincentem, audacter intendere?

Amplectar Seraph. Doct. in ſuo pſalt. conſulentem, quôd ſi eius eminentiſsimam dignitatem referre, non poſsimus, ſaltem eius perdulciſsimum perſonet nomen. Quod, ſanè digniſsimũ eſt, vt per cuncta creaturarum ora indeſinenter volitet. Sic concinè prodidit Damaſc. orat. de laudibus Deiparæ, eius parentem Annam commendans: *Verè beata es, ac ter beata, quæ beatitudine donatam à Deo infantem, hoc eſt, Mariam, nomine quoque ipſo magnopere venerandam peperis, &c.* Profectò veneranda Maria pręſtantia diuinæ Maternitatis, veneranda impolluti vteri potentia, veneranda gratiarum, ac priuilegiorum cumulo, veneranda dominio, ac tartarorum pauore. *Nomine quoque ipſo,* (teſte Damaſceno) *magnopere veneranda.* Ob cuius laudes protinus ipſa cœlorum Regina in noſtras neceſsitates ſubleuãdas, flectitur. *Ille ſolus* (accinebat Melifluus) *O Virgo beata, tuas laudes ſileat, qui, te fideliter inuocatam, cenſerit, vnquam in ſuis neceſsitatibus ſibi defuiſſe; & quid mirum ſi inuocata adeſt, quæ etiam non vocata præſto adeſt: &c.* Hac ergo cauſa in nomine Auguſtiſsimo Maria in præſentiarum calamus ſiſtet; (Alia cætera priuilegia enodare, altioris ſpiritus opus) dumtaxat ad tãtæ appellationis excellentiam, ſanctitatem, virtutem, diuitias, delitias, cultum omnes aduocare, omnes allicere, conatus ſum.

Damaſc.

S. Bern.

Memini, Seraphicum Præceptorem immenſum Sacræ Scripturæ Occeanum, variaque in eam volumina, ac commentaria

con-

conſiderantem,& frequenter peculium ſtudentium pauperum excedentia,opus conſtrictum, quod ipſe *concordantias pauperũ* appellat,excogitaſſe;quibus egenorum ementium ſumptus facultatibus pares redderētur,& Philologus alioqui laborans, & ſæpe vagans multum leuaretur. Non diſsimiliter, perpendens egregia volumina *M*arialia,quæ indies prodeunt,quibus interdum de Mariano nomine aliqua annectuntur, & quôd ad illa euoluenda,nec humanæ vitæ breuitas, nec pauperum impenſæ ſufficiant, hunc hortum NOMINIS MARIA elaborare decreui,qui pauper in cunctis à pauperibus facilè mutuari poſſit. Accipe,deambula, Aromata,& flores excerpe,in cultis hortulano parce,qui in tui obſequium ſupplex obſigno.

HORTVLVS iſte parit fructum cum flore peremnem,
Cum fructu florem colige,carpe duo,

Cen-

Digitized by Google

CENSVRÆ ET FACVLTATES.

EX commiſsione Ordinarij approbauit hunc librum Doctor Sancius Perez Colodro Eccleſiæ Cartaginenſis Canonicus *M*agiſtralis, ex Supremi Caſtellæ *S*enatus, R.P.M. Fr. Franciſcus Suarez, Regius Eccleſiaſtès Ordinis *S*. Auguſtini; ex obedientia Reuerendi admodum P.M. Fr. Ioannis de los Angeles, Prouintialis Bæticę, Ordinis Prædicatorum Reuerendi PP. Fr. Ioannes Galiciano *M*agiſter, & frater Benedictus Alphonſus Prædicator generalis, & ſanctæ Inquiſitionis Qualificator. Inſuper adeſt licentia Ordinarij Carthaginenſis: Regia facultas *P*hilippi IV. Hiſpaniarum Regis R P. Fr. Lucæ Fernãdez de Ayala, vt nullus præter ipſum typis audeat mandare hũc librum, quod amplius Regio diplomate continetur apud Antonium Aloſſa Redatte, Die 16. Auguſti anno Domini 1640.

FACVLTAS REVERENDI ADMODVM P. Prouincialis Bæticæ Ordinis Prædicatorum.

FRater Ioannes de los Angeles Magiſter, ſupremæ Inquiſitionis Qualificator, Prouinciæ Bæticæ Ordinis Prædicatorum, humilis Prior Prouincialis ac ſeruus, facultatem concedo, vt typis mandetur liber, cui titulus eſt, *Hortus Auguſtiſsimi Nominis Mariæ, varijs Areolis, &c.* à P. Fr. Luca Fernandez de Ayala Lectore compoſitus, & de mandato R.A.P. Fr. Petri Mãrique de *I*neſtroſa, olim Prouinciali Bætico, diligenti examinatione, grauique iudicio Patrum aprobatus. In quorum fidem has literas manu noſtra ſubſcripſimus, noſtri officij ſigillo munitas dedimus, noſtro Conuentu S. Dominici de Palma, die Februarij 10. Anno Domini 1647.

Fr. Ioannes de los Angeles,
Prior Prouincialis.

Fr. Laurentius de Herrera.
Præd. Gen. Præſ. & Soc.

THE.

THEMA OPERIS ILLVSTRANDVM.

Et NOMEN *Virginis* MARIA. Lucæ 1. verſ. 27.

EX quo cœlos cum filio ſuo regnatura conſcendit Maria, induta decore, induta pariter fortitudine præcinxit ſe, mirabiles elationes maris ſolo nutu, ſolo NOMINE compeſcitura. Mare quippè præſentis ſæculi nauigantes, ſe que plena fide MARIAM inuocantes ab impetu procellæ, & ventorum rabie eruit, eoſque ſecum ouantes ad litus fœliciſsimæ patriæ perducit, &c. *Ex Amadeo, hom.* 8 *de laud. Mariæ.*

NEc fruſtra conſueuit Eccleſia interceſsionem B. Virginis affectuoſius cæteris implorare; ita, quôd audito eius NOMINE MARIA, genua terræ affigat; immò pro nominis reuerentia quaſi mare confragoſum ſonent vota populorum, &c. *Hæc* P*etrus Bleſenſis ſerm.* 28. *Aſſumpt B. Mariæ.*

PRO LIBRI INSCRIPTIONE.

DIlectus meus deſcendit in HORTVM ſuum AD AREOLAM AROMATVM, vt paſcatur in Hortis, & lilia colligat, &c. *Cantic.* 6.

HORTVS planè delitiarum eſt Maria, quam non ſolum afflauit veniens, ſed etiam perflauit ſuperueniens Auſter ille diuinus, vt vndique fluant AROMATA illius; &c. *S. Bernardus ſerm. de Natiuit. Virginis.*

PRO MORALITATIBVS ex mente Theodoreti, ibi.

DIlectus meus tamquam in HORTVM ſuum deſcendit in creaturã, hoc eſt, vt oues ratione præditas regat, & nutriat per ſcientiam, atque virtutem in natura, tùm intelligibili, tùm ſenſibili, in quibus virtutum rationes, ac modi tãquã in HORTIS quibuſdam conſiti ſunt. *Hæc Doctor.*

Digitized by Google

AREOLA PRIMA.

VETVSTAS, TYPVS, ETHYMON, ALIÆQVE PRÆCLARISSIMI NOMINIS *MARIA* INTERPRETATIONES ENODANTVR.

AROMA PRIMVM.

Vetuſtas, & typus nominis Mariæ enucleantur.

ANTIQVVM ſane, ac per vetuſtum nomē hoc apud Hebræos extitit, illi inquam mulieri quondam inditum, quæ multo antè vrbē conditam, & primam Olympiadem, adeóque ante Troiam captam, ex Hebræis parentibus *Amram*, & *Iocabet* nata puellares tunc annos exceſsit, cum Hebræa gens ab Ægyptijs immaniter diuexata, per mare rubrum, Deo imperante, ac Moyſe fratre ſuo Duce, profugit. Quæ ergo tempeſtate, iſta per celebris apud ſuos extitit, ſummorum hominum Moyſi, & Aaronis germana ſoror, ac nobilis Propheti ſa, in

cantandiſquè Deo preconijs probè aſsiduâ. Hæc, ſuis Iſraelitis glorioſè triumphantibus, cùm Ægyptiaci hoſtes, Pharao Rex maris fluctibus obruti, oppreſsiquè iacerent, tympanum arreptum pulſauit, Deoquè victori gratias publicè retulit; qui ſua potentia, potentiquè brachio excelſo, fortiquè manu crudeles aduerſariorum copias deleuit, genſquè Hebræa mare rubrum ſico pede incolumis tranſijt & ex miſera ſeruitute ad notam, diuquè expectatam fœlicitatem peruenit.

Tunc iſta Moyſi ſoror, & gratam Deo, alijſque fœminis, quaſi ducē, & ante ſignanam ad laudes Deo ſummo decantandas præbere ſe voluit.

Vetuſtate ergo iſtius mulieris gaudet nomē Mariæ; cū in ſacra pagina nulla alia vetuſtior reperiatur Mariæ appellatione. Cōtinet ergo ſuæ vetuſtatis annos 3158. nam à Moyſe, & egreſſu populi Iſrael de Ægypto, annus milleſimus quingēteſimus decimus cōputatur vſque ad Chriſti Domini ortū, & natiuitatē: & ab iſta ad annū præſentē, annus milleſimus ſexcenteſimus quadrageſimus octauus. Quare à prima voce iſtius Mariani nominis continet ter milleſimū centeſimū quingenteſimū octauum annū vetuſtatis. Quo anno, menſe Aprilis die 24. plenilunij Niſan quintadecima, manè die Iouis, & fortè eadē hora egreſsionis populi de Tyrannide Ægyptiaca ſacra teſtatur pagina, quod ſumpſit Maria Propheriſa tympanum in manu ſua, & gratulabunda ſuauiſsimum illud carmen: *Cantemus Domino, &c.* præcinebat. Nuſquam antè hoc tempus tale nomen auditum eſt, quod poſteatam apud Ethnicos, quā apud Gentiles, & notum & per celebre extitit.

Et quidē admiratione reperimus, Ethnicos olim in ſumma rerū admiratione verſatos longè ante Chriſti Domini ortum, ac Meſſiæ aduentum, etiam è ſuis Sybillis de Mariæ nomine didiciſſe: nā Sybilla Erithræa, ex Erytha Ioniæ vrbe, quam Apollodorus Erytheus ſuā conciuē appellat, magni habita à Feneſtella authore diligentiſsimo, & quod magis eſt à B. Clemente Papa I. & D. Aug. libro 18. de Ciu. Dei c. 23. cum de Meſsia noſtro multa prædicet, & hoc de eius matre, expreſſo Mariæ nomine, luculenter canit.

Sybilla. *Apollodor.* *Feneſtel.* *S. Clemens* *D. Auguſt.*

Et breuis egreſſus Mariæ de Virginis aluo,
Exorta eſt noua lux.

Accedat etiam oraculum, quod tanti fecerunt Ethnici, vt illud æreis litteris in marmore impreſsis conſcribi, & in ſuperiori portæ limine omnibus proponi, curauerint. Quare multo etiam tempore poſteris conſeruatum eſt. Apollo ab Argonautis vetuſtiſſimis rogatus, eius templum, quod conſtruere conabantur, cui di care-

caretur? Mariæ ſacrandum, Apollinis oraculum prædicit; de quo Plinius natural. Hiſtor. lib. 30. cap. 1. quod oraculum ab Apolline recitatum, è Græco in Latinum vertit Guillelmus Xylander ſic. Plinius.

Aſsidua ſublime decus virtute parente,
Atque vnum, ſic mando, Deum, qui cuncta gubernat Guillelm.
Cæleſti reſidens ſolio, colite, atque timete,
Illius æternum Verbum, anteque ſæcula Verbum
Neſcia Virgo viri, quondam partu tenera edet,
Qui velut igniferis impulſa ſagitta procellis,
Edomitum reddet pro munere mundum;
Huius quam Mariæ nomen manet alma
Agnoſcet templum proprium tibi ritè dicatum.

Ex hoc ſatis autem perſpici poteſt Dei admiranda ſapientia, qui ſanctum Mariæ nomen, non Hebræis ſolum (vti diximus) verum etiam cæcis, & impijs Ethnicis maturè patefecit, aut ſaltem aliquam de futura Meſsiæ matre, ac eius appellatione lucem eminùs, oſtendit, ſimulque arcana fidei noſtræ myſteria, multo magis (quam plerique putant) nonnullis ſubinde prodit. Cui Virgini, expreſſo eius nomine; ac templa conſtrui ſummo opere optauit. Quæ multo ante Chriſti tempora euenerunt, & vſque ad ea diuinæ gratiæ vlla ſtetit ſacratiſsimi nominis appellatio.

Narrat inſuper Martinus Polonus in ſuputatione, imperante Federico II. Romanamque Sedem moderante Honorio III. anno 1210. Iudæum quendam Toleti, cum vineæ ſuæ collendæ cauſa, terram foderet; vetuſtiſsimum librum lingua triplici ſcriptis reperiſſe, in quo hæc continebantur verba: *Filius Dei naſcetur ex Virgine Maria, & pro ſalute hominum patietur.* Martinus Polonus.

Et anno primo Conſtantini Sexti Imperatoris cum Irene parente, qui fuit ſeptingenteſimus octuageſimus, Adriano primo Pontifice Maximo, Conſtantinopoli agricola exercens terram, agriſq; proprijs culturam adhibens, ſepulcrũ detexit, & cadauer, ſupra cuius pectus aurea lamina Græco idiomate exarata, hæc referens: *Chriſtus naſcetur ex Virgine Maria, credo in eum; ſub Conſtantino, & Irene, ô Sol, iterum me videbis.* Sic Zonaras, Cedrenus, Illeſcas. Belarminius, & Gordonus addunt repertũ fuiſſe prope mœnia Taraſiæ. Zonaras. Cedrenus. Illeſcas. Belarmini. Gordonus.

Ex quibus teſtimonijs compertum habemus, non ſolũ ex Hebræis, & in illa eorum ex Ægypto egreſsione, verùm ex Sybillinis oraculis, & aliunde nonnullam nominis Mariæ notitiam, longè antequam ipſa luce communi frueretur, apud gentes viguiſſe.

Digitized by Google

Hæc autem Prophetiſa appellatione Maria, quæ tympanū manu tenens alijs mulierum choris præcinebat, præclariſsimum noſtræ Deiparæ Mariæ typum geſſiſſe, concors Patrum ſententia tenet. Illa vtique Moyſi legiſlatoris ſoror, hæc ſummi Chriſti veri Sacerdotis, & legiſlatoris ſoror, ſimul & mater, teſte Ambroſio in ſecundum caput Lucæ & epiſtola 81. illa propheticum accepit ſpiritum vetere lege, hæc noui teſtamenti primam egit Prophetiſam, & ante Ioannē diuino affecta ſpiritu vaticinatur, illa tympano viſa, hymnum piè cantauit & alias cantare, docuit, ad prædicandam Dei gratiam, qui ſuum populum in libertatem aſſeruiſſet, hæc autem in Modulandis Dei laudibus abſolutiſsima per celebris extitit tympaniſtria, &c. Vt Auguſtinus dilucidat ſermone 17. de Domini natiuitate.

Ambroſius *Auguſtin.*

Sed inter alia, quibus hæc duæ Mariæ aſsimilātur, & illa principaliùs typum iſtius præſefert; vnum mihi occurrit, quôd ſicut illa viam ſalutis præbuit; ita iſta noſtræ præuia ſalutis inuenitur; quod eleganter Chryſologus excogitauit ſermon. 146. ſic effatus: *Et vt ſemper Maria humanæ præuia ſit ſalutis, populum quem vnda generans emiſit in lucem, ipſa iure præceſſit in cantico.*

Chryſolog.

Vtiquè quemadmodum Maria illa mulierum choros præcedebat, ita & Deipara Virgo ad prædeſtinationem vniuerſorum locum ſternit.

Cui accinit Ambroſius in exhortatione ad Virgines. Eius hæc extant verba: *Multas fœminas Scriptura diuina in lucem euexit, palmam tamen publicæ ſalutis ſolis Virginibus dedit; in veteri teſtamento terra, ac mari clauſis, Hebræorum populum virgo per maria pedes duxit, in Euangelio authorem mundi, & Redemptorem Virgo generauit.* Hucvſque Ambroſius. Apponius libro 6. in commen. ad Ioannem has duas Marias principes Virginum celebrat, illa in veteri, hæc in nouo teſtamento. Quæ primum ſponſæ Eccleſiæ genas mirādas ob corporis integritatem efficere, cœperūt. Quod de noſtra Deipara fides aſtruit, de alia verò præter Apponium, Gregorius Nizenus ex plácitis illuſtrium Doctorum comprobat.

Ambroſius *Apponius.* *Greg. Nizen.*

Addit ſententiæ præfatæ calculum, ac eorum iudicio ſubſcribit Sanctus Antoninus Archiepiſcopus Florentinus, cuius verba quarta parte Hiſtor. cap. 14 parr. 2. accipe: *Fuit autem* (ait) *figurata hæc beata Maria, quantum ad nomen, in Maria ſorore Moyſi, & Aaron. Illa enim tranſito mari rubro cecinit cum magno gaudio: Cantemus Domino glorioſè, &c. Et iſta Maria non ſolum Mater, & ſoror affectu ſed & natura Summi Sacerdotis, Ieſu Chriſti,*

S. Antoni.

&

& Ducis populi Iſrael populi fidelis poſt primam natiuitatem in vtero intelligens, in ſui initio proſtratum Pharaonem infernalem cum ſuis, Deo gratias agens, dixit: Magnificat anima mea Dominum; & in mari rubro paſsionis filij cognoſcens mortem noſtrã per mortem filij deſtructam, & diabolum proſtratum in reſurrectione filij, pro noſtra liberatione mente Domino decantauit gratias agens; & ad hoc omnes inuitans, & amaricatos per pœnitentiam, ex amaritudine peccatorum egredientes ad litus ſalutis ſuſcipiens. Hæc præſul Florentinus. Vbi eleganter conſpicitur Mariæ Moyſi ſororis ad noſtram Deiparam proportio, ſimilitudo; & quod illa iſtius fuerit exacta repræſentatio, per pulcher typus, naturalis vmbra; & quod certè ex illius appellatione noſtræ Deiparæ nomen impoſitum fuerit.

Typus tandem (vt Chryſologo placet præfato loco) ſtetit illa vetuſtior Maria noſtræ Deiparæ; quia præuia fuit ſalutis gẽtis Hebræorũ, & ſicut non voluit Deus vt conſequeretur ſalus, obtineretur libertas, abſente Maria, Moyſi ſorore; ſic ſinè Maria Deigenitrice, neque ſalus, neque libertas elargitur. *Chryſolog.*

Ioſue 10. Habitatores Gabaon vrbis ab aduerſarijs obſeſſæ, miſerunt ad Ioſue, qui tunc in caſtris apud Galgalas morabatur, & dixerunt ei: *Ne retrahas manus tuas ab auxilio ſeruorum tuorũ, aſcende cito, & libera nos, ferquè præſidium, &c.* Aſcendit Ioſue de Galgalis, & omnis exercitus bellatorum cum eo, viri fortiſsimi, & vt triumpharet de hoſtibus Ioſue, nõ ſolùm Sol ſtetit, ſed etiam Luna: *Steteruntquè Sol, & Luna*, ait ſacra pagina, *dum vlciſceretur ſe gens de inimicis.* Vt quid ſtat Luna? Nonne ſufficiebat ſtare Solem, vt excluſis tetris tenebris in lucem darentur inimici? perpulchrè ſoluit quæſitum, ac exenterat nodum Tertullianus lib. 5. carmin. in Mariam. *Ioſue 10.*

Solem cum Luna ſtatuit dum vinceret hoſtem, &c.

Vt hinc diſcat Chriſtianus, quorum ſibi debet parare auxilium, & viam ſalutis dirigere, cum de cunctis inimicis triumphare, cupit. Sanè Sol, nempe Chriſtus abſque Luna, ſcilicet Maria, ſalutẽ non impertitur, auxilium non præbet. Crede mihi, hoſtem humani generis non vincimus, niſi nobis ſiſtamus Solem cum Luna, Chriſtum cum Maria; quippè ſine Maria non vult Ieſus aduerſarium debellare. *Tertulian.*

AROMA II. IN MORVM REGVLAM.

Semita non trita nonnunquam itinerantium laquei.

Iſaias. ISaias Propheta capitulo ſexto. Semitas antiquas, viaſque tritas, & diucalcatas, vtpotè tutiores, & totius perditionis expertes maximè commendat. *State ſuper viam, & interrogate de ſemitis antiquis, & ambulate in eis. & inuenietis requiem animabus veſtris.* Semper nouitates de veritate ſuſpectæ fuere, antiquitaſque, quo longior, ſecurior. Semita, quę totis viribus amplectenda, eſt, quam Eccleſia tradit, ſanctorumque Patrum emolumenta confirmant. Hæc prorſus certa, & ſecura, nonquam alij, nouis placitis adhærentes, cum neque muſas à limine ſalutauerint, nec pedem ex inſcitiæ tenebris excuſerint, ignari, & indocti multis propinant.

Quid enim infœlicius, quid enim miſerius, quam quòd ille, qui nondum inſcitiæ vincula ſoluit, nec prima tyrocinij litterarum rudimenta vix depoſuit, iam iam in moribus quaſi magiſterij laurea decoratus, nouas vias, ignotas ſemitas, quæ neque à patribus traduntur, nec vllo roboris fundamento fulciuntur, edocere. Fugite ergo has vias, & vetuſtati adhærentes, interrogate de ſemitis antiquis; hoc Deo placens, hominibuſque tutum exiſtit.

Sanctus Petrus Damianus opuſculo 35. cap. 3. in quæſtionem vocat: *Cur in imaginibus picturarum per vniuerſas adiacentes Romæ prouincias, Petrus, qui primus eſt, ad ſiniſtram, Apoſtolus autem eius Paulus conſtituitur ad dexteram, cum iuxta vulgarem ſenſum hoc verus ordo depoſcat, vt Petrus, qui Senatus Apoſtolici Princeps eſt, dextrum Domini latus, Paulus verò, qui iunior eſt, ſiniſtrum iure poſſideat?*

Alij quæſitum diluunt, eo quod D. Apoſtoli Pauli electio à Chriſto glorioſo, Petri verò, ab ipſo adhuc paſſibili, peracta fuerit.

S. Pet. Damian. Sanctus Petrus Damianus ſic ſatisfacit: *Non ergo immerito filius dextræ Paulus vocatur, per quem omnis gentium multitudo, quæ ad dexteram Dei ponenda eſt, ad fidei ſacramenta colligitur.* Et mox ſubdit: *Rectè igitur, Paulus dextri iuxta Redemptorem lateris obtinet dignitatem, quid vtiq; dexteræ, non ambigitur, exercere virtutem propter vibrantem oris ſui gladium, quo omnem hæreſum peſtem inſilientem iugulat, quamuis iunior a dextris colocan-*

ndus eſt, & antiquo Petro anteferendus. Pulchra ſolutio, elegãs
ntentia.

Sed reddo ad honorem exhibitum à Præfato Doctore priſti
: conſuetudini; quàm tanti facit, vt eam omittere, durum & ir-
religioſum cenſeatur. Quare accipe quæ ſubdit, *ſed durum eſt val*
, vt abſtinemur, quia tam egregium, tamquè famoſum Apoſtolicæ
ci poſitionis ordinem inconſultè, atque inconſideratè deuota Deo,
religioſa vetuſtas admiſſerit. Ac ſi diceret. Etſi hæc deſtera præ-
ntia Paulo collata primo intuitu dura appareat, non tamen re
obanda, nec vllo modo rejicienda, quia religioſa vetuſtas eam
nfirmat, antiquitas venerabilis comprobat.

Sed proh dolor! quanti inſurgunt noui Doctores vtriuſ-
e ſexus, nouas impoſturas, noua dogmata inuſitatas ſemitas li-
ntes: quas neque à Deo receperunt, neque ſanctorum, ac erudi-
um doctrinis inuenerunt, neque priſca ætas reperijt, nec nouæ
pientium admiſit. Hi igitur collationibus ſuis veritatem in ab
ndito peſsimè corrumpunt, virtutum religionem prophanãt,
id infima detrudi loca, parati ſunt.

Merito ſuper iſtos venit illud: *Væ Iſaiæ* 10. Æternæ damna- *Iſaias.*
nis præſagium, *qui condunt leges iniquas, & ſcribentes iniuſti-*
m ſcripſerunt. Ex Septuaginta transfertur: *Væ ſcribentibus ini-* *Septuag.*
tatem, ſcribentes enim, iniquitates ſcribunt. Ac ſi dicat: Væ cõ-
ites nouas traditiones, veritatem Euangelicam, ſemitamque
ctorum adulterantes, vt ſimplici, & incauto veneno falſitatis
ciant. O vos indocti, qui nondum grammaticæ rudimenta pri
ſuxiſtis, & iam faſtigium magiſterij animarum aſcenditis! O
mulierculæ, quæ neentes inter puellarum choros, nec legen-
nec intelligentes, turture loquatiores, diuina rimari, non ve-
ini, & ea, quæ Paulo arcana elloqui, non licebat, ſcrutari, ac
utere vultis. O vos hypocritæ, artificio ſimulationis eruditi,
ficta religione, ſimulata pietate, inhumanam laudem, ſtudio
mbrato agimini, & ſuggeſtu diabolico, non Dei, humana cor-
ahere, conamini!

d vos Pſeudo Magiſtros dirigitur elegans Baſilij ad præfatũ
m elucidatio: *Sunt* (ait) *qui maximopere affectant videri au-*
s hæſitandarum hæreſum, quare nouas quaſdam doctrinæ mol-
tes cõminiſcũtur præter rectã Scripturæ intelligentiã, ſuam ip-
s malitiam, & improbitatem prodentes ſcriptis ... Aduerſus
torquetur, & peruenit hoc, væ, in hos, inquam, qui patres ſunt
eminis ſcientiæ, ac ſcribæ impiorum dogmatũ. Hæc Baſilius.
uid tantis verbis elegantius? Amplectamur ſanctorum Pa-

Digitized by Google

trum trita veſtigia, fidei noſtræ firmiter adhærentia. Sic Eccleſiæ ſemitas inſectantes, in diluuium perditionis non dilabemur.

Geneſ. Geneſis 7. Omnis ſubſtantia, quæ erat ſuper terram ab homine vſque ad pecus, tam reptile, quàm volucres, cunctaque animantia propter peccata hominum deleta ſunt. *Remanſit autem Noe ſolus, & qui cum eo erant in arca.* Quare qui cum eo erant, in arca tantummodo ſalui facti ſunt? Pulchrè Gaudentius ſermone vndecimo, quia arca erat typus Eccleſiæ, & eorum qui ad firmam adheſionem fidei demorantur. *Periiſſe, conſtat* (ait) *in illo diluuio omnes ipſius temporis homines, præter eos, qui intra arcam, quæ typum gerebat Eccleſiæ, reperiri meruerunt. Similiter etiam nunc, ſalui eſſe non poterunt, qui ab Apoſtolica fide, ab Eccleſia Catholica fuerint alieni. Elaboret autem ſtudio vnuſquiſque noſtrum, permanere in domo Domini, exercens opera perceptæ gratiæ congrua.* Sic Gaudentius. Hoc elaborandum homini, vt permaneat in domo Domini, non diſcurrendo per inauditas vias, nec tranſverſo pede à limine Matris Eccleſiæ, nec à Patrum tabernaculis; ne in mortiferum præcipitium, aut ingēs diluuij pelagus detrudatur. *Gaudent.*

Liber Geneſ. Conſultiſsimè perfecit vidua illa, 3 Regum decimoſeptimo, quæ charitatis gratia tot bona ab hoſpite ſuo Elia recepit. Hæc tandem filium amiſit, ad Eliæ pedes oboluta luctum ſuum exponit; cui Propheta: *Da mihi filium tuum.* Tulitque eum de ſinu eius, & portauit in cœnaculum, vbi ipſe manebat; ibi puer ad vitam reuocatur, matrique viuus redditur. Itaque ſuſcitandus in matris gremio, ſinuque inuenitur, de quo tollitur ad vitam. Fœlix ille, cui etſi mori contingat, tamen in ſinu matris moritur, nam ibi in ſinu eiuſdem matris, ſcilicet Eccleſiæ, ſi ab ipſa non recedat, vitā inueniet, mors fugabitur. Aptè Gilbertus Abbas ſermone decimoſexto in Cantica: *Non expedit tibi* (ait) *extra materni ſinus ambitum reperiri, ne fortè non tollat verus Elias in cubiculum ſuum.* Huc vſque Gilbertus. *Gilbertus Abb.*

Habes ergo vbi viuas, & vbi moriaris. In matris ſinu, in maternis brachijs, hoc eſt, intra Eccleſiam, ac Sanctorum Patrum trita veſtigia, viuis; extra illam peris, vitam amittis, alitum perdis.

Matth. Matthæi decimoquarto numerò 29. deſcendens Petrus de nauicula ambulabat ſuper aquam, vt veniret ad Ieſum, &c. *Et cū cœpiſſet mergi, clamauit, dicens: Domine, &c.* Quomodo periclitatur Petrus ad Chriſtum iter agens? Etenim ſi ad ſæculum pergeret,

nil mirum At ad Chriſtum,qui via, veritas , & vita eſt , qua- ericulum ſubit ? Sane quia per inuſitatam procedebat viam, icet ad Chriſtum procederet,quia ſemitæ non erant tritæ,via- invia,periclitatur Petrus. Sic fatur Chryſologus : *Ad Ieſum ere mirabilili veniebat*, in quo vrgebat perditio, ruina cudēs nabatur. Chryſol.

Noſtrum obſignet aroma quæribundus Hilarius ob varias do- nas,pluresque iuxta cuiuſcunque voluntatis opiniones,de qui peracutiſsimo dolore cordis tactus , ſic de mundo labili effa- :qui poſtquam noua potius cœpit condere,quam accepta reti e, nec veterata defendit,nec innouata firmauit. Proh dolor ! rbis vtor Hilarij)facta eſt fides temporum, potius quam Euan iorum,dum ſecundum annos ſcribitur, & ſecundum confeſsio n baptiſmi non tenetur. Periculoſum nobis admodum , atque am miſerabile eſt;tot nunc fides exiſtere , quot voluntates , & nobis doctrinas eſſe,quot mores;& tot cauſas blaſphemiarum ſtulare,quot vitia ſunt ; dum aut ſita fides deſcribitur, vt volu- s;aut ita,vt volumus, intelligitur . Gemebundus Hilarius de ua dogmatum indagatione conqueritur , de nouitate variarũ inionum triſtatur,& meritô, cum hæc nouiter ad inuentæ fra- oni,& non ſtrictioni conſcientiæ deſeruiant , diſolutionem ar- ant,ruinam parturiant. Caue,caue,noui,& paradoxi viuendi di etiam in virtutum tranſcurrendis curriculis ſemper ſuſ- cti. H lar.

AROMA III.

on hominum plauſu,non parentum conſilio,& arbitratu,ſed di- uino inſtinctu hoc ſacrum nomen Deipara obuenisſe.

Ntiqua extitit conſuetudo;etiam apud fideles,vt infantibus, accenſis cereis,nomina apponerent . Et eius cerei nomen, qui diutius flammam produxiſſet,infanti,vitæ producendæ, ,imponebatur. Meminit huius cõſuetudinis Sanctus Chryſo- mus iu capite quarto ad Corinthios: *Nomen ſancti impoſitu- cereos complures accendebant ,ſuum cuique nomen aſsignantes, ue eius demum,qui cæteris extinctis ſupervixerat,nomen, qua- ongioris æui arripientes , puero imponebant, &c.* A cereo,qui itius vitam produxerat,producendæ vitæ omen , ſpemque au- pantes. Chryſoſt.

Hinc

Hinc Petrus Aragonum Rex Octauus, cum filio puero nomen eligeret, duodecim cereos albos eiuſdem longitudinis, ponderis iuſſit ad altare apponi in laudem, & honorem Mariæ Virginis, & duodecim Apoſtolorum, quorum ſingula nomina ſingulis cereis ſcripſerat, vouératque, ſe illius Apoſtoli nomen filio impoſiturum, cuius cereus, reliquis extinctis, & conſumptis, ſolus diutius perduraſſet. Hac igitur ratione natus infans, Iacobus appellatus fuit, propterea quòd cereus, in quo Sancti Iacobi nomen ſcriptum erat, reliquos ſuperauit, reliquis ſuperuixit. Quod refert Marineus Siculus lib. 10. de rebus Hiſpanicis capit. 13. anno Domini 1196.

Marineus Siculus.

Similiter compertum, & exploratum ex ſacris voluminibus habemus, nomina hominibus attributa, ad eorundem conditionem ſemper aptata fuiſſe. Sic nomina à Deo ſuis indita creaturis, veluti imagines quædam earum, in quibus excellentiæ referātur, exiſtunt.

Geneſis.

Geneſis 32. verſ. 28. Nomen Iacob interdicitur, & Iſrael additur. Ad quid nominis hæc mutatio? Vtique ab eius ſingulari virtute, animique fortitudine, ac meritorum præſtantia, quibus diuinam gratiam, ac benedictionem obtinuerat. Et ſic ſacer textus: *Nequaquam Iacob appellabitur nomen tuum, ſed Iſrael; quoniam ſi contra Deum fortis fuiſti, quanto magis contra homines præualebis?* Si talis, tantuſque vir contra Deum luctatur, & creatura contra omnipotentem Creatorem fortitudinem oſtentat; amiſſo anteriori nomine, alterum fortitudinem animi, roburque cordis oſtentans, imponatur.

Abrahæ diuini Patriarchæ appellationem diuinitus in iſtā agnoſco, eo deriuatam, quod Pater multarum gentium futurus eſſet, illiuſque ſemen quaſi ſtellæ cœli, mariſque arena multiplicā dum foret. *Appellaueris Abraham, quia patrem multarum gentiū conſtitui te, &c.*

Inſuper Ioanni Domini Præcurſori nomen inditur propter gratiam, qua ſpiritu ſancto flante, ex vtero matris erat imbuēdus. Quod itidem in Petro Apoſtolorum Principe præcipuè obtigit; quia ſuper ipſam petram Eccleſia ædificanda erat. *Tu es Petrus* (Matth. 16.) *& ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* Sed quid perſpicius?

Matthæus

Quod euidentius ad iſta adaptari valet, quam impoſitio Auguſtiſsimi nominis Ieſu Chriſti. Deſcendit Gabriel ſanctiſsimus triados nuntius, noſtræque reparationis miniſter, & Ioſeph dixit, Matthæi primo: *Vocabis nomen eius Ieſum, &c.* Quare huiuſcemodi

Matthæus.

Digitized by Google

di nomen Chriſto attribuendum? Diluit quæſitum Gabriel: enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum. Ac ſi di-et. Si natus ad reparandum natæ lapſum deſcendit, vt ſal- populum ſuum à dira peccaminum tyrannide; pulchrè Ie- omen, quod Saluatorem indicat, aptabitur, vt exhibitum no ı, proprietates, & conditiones in perſona nominata cōplecta-

Ex qualitate nominis proprij oſtenditur, & arguitur perſo- qualitas. Ita Gloſſa in Rubric. ff. veteris, in verbo, Iuſtinianus, Gloſſa in Procemio vj vbi ex nomine *Bonifacij* arguitur, quod t *bona faciens*. Et Angelicus Præceptor 3. part. quæſtione 37. iculo ſecundo tenet nomina proprietatibus rerum debere cor ondere, vt patet in nominibus generum, & ſpecierum 4. Me- phiſicæ. *Gloſſa.* *Iuſtinia.* *S. Thomas*

Sed ad ſubtiliora veniamus. In quæſtionem à Doctoribus it, r primo Iſaac filio Eſau nomen aptatur? Alij quæſtionem di- nt, eo quod ſemper in fratrem operatus eſt bellum, quia *Eſau*, ſt, *operans* interpretatur. Sed præfato tertia parte loco ad ı exactè Diuus Thomas in corpore. *Geneſis 25. dicitur: Quod a qui primus egreſſus eſt de vtero matris, rufus erat, & totum morem pellis) hiſpidus, vocatum eſt nomen eius Eſau, quod in- rretatur rubeus, &c.* Hæc Præceptor Angelicus. Vbi nomen u non ſimplici hominis plauſu; ſed à conſilio, & ex proprieta d qualitatem perſonæ inditum. *D. Thomas*

Sanè quidquid virtutis, quidquid pietatis, quidquid poten- virgo per ſe ipſam hominibus decreuit exhibere, totum id nomen, & vocabulum ſuum impendere ſanciji; & ſicut ipſa to miſericors, tota ſuauis, tota amabilis, ſic nomen ſuum totum ce, ac ſaporoſum; ita vt peccatori laqueo ſcelerum ligato, ſi riani nominis vocabulum deficit, totum ab eo remedium e- g tur, nihil ſupereſt, niſi vt corruat, pereat. Pulchrè Simon Caſia libro ſecundo capitulo tertio: *Nomen Virginis Mariæ congruit, & myſterio adaptatur; et enim filius nomen habuit cō- ns actionibus ſuis ſit, & matrem talem habere voluit, vt no- ı & geſta in vnum concentum concurrerent, in vnum conſta- mum eius virtutis immaculatum efficerent, vnum vas edere- , in quo reponerentur diuina myſteria*. Talia Simon à Ca- *Simon de*

Et licet quoad vocem hoc idem nomen alijs nonnullis ieribus datum fuerit, non tamen ſub ea ratione, qua Deiparæ

Vir-

Digitized by Google

Virgini impoſitum. Alijs mulieribus fortè, & dumtaxat hominum arbitrio: At Mariæ Deiparæ diuino conſilio, ſupero flamine ſpirante & non ſolum humano arbitratu. Nec ſententiæ refragatur S Hieronymus ſuper Matth. Bernardus ſuper, miſſus eſt. Nec diſſimiliter Anſelmus lib. de conceptu Virginali capite ſecundo, Bartholomeus de Piſa libro de Beata Virgine fructu 3.

S. Hieron. S. Bernar. S. Anſelm. Bart Piſa. Ambroſ.

Inſuper Diuus Ambroſius de hoc ipſo Deiparæ nomine verba faciens, ſuoque teſtimonio noſtram veritatem firmans, fatur. *Non de terra vtique, ſed de cœlo vas ſibi hoc, per quod deſcenderet, Chriſtus elegit, & ſacrauit templum pudoris. Per vnam deſcendit, ſed multas vocauit, vnde & ſpeciale Mariæ Domini hæc nomẽ inuenit, &c.* En, vt perſpicue Deiparæ nomen ex ſingulari munere, quo diuinitus fuit donatum, illius ſignificatione deſignatum, ſpeciale nuncupat.

Richard. à S. Laur.

Adeſt etiam Richardus à Sancto Laurentio libro de Laudibus Mariæ. *Notandum* (ait) *quod Angelus ſalutans Virginem, primo tacuit proprium nomen eius, ſcilicet Maria, vt hoc ipſo oſtẽderet, ſe ei nouum imponere nomen, id eſt, gratia plena; vnde prædixerat Iſaias, quaſi loquens ad Mariam, vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini, id eſt, Angelus, vel filius Dei, qui eſt os Patris, per Angelum nominauit, poſtea vero nomen Mariæ expreſſit, &c.* Hæc Richardus.

Fulbert.

Cui concinne arridet Fulbertus Carnotenſis Epiſcopus ſermone primo de Natiuitate Mariæ: *Hæc* (inquit) *itaque electa, & inſignis inter filias, non fortuito quidem, aut ſolo placito parentum, vt plerique, ſed diuina diſpenſatione nomen accepit, ita, vt ipſa vocabuli ſui figura magnum quidem innueret, &c.*

Greg Nyſ.

Atque huc ſpectant illa Diui Gregorij Nyſſeni: *Cùm autem nata eſſet puella, &c* Quid inde? *Nomẽ quidem impoſuit (ſcilicet Deus) Mariam, vt etiam per nomen impoſitum, diuinitus datum munus, ſignificaretur, &c.* Sicut enim præelectio, & ad maternitatem diuinam deſtinatio à diuino, & inſcrutabili conſilio extitit; ſic nomen, quod illi præclaro, & ſingulari munere congruebat, non ab alio quam à Deo dari potuit. Quod præclarè atteſtatus eſt Diuus Antoninus quarta parte Hiſtor. capitulo decimotertio de Angelic. ſalutat. *Satis* (ait) *veriſimile eſt, quod cum mulieres non circuncidèrentur, ſed mares, in qua circuncisione octauo die natiuitatis ſuæ celebrata, imponebatur ei nomen; fœminis ipſis die ſuæ natiuitatis nomen imponeretur. Et ſic die, qua nata eſt, impoſitum eſt ei nomen Maria à parentibus ſecundùm Angelicam*

Antonin.

Digitized by Google

lationem. Sic Sanctus Antoninus. Ludolphum de Saxonia hu veritatis ſectatorem non ommittam, qui de vita Chriſti cap. it: *Apparuit Ioachim Angelus, & dixit: Vxor tua pariet tibi fi- n, vocabiſque nomen eius Mariam, conſecrata erit in domo Dei, vouiſti & ex Spiritu Sancto replebitur ex vtero Matris ſuæ, & emplo Domini erit conuerſatio eius.* Ludolphus

Sed Deiparæ nomen, quod ei vſquequaque congruum, ac pro- um eſſet, aſſerendum erat ab eo, qui tale poſiturus eſſet: illius ;nitatem, merita, munera, præſtantiam cognoſcēs. Quis vtique ninum, quiſvè ſpirituum cœleſtium hæc haberet comprehen- Solus ergo Deus exactè Mariam nouit: *Dilectus meus mihi, & illi,* ait Sponſa. Et ſic ſolus Deus illi huiuſcemodi nomen do- re poterat, atque tam præclarè nomen præſtitiſſe. Sed doctiſſi is Idiota de Beata Virgine cap. 5. ſic tenet: *Ne timeas Maria,* S Idiota. *dit tibi, Virgo Maria, tota Trinitas nomen, quod, poſt nomen be- dicti Filij tui, eſt ſuper omne nomen, vt in nomine tuo omne genu ctatur* (vt maniſeſtè patet) *cœleſtium, terreſtrium, & inferno- m, vt omnis lingua confiteatur huius ſanctiſſimi nominis gra- m, gloriam, & virtutem, &c.*

Subtiliter rogat Archiepiſcopus Florentinus 4. part. cap. it, S. Antoni. Cur quando Angelus nomen Mariæ exprimit, ipſam *in geniti-* appoſuit; *& nomen Virginis Mariæ;* & quando Ioſeph memi- s; *in datiuo; cui nomen erat Ioſeph:* quare caſus in vtroque muta- r, cum vbique nomen vtriuſque in lucem eat? Aptè ſatisfacit ad m egregius Antiſtes. *Et nomen Virginis* (inquit Euang.) *Maria,* *on in datiuo, dicit nomen Virgini, ſicut dicit Ioſeph, cui nomen erat ſeph; nam Ioſeph ex ſponſalibus cum Maria acquiſitum eſt ſibi, datum augmentum virtutum; ſed in genitiuo dicitur, & nomē irginis Mariæ; quia genitiuus ſignificat poſſeſſionem; non enim ei t. m fuit, vt eſſet Stella maris, ſed eam poſſedit.* Quid elegātius? uid luculentius? Poſſidebat enim Maria ſanctitatis gradum, gra- iarum cumulum, meritorum ſplendorem, vt congruum & aptum li eſſet auguſtum Mariæ nomen: & ſic non datiuo apponitur, hoc ſt, non hominum plauſu, non Angelorum arbitratu datur; ſed ge itiuo, quia iam Maria per tam præclara merita apta & congrua d huiuſcemodi nomen exiſtebat; quare (diuino ſanciente decre- o) Mariæ nomen imponitur. Quod etiam alma canit Eccleſia. *Votum* (dicens) *fecit Dominus ſacrum Mariæ nomen, & in conſpe tu gentium reuelauit virtutem nominis eius, &c.* Poſtremo pan- am Hieronymi placitum epiſtol. de nati. Virgin. qua aſſerit hoc nomen ex ore Archangeli prodiſſe parentibus Ioachim, & Annæ,

per

per hæc; *Vxor tua pariet tibi filiam, & vocabis nomẽ eius Mariã, &c.* quæ ab Angelo reuelata eſſe Ioachimo, atteſtatur, Deinde ad matrem Annam ſic: *Filia tua vocabitur Maria.* Sic placet Hieronimo. S. Hieron.

AROMA IV. AD MORES.

Non promeretur regium nomen accerſere, qui iam meritorum faſtigium conſcendiſſe, non videtur.

APud homines vis, natura, aut fortuna regiam dignitatem, regiumque conſtituunt nomen; ſed apud Deum, nec fortuna, nec natura, neque hominum placitum efficere valent, ſed virtutũ ſenatus, ac meritorum cumulus. Virtus ſola regem parturit, & integer meritorum grex nomen imponit. Taliter quod nomen regis non niſi in vtero virtutum omnium capaciſsimo concipitur.

Semper Chriſtus Dominus humilis, & abiectus apud homines apparet, ſemper formam ſerui accipit in ſimilitudinem hominũ factus, & habitu inuentus vt homo. Cæterum de vltimo die, quo iuditiariam exercebit poteſtatem, ſermonem faciens, ſibi nomen regis aptans, eamque ſe regem appellans, fatur: Matth 25. *Tunc dicet rex his, qui à dextris eius erunt;* & iterũ eodem c. v. 4. ſcribit *& reſpondens rex, dicit illis.* Matthæus

Cur Chriſtus nomen regis refugit, & qui acclamantium ipſum regem manibus ſe abſcondit, regis nomen nõ dubitat, explicare? Nonne dum viueret, pauper apparet, humilis, abiectus, & obediẽs oſtenditur, & in honorantes regio titulo invehitur? Nonne regalẽ protelat vocẽ? Vtiquè. Cæterũ in hoc loco, quando iam felleũ paſsionis ſuæ pelagus ſe traijciſſe, cõtẽplatus eſt, quaſi iã ſatis idoneum ſe nomini regali cenſet, libet iam glorioſæ huius appellationis corruſco irradiari; ideo ad iuditium perueniens, regis nomẽ applexatur. Sic Hugo ad præfatũ locũ: *Tũc dicet rex his, qui à dextris eius erunt; Rex regum, & Princeps regũ terræ, qui dilexit nos & lauit nos à peccatis noſtris in ſãguine ſuo, & fecit nos reges.* Ac ſi diceret; Chriſtus exactiſsimo naturæ iure, quia naturalis Dei Filius rex erat, & conſequenter ad regium nomen nãciſendum præparatus, ipſum tamen refugit, ipſum protelat, quoad vſque iure perfectiſsimi meriti, & effuſi ſanguinis gloriam acumulet: quaſi à ſanguine ſuo, & ſuæ paſsionis lauacro regium nomen ſibi prouenire, voluerit. Hugo Cha.

Digitized by Google

hriſti genealogia in quæſtionem venit. Matthæi 1. Cur in- *Matthæus*
tos Chriſti Domini progenitores reges primus David
gaudeat titulo? Nonne alij in regno præceſſerunt? Nonne
imus inſignitus? Quis dubitat? Certe Saul primo redimi-
demate reperitur. Non autem regis nomine propter ſcœli-
vitæ, ingratitudinem, inobedientiam, ac alia perpetrata
gaudet. Sic denudatur regio titulo, qui nudus exiſtit virtu
David autẽ rex appellatur. Non incongruè regũ primas cẽ-
qui tantis ad regium cuneum meritis euectus eſt. Placuit
hilato recens ſententia. *Ideo nominatur rex* (ait) *quia pri-* *Theophil.*
regibus Deo placuit, &c.
e quomodo nõ à natura, neq; ab hominũ placito regale no
it regium ſtemma rectè, & iuſtè venit; ſed à virtutibus, & vi
iitate morumquè honeſtate. Hoc apud Deum ſceptri tenet
amen, clara, regiaquè appellatione potitur. Hæc illuſtrior
30.
eſis 3. Deus ad ſuperbiam muliebrem humiliandam, vani- *Geneſis.*
proſternendam, ſic inſurgit: *Puluis es, & in puluerem re-*
s. Statimque abs re Adamus nomen vxoris ſuæ vocauit E-
quod mater eſſet omnium viuentium. Quid hoc? Quan-
m in puluerem reuertendam audit Adam, tunc vitam, ac
um matrem (hoc ſonat Euæ vocabulum) appellat? Quid
rius quam mortalitas, & immortalitas? Vita, & mors? Emo
anere?
nè inſanientium, & ſtultorum eſt, glorioſa nomina iacta-
pera turpiſsima præſeferre, cum vitæ inſcriptione fœtida
rum ſepulcra oſtendere, & cum regali nomine, ampliſsi-
ornatu, humilem, abiectam, & ſordibus fœdam vitam de-
lacuit Ruperto loco præfato 3. libro in Geneſ capit. 26.
c (fatur) *in præſentiarum audiebat; Puluis es, & in*
m reuerteris. Et ſic ex vtraque morte corporis ſcilicet, &
iam moritur, & adhuc morturus erat, tam ipſe, quàm vxor
d ergo inſanius, quàm in illo talis cauſæ iuditio illam nun-
Euam, id eſt, vitam, quæ nec ſaltem habebat vitam, dicere
cunctorum viuentium, eam, quæ potius mater eſt cuncto-
rientium. Sic Rupertus; & vere. Quid enim iniquius re-
pellari, qui cunctorum vitiorum exercitui mancipium,
r? ſeruus, tenetur? Quem ira ſuperat, ſuperbia inflat, am-
rturbat, luxuria inquinat, ac tandem, etſi erectus regali
ppareat, totus ad pedes ſuarum ſordium euolutus, conſpi-

Secum

Digitized by Google

Secum res nomina afferunt, & iuſta earum naturas appellationes adeptæ ſunt ita taliter quod operationes, ac eſſentiæ in nominibus reſonent;& voces, imagines, ac ſigna naturarum ſint. Geneſis 2.omnia animalia ita vt à Deo condita ſunt,ſtatim prona ante Adamum,vt ſua ipſis nomina apponeret,humiliter ſubdũtur. *Appellauit Adam* (ait textus) *nominibus ſuis cuncta animantia* Quare *nominibus ſuis*, ſi nondũ ipſis impoſita erant? Si iã nomina habebant,quomodo ea imponit Adamus? Sanè ſua nomina habebant,& ipſis implicitè vocabantur,quia licet tũc non eſſent impoſita,tamen iuxta eorum naturas,ipſiſquè conſona, imponenda erant.Quod Batabli translatio enodauit; *Nomen*(ait) *quod homo indidit omnibus ipſis animantibus,ipſum fuit* Et Rupertus luculentius lib.1.in Geneſ.cap 31.enucleauit; *ſingulorum*(ſcribẽs) *conſiderauit naturas,& ex qualitatibus diuerſis vocabula.Vt verbi grat. Latinus cauallum à cauando nuncupauit, eo quod terram cauat vngulla,canem,eo quod canorum continet venando latratũ, & multum huiuſmodi. Ita nimirum, ille in lingua primitiua nomina firmauit ſingulorum,conſideratis proprietatibus naturarũ, &c.* Quid pulchriùs? opera,manus tuæ, non ignarus populus appellationem tibi adhibent.Si vitia tua carpis,prauos mores frenas,miſerorum conſulator,pauperum auxilium , ſceleratorum flagellũ, communitatis zelotipa,tunc principis ſtemmate benemeritus;cæterum ſi vitijs cunctis irretitus,flagitiorum officina, turpitudinũ vorago,turpiſsimis moribus volutatus,omnium fragilitatum miſerrimum mancipium,mõſtrum,ac funeſtum animal cunctis libidinibus concretum,quare regali titulo gaudebis? Quare Principis honorem accipies? Depone ô fili magnificũ nomen, aut vitiorum ſordes abſterge;non enim conſonat bonum nomẽ prauis moribus.

Gen. ſ. 2. — Batabl. — Rupert.

Sanè Spiritus Diuinus nec nomen ſanctitudinis accepit,niſi quando ad illud diuinæ incarnationis opus occurrit. Sic Rupertus lib.1.in Matth.extricans ea.*Spiritus Sanctus ſuperueniet in te: Ab hoc*(ait)*ferè primum ſonuit in auribus noſtris hoc reuerendum, & inſigne vocabulum,ſcilicet,Spiritus Sanctus.Quam ob cauſam, niſi quia*(*quod cum magna reuerentia cogitandum eſt*) *maximè ex hoc opere,quo Dominus Maria operatus eſt,claruit hic Spiritus Domini,quod verè ſanctus ſit,&c.* En quomodo diuinus Spiritus tũc primo ſanctus appellatur,quando ad primam obumbrat ſanctificationem,& quando ad incarnationem, quæ initium totius extitit ſanctificationis,cooperatus eſt.

Rupert.

ARO-

AROMA V.

vocem, MARIA*, mari matre deriuatam, dilucidè Chryſo-go placet. Vbi de materna directione Mariæ ad cœleſtem patriam capeſſendam.*

Vius nominis proprietatem Chryſologus ſermon. 146. ſcru-tatus, & vnde huiuſcemodi deducatur Ethymon; *amari ma* eriuatam, placet, *A mare*, inquam, & *à matre* collectiuè; ita, c *à mari* tantum, neque *à matre*, ſed ab vtroque ſimul dedu-um. *Chryſolog.*

Maria (ait) *mater vocatur. Quando non Maria? Congrega-s aquarum appellauit Maria. Nonne exeuntem populum de yptoconcepit in vtero, vt emergeret in nouam creaturam crea ogenies? iuxta illud Apoſtoli; Patres omnes noſtri ſub nube fue-, omnes mare tranſierunt. Et omnes in Moyſe baptizati fue-, in nube, & in mari, & vt ſemper Maria humanæ præuia ſit is; populū, quē vnda generatrix emiſit in lucē, ipſa iure præceſ* Cantico: *Maria* (inquit) *ſoror Moyſi ſumens tympanum in ſua, dixit: Cantemus Domino, glorioſè enim magnificatus* Hæc Chryſologus. Et alia quæ alibi dabo.

Mentem Chryſologi in hac nominis interpretatione ſic ca-iecine conijcio. *Mare*, aliquando *mater*, cùm exeuntem po-n de Ægypto concipit vtero, officia maternæ benignitatis itur; aliquando *nouerca*, quando nigreſcente collo, acri vē-n motu, intumeſcentibus fluctibus, vndarum in cœlum ere-cruicibus, naues agitantur, in profundumque nauigantes untur; vtique tunc non *mater*, ſed *nouerca*, exiſtit mare. Ma-x (iuxta mentem Chryſologi) non amari *nouerca*, fluctibus to, ſuperuo, iracundo; ſed ab ipſo nauigantium *matre*, ac per untium benigno receptaculo; vt Hebræis, Ægyptiorum ty-dem fugientibus, obtigit.

Quando ergo Maria non mater, quando ſinu ſuo puſilla-s non iuuans, flebiles non refouens? *Subſtentaculum vi-* *Andr. Cret.* cipara, ab Andrea Cretenſi ſermone de Aſſumptione nun-ur. Et rectè quidem, quia hominum, ac reliquarum crea um conſeruatio, ac manutenentia eſt. Prouerbiorum 8. *Prouerb.* *meum eſt conſilium, & æquitas.* Ex Hebraica origine ſcri- *Hebraus.*

bitur: *Scientia, ſiue ſubſtantia.* Et egregiè, vt indè eluceſcat, virginem ſubſtentaculum vitæ, honeſtatis ſubſiſtentiam fore, ita vt ſine Mariano fulcimento in baratrum corruere, neceſſarium ſit, in varia pericula labi indubium.

Geneſis. Geneſis 1. v. 16. Duo luminaria magna ſupremus fabricauit conditor: *Luminare maius, vt præeſſet diei, & luminare minus, vt præeſſet nocti.* Mirũ eſt valdè, quôd luminare minus caligini præeſſet; quid eſt, quôd remiſsior lux intenſiori obſcuritati præficiatur? Maior obſcuritas nonne maiorem, ac fulgentiorem exigit claritatem, & denſiores tenebræ ardentius expoſtulant lumen? Præſit ergo nocti luminare maius, & non minus. Expendit Hugo inibi difficultatis nodum: *Luminare maius* (ait) *eſt Chriſtus, qui præeſt diei,* i. deſt, *iuſtis; Luminare minus, ideſt Maria, quæ præeſt peccatoribus, &c.* Maria humanæ fragilitatis cauſis, & peccatorum nocti præſideat, ſuccurrat, efficax obveniat, cùm amari matre, ſinuque homines ſuſtentante, talis deriuetur ethymon, talis deducatur vox.

Hugo.

Geneſis. Geneſ. 5. num. 18. Ex oſsibus ſuis, & ex carne ſua illam primam mulierem ſic appellat Adamus: *Et vocauit Adam nomẽ vxoris ſuæ Eua; eo quòd mater eſſet cunctorum viuentium.* Quid hoc? Quid enim ineptius excogitari potuit, quã illam *Euam,* eô quôd omnium viuentium mater eſſet, appellare? Nonne iſta liberos cũctos morti traditura erat? Dicatur ergo, potius morientium, quã viuentium mater.

Sanè in Eua Mariam figuratam vidit Adamus, & ad eam flectens, in prima muliere conſpicit obumbratam, ipſamque matrẽ cunctorum viuentium appellat. Accipe Guarricum ſerm. 1. de Aſſumptione: *Eua vetus illa non tam mater, quàm nouerca; quæ filijs ante propinauit præiuditium mortis, quàm initium vitæ, & lucis. Dicta eſt quidem mater omnium viuentium, ſeu genitrix morientium, cùm ſuum generare, nihil aliud ſit quàm mortem ingenerare. Et quia in illa non potuit fideliter interpretari nomen ſuum, iſta impleuit myſterium, quæ mater eſt omnium ad vitam renaſcẽtium; mater ſiquidem eſt vitæ, qua viuunt vniuerſi, quam dum ex ſe genuit, nimirum omnes, qui ex ea victuri ſunt, quodammodo regenerauit, &c.* Hæc Guarricus. Cuius ſententia, Eua, etſi mater viuentium interpretetur, hoc non ſuis, ſed futuræ fœlicisſimæque filiæ, cuius perſonam gerebat, meritis eſt adepta. Ad quam, etiam Mariæ typum ferentem, feſtiuo vaticio prænuntiatum eſt: *Ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaueris calcaneo eius* Quæ etſi cùm Eua, ad Mariam referebantur.

Guarricus.

Non

Nonnulli autumant Gabrielem in ſalutatione ſua ex conſul-
iinæ voluntatis appoſuiſſe illud *Aue*, quaſi nomẽ primæ mu-
Eua inuertens Vnde Eccleſia in Hymno:

Sumens illud Aue,
Gabrielis ore,
Fundans nos in pace,
Mutans Eua nomen. — *Eccleſia.*

l ad quid hæc inuerſio? Ad quid hæc nominis immutatio? Sa
innueret, quôd ſicut Eua omnium malorum extiterat origo,
ontrario Regina noſtra vniuerſalium bonorum principium
itura. Excogitauit acutè Epiphan. lib. contra hæreſ. *Eua fa-
mortis cauſa hominibus, per eã enim ingreſſa eſt mors in mũ
aria verò cauſa vitæ, per quam genita eſt nobis vita, & per
'ilius Dei acceſsit in mundo, &c.* — *Epiphan.*

:tè omnis, qui aliqua premitur neceſsitate, Mariam inter-
, ipsã inclamet, ſub eius protegatur vmbra, vt ab omni ſub-
r anguſtia, cunctiſque eruatur neceſsitatibus. Sic annuebat
el, Virginem ſalutans, cùm per dulciſsimum Mariæ prætu-
nen; non obſcurè indicauit Seraphicus Præceptor in c. 1.
Gabriel tandem (dicit) *exhibuit, ipſam Virginem ſalutando,
item nominat Virginem, vt nos doceat, nomen ipſius in neceſ-
us inuocare, &c.* Quid enim nô exequetur Maria, ipſius no-
efficatia perſuadente? Quæ munera non ſparget? Quas gra-
m elargietur? — *Bonauent.*

eps, & dub ũ theorema in præſentiarum. Cur Dei Nuntius
el, modo *Gratia plenã*, modo *Mariã*, vt in illis: *Ne timeas*
, Virginẽ interpellet? Sanè in primo ingreſſu eã gratiæ mu-
s refertã prædicat, poſteà ipſam timoribus cõcusã, expreſ-
iine, *Mariã* interpellat. Ad quid hæc nominis inuerſio?
hrè ſatisfacit Richardus, aſſerens duplici Mariã Virginẽ
cabulo appellatã, vt ex hoc, & Angelis, & hominibus eſſe
iã, pateſieret. Per illud, *Gratia plena*, ab Angelis cognoſci
t, per aliud: *Ne timeas Maria*, hominibus; vtpotè per no-
iod ipſis adiuuandis eſt natũ de cœloque dilapſum. Sic Ri
lib. 1. de Laudib. Virg. c. 2. *Nomen* (ait) *ſiquidẽ Mariæ, non
ngelis congruit, quam hominibus, quod intelligitur illumina
ſtella maris: illis enim ſolis, qui nauigant mare mundi, ne-
eſt inuocatio Stella maris; neceſſaria eſt illuminatio illis,
minatione opus habent; Angelis autem, qui nullo illorum
t, meliùs dicitur, gratia plena; ideò illi Aue gratia plena,
imus, Aue Maria, &c.* Hominib⁹, peccatorib⁹, qui propter — *Richar. à S. Laurẽt.*

ſuæ naturæ miſeriam, ac ſtatus præſentis vitæ crebra pericula, õ- pe indigent, fortitudine carent, euulgetur hoc nomen, ac illis cœleſte Marianum vocabulum patefiat; quo perſonante, miſeria roboretur, fortitudo creſcat, fugentur aduerſarij, quia hoc præclarum nomen incunctis humanæ vitæ exiſtit præſidium.

Exodus. Exodi 13. Hebræis exeuntibus de Ægypto, factum eſt, vt Dominus præcederet eos ad oſtentandam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis. Duxque in vtroque tẽpore itineris eſſet; itaque ducente columna, ipſi ſuum perficiebant iter. Diuus Ambroſius in Pſalm. 118. diſcutiens, quod munus columna in tali peregrinatione gereret, ſic tenet: *Vbi volebat, exercitus quieſcere à laboribus, non mouebatur columna, &c.* Itaque eius munus erat, locum quietis oportunum ſtando, manifeſtare, & tempus etiam deambulandi, oſtendere præcedẽdo. Taliter, quod columna quieſcens populo locum oportunum, & cõmodum quieti, & ſaluti annuebat. *D. Ambroſ.*

Hæc columna proculdubio eſt Maria, cuius exequitur munus, humanam naturam protegens, ab æſtuquè Tartarorum defendens, eiuſquè ſaluti locum oportunum æternæ ſaluationis patefaciens. Eccleſiaſt. 24 aiebat ipſa: *Ego in altiſsimis habito & tronus meus in columna nubis.* Sed quare, ô Domina, tronus tuus in columna nubis ſiſtitur? Præclarè Hugo Charenſ. in ibi. *Hæc eſt* (ait) *columna nubis, quæ præceſsit, & protexit filios Iſrael per deſertum, ita ſtabilis, vt nec ab ipſis peccatoribus receſſerit. Sic Beata Virgo Maria multos in pace protegit. Ipſa enim eſt aduocata peccatorum. Item columna illa ſtatione ſua loca caſtrorum monſtrabat. Sic Beata Virgo docet, vbi locus eſt aptus quieti exercitus Chriſtiani, vbi, ſcilicet non ſunt leones, neque ſerpentes, neque vermes; ſed fontes, & prata, & arbores, &c.* *Eccleſiaſt.* *Hug. Char*

Hæc, ô chariſsimi, exequitur munera Deipara, Virgo, firmiſſima Dei columna; cùm enim ſit omnium viuentium mater, locum ad cœleſtem paradiſum præparat, viam ſternit, qualis ſit ſaluti obtinendę locus aptus, & in quo abſint cuncta aduerſantia, ac mortifera peccata apprimè patefacit.

Ex hoc ergo maternitatis munere, ac pietatis officio, quid nobis filiolis non veniet augmenti? Vtique ſemper erit medicina noſtra, quæ nos à peccatorum ſordibus abſterget, vt puros, & mundos ad tribunal reddat diuinum.

Ioã. Geom. Quare profectò à Ioanne Geometra perpulchrè appellatur, *Spongia noſtræ nequitiæ*; quaſi omnem humanæ militiæ fucum

ret, vt homines nequitiæ exuccos conſtituat. Sugit, ſugit hu m fragilitatem, vt eam velut ſibi comparatam ſuæ charita- ıe excoquat, & peccatores, excluſa delictorũ ſpurcitia, ſplo inorum ſcoria, puros tribuat, ac inolita vitia purgans, vir- eddat.

AROMA VI. MORALE.

Prælatorum ſeueritas lenitate condienda.

ınticorum 4. Sponſus ad Sponſam ſic eloquebatur: *Quam ulchra ſunt mammæ tuæ ſoror mea Sponſa.* Ecce ſpõſus duas ıammas commendat, eaſque integras expoſtulat. Canticorũ

In quæſtionem traho, cur quæ in vno crine colli, & in vno ', ſponſæ complacet, non vnam, ſed cunctas prædicat mam- & vtraſque commẽdans, eas expoſcit, ac auidè concupiſcit? ertus Abbas eleganter quæſtionem dirimit ſerm. 31. in Can- ic aſſerens his verbis: *Geminis erga ſubditos abundare debet, octoris, & Patris in Eccleſia locum occupat; his muniri mam dextris, & à ſiniſtris, vt qui commiſſi ſunt, potentur à lacte, ientur ab vberibus conſolationis. Harum alteram reputa ſi- m, alteram dexteram.* Hæc Gilbertus. Itaque igneus Præla- ı zelus, qui per ſiniſtram intelligitur, pietate, hoc eſt, dexte- ıperandus eſt. Nam zelus iſte, quo aliquando ſuperiores in- ti vehementer excandeſcunt in ſubditos, niſi niuea pietate atur, parum vtilitatis affert. Gilbertus.

Deleto humano genere, & poſt vindictam diluuij iam patra ic Deus Geneſ. 8. affatur: *Nequaquam vltra maledicam ter- pter hominem.* Quorſum hæc tanta lenitas, & miſeratio Dei tam ſeuerè punientis? Præclarè Diuus Ambroſius libro de apit. 3 *Vindicauit ſemel* (ait) *ad timorem, nec pepercit in reli , ne dominaretur ſemper amaritudo peccati; ſimulque ſi quis a cupiat ſæpius vindicare, aſper magis, quam cenſorius ha-.* Hæc Ambroſius. Vides iam rigorem Domini lenitate tẽ- ım, eiuſque inflammantem iuſtitiam, zelique ardorem pie- e manſuetudine conglutinari. Caue ergo, ò iudex, ne totus ac ſanguineus appareas. Geneſis. D. Ambroſ.

.euitici 28. numer. 30. pro ſacerdotibus conſecrandis, ſic iubet pagina: Moyſes aſſumpſit vnguentum, & ſangui- qui erat in altari, *& aſperſit ſuper Aaron, veſtimenta eius er filios illius, ac veſtes eorum, &c.* Itaque vnguento, & ſan- Leuitic.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

guine Aaron filiorumque veſtimenta conſperguntur. Quis nõ miretur hanc veſtium aſperſionem? Quando puritas, ac fulgens dealuatio in ſacerdotalibus indumentis non deſideratur? Præclarè inibi Oleaſter: *Non debet eſſe in ſacerdote (ait) ſine oleo ſanguis, neque ſine ſanguine oleum: cùm enim conſtitueretur populi iudex, non ſolum miſereri, ſed punire reos debebat.* Hæc Oleaſter. Non ſolum ſanguineus iudex, nõ ſolum effundens ſanguinem adinſtar incruentæ, ac mortiferæ beſtiæ, ſed admiſceatur oleum, per quod miſereri ſciat, & pietatem colat, miſerationem agnoſcat.

Oleaſter.

Quare Chryſologus ſermon. 145. admonet egregiè, & ſubtiliter edocet: *Æquitas ſine lenitate, ſæuitia eſt; & iuſtitia ſine pietate, crudelitas; ſed vtrumque admiſceri debet.* Hæc Chryſologus.

Chryſolog.

Apud Lucam cap. 10. *Homo quidam deſcendens ab Hieruſalem in Ierico, in latrones incidit,* à quibus ſpoliatus, varijs, ac diris plagis impoſitis, ſemiuiuus relinquitur. Cunctis ſine pietate prætereũtibus, Samaritanus quidam iter faciens, vt vidit eum ita vulneribus contoſum, miſericordia motus eſt, & appropians, aligauit vulnera eius, & infundens oleum, & vinum, imponenſque ſuper iumentum, vt eius curam ageret, vulneraque mederetur, ſecum adduxit. Quid benignius? Quid lenius? Sed rogabat eleganter Gregorius lib. 2. Moral. cap. 28. Quare medicamenta vini, & olei benignus iſte Samaritanus admiſcuit? Nonne alia ad medenda vulnera fortiora medicamina adhiberi poterant? Peracutè egregius Doctor quæſtionem per hæc dirimit: *Diſciplina enim, vel miſericordia multum deſtituitur, ſi vna ſine altera teneatur. Sed circa ſubditos ſuos ineſſe rectoribus debet: & iuſtè conſolans miſericordia, & piè ſeuiens diſciplina, hinc eſt, quod ſemiuiui illius vulneribus, qui à Samaritano in ſtabulum ductus eſt, & vinum adhibuerunt, & oleum; vt per vinum mordeantur vulnera, per oleum foueantur; quatenus vnuſquiſque in ſanandis vulneribus præeſt: in vino morſum diſtrictionis adhibeat, in oleo mollitiem pietatis; per vinum mundentur putrida, per oleum ſananda foueantur.* Sic Gregorius. Quæ vtinam in Eccleſia adimpleretur, & Rectores ita diſciplina ſæuiant, vt miſericordia conſolentur; ex vtraque tale tẽperamentum facientes, vt lenitas ſine iuſtitia, & iſta ſine lenitate vitam ſuam non comitetur, ſed dulcedo aſperitate concinnè miſceatur.

Lucæ.

S. Gregor. Magnus.

Hinc Regius Vates canebat Pſalm. 24. *Dulcis, & rectus Dominus. Propter hoc legem dabit delinquentibus in via.* Merito Dominus cõſtitutus adſtruitur iudex viuorum, & mortuorum. Quod

Dauid.

mu-

Digitized by Google

is poſsidet ſuaptè natura, quia dulcis eſt, & rectitudinem nõ tit. Hoc proui ſuperioris, & perfecti iudicis exiſtit opus, vt le perdita iuſtitiæ rectitudine dulcedinem amplectatur, beati ſtudeat. Vbi cõcinebat ſubtiliter Auguſtinus: *Ama* (ait) *dulcis eſt, time, quòd rectus eſt ama ſcilicet, benignitatem, rigo amen pertimeſce iuſtitiæ.* Sic Auguſtinus. Auguſtin.

Liceat tãdem cum Ruperto lib. 8. in Geneſ. cap. 37. ad Prin clamare, eoſquè ad pietatem, & iuſtitiam in ſubditos comre: *Sicut clementia* (ait) *honor eſt Principis, ſic, & honor Re- ui iuditium diligit. Et enim vbi totum punitur, regia ſeueri- udelitate polluitur: vbi verò totum remittitur, facies maie- ſine metu diſciplinæ contemnitur.* Hæc Rupertus, expunge *Regia ſeueritas crudelitate polluitur*; de quo alibi reddit ſer- Rupert.

AROMA VII.

nomen MARIA *à monte Moriâ deriuari, aliqui opinantur; ipſumquè ad magna perpetranda, quam aptum! quamque cunctis ſtatibus congruum, valdè pium!*

On improbabilitet ſuſtinere poſſumus, hanc Mariæ vocem ab altera ſuperioris montis *Moriâ* deriuatam, ac deductam . In quo Dominus Abrahamo filium ſuum ſacrificare præce- e ibi (vt conſtat 2. Paralipomenon cap. 3.) templum Salomo onſtructum. Qui mons Geneſ. 22. appellatur *mõs viſionis*, iux lud, *vade ad terram viſionis*; ſcilicet (teſte Burgenſi, & Lyra- nontem *Moriâ* Sic 2. Paralipomenon cap. 3. num. 10. *Et cœ- dificare Salomon templum Domini in Ieruſalem in monte Mo qui demonſtratus fuerat Dauid patri eius, in loco quem paraue- Dauid in Area Ornan Iebuſei, &c.* De quo habes 3. Reg 6. Paralip. Burgenſi, & Lyran. Paralip.

Iſte ergo Mons viſionis paſsim dicitur, & apud Hebræos, *Myrrhæ*, quia Hebraicè *amaritudo* interpretatur. In quo e- fertur, Iacobo ſcalam mirabilem, cacumen cœli pertingen- apparuiſſe. Qui mons ad Occidentem eſt terræ Chanaam cõ- nare Mediterraneum. Itaque plerique ſuſpicantur hanc vo- *MARIA* à monte iſto ortam, deductam, ac deriuatam fuiſſe. mons *Moria* dicitur, vel mons *Myrrhæ*, ab aliquibus etiam llatur *mons viſionis*, vel *videntis mons*.

Cuncta iſtius montis Deiparæ mirabiliter cõcinunt, & e xa- quiparantur; & fortaſis in eo prophetica luce, diuinoque ſpi ritu

Digitized by Google

ritu Abrahamus Deum aſſumpturum humanam naturã inſpexit, Mariamque in ipſo multo ante figuratam intuitus; quapropter mons viſionis eſt vocatus, per ſimilitudinem ad Mariam, in qua inuiſibilis viſibilis apparuit, Verbum caro, Deus homo, æternus

Paulus. mortalis iuxta illud Pauli: *In terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt.*

Sed vt hoc ad lucem propius accedat, & robuſtioribus fulciatur

Burgenſ. coniecturis: accipe iuxta Burgenſis montem, in Hebræo, nõ reperiri nomen montis huius cum puncto 7. *Cholem*, hoc eſt equiualenti, O, ſed cum littera ſine puncto, A, ita vt ſit mons *Maria*, & non *Maria*: quod nomen à *Narath*, & *iam* venit, quod amarum mare ſignificat.

Inſuper mons iſte, prout Myrrhæ dicitur, etiam Mariæ adaptari valet. (Præter ea, quę fuſius alibi contemplabimur) myrrha vti que corpora incorrupta ſeruat, ſic Maria Chriſto filio ſuo è ſuis viſceribus incorruptũ corpus elargita eſt, quod nunquam in pul

Dauid. uerem erat conuertendum, iuxta illud Pſal. 15. *Nec dabis ſanctũ tuum videre corruptionem.*

Daniel. De iſto monte (Daniele teſte ca. 7.) abſciſus eſt lapis ſine mani

Heſichius. bus, hoc eſt iuxta Heſychi Ieroſolymitani montem, *ſine viri opere*, in quo viſus eſt Chriſtus conceptus ſine virili ſemine, ſed myſtico ſpiramine, vtporè flos campi nulla humana virtute in monte vberrimo, ac fertiliſsimo Mariæ, hoc eſt puriſsimo eius vtero elaboratum.

Sed altius præfata de monte Moriã, ad efficatiam de monte Maria reducamus. Merito præallegati authores Deiparæ nomen à monte illo deriuatum, & deductũ cenſent; quia ſicut in illo prædicti Patriarchæ ſpe robuſti, fiducia freti ad alta, & ſuperna reddebantur: ſic Mariano nomine freti, altiora aggredimur, fortia cupit debilitas noſtra, & quantumvis imbecilis noſtra fragilitas, quæque fortia, & penè impoſsibilia peragit.

Luca. Lucæ 1. *Miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ ad Virginem deſponſatam Ioſeph*, iamque ingreſſus ad eam dixit: *Aue gratia plena Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, &c.* Ex iſta ergo ſalutatione Angelica quid Virgini euenit? Vtique formidine nõ mediocri capta, timore affecta, in ſermone eius turbata eſt, multuſquè illi pauor inceſsit. Ad quam ſic tremore arreptam, formidine concuſam, Angelus affatur: *Ne timeas Maria.* Quare *Mariam* modo appellat, quam antea tantummodo plenã gratia vocauerat? Vt quid modo nomen *Maria* ſuperadditur?

Chryſolog. Chryſologus ſermon. 142. eleganter excogitauit, ſic affatus; *Su-*

per

radditur (ait) *ne timeas Maria, vt Creatoris genitricem trepidatio deſerat*. Ante ingenti formidine correptam Virginem Angelus contemplatur; ſed vt fiduciam alat, ſpem roboret, & iam gelidus per oſſa virginea non cucurrat tremor, apponitur vocabulum Maria; quo freta, quo confortata præteritum pauorem omittat, formidinem ſecutiat, tremorem abigat. Quod clarius, & euidentius doctiſsimus elucidauit Caietanus, ſic alloquens: *Mariæ nomen, proprium adijci ad maiorem propulſationem timoris, & fiduciam habendam.* Hæc Cardinalis. Itaque hoc nomen puſillanimitatem refouet, timorem expellit, & penè exanimatum metu reficit, & qui antea meticuloſus, & timidus apparet, perſonante Mariæ nomine æneus exiſtit murus, immobilis columna. Caietanus

Exurgens Maria, Verbo diuino plena, in montana cum feſtinatione in ciuitatem Iudà abijt, Eliſabethamque gratanter ſalutat, reuerenter alloquitur: *Et factum eſt, vt audiuit ſalutationem Mariæ Eliſabeth, exultauit infans in vtero eius*, Lucæ 1. Et ante faciem Domini parare iam viam eius feſtinanter properat. S. Lucas.

Quomodo tantenellus infans giganti illi binæ ſubſtantiæ Chriſto occurrere audes? Quid Ioanni obſcuro adhuc dentento ergaſtulo tantum impendit robur? Dic (verbis vtor Emiſſeni ſermone quarto tempor. aduent.) infans: *Dic Propheta prophetarum omnium maximè, qui dignè ſatis non Propheta, ſed pluſquam Propheta vocaueris, vnde tibi hæc exultatio? Nondum es natus, & Propheta?* Ac ſi diceret Emiſſenus: Quando alij viri in ipſo vitæ exordio, infirmi, debiles; tu iam Deum omnipotentem tangere, ante ipſum exultare, ipſum ſine lingua extollere, ac prophetare audes? Quibus armis fretus? Quo robore ſecurus? Quibus viribus confortatus? Qua efficatia communitus? Hac huius vocis Maria, reſpondet Emiſcenus: hæc vox illi robur præſtat, fortitudinem exhibet: *Mariam* (ait) *Domini in voce recognoſcis, quam quia reſalutare non potes, exultando agis, quod potes. Quam lætus ei occurreres, ſi iam natus eam videres, cuius voce audita, exultando, obiam exire conaris?* Punge illa, in voce recognoſcis. Mariana vox exultare fecit Ioannem, & qui vinculis ergaſtuli materni detinebatur, Mariano nomine iam fretus, exultat vt gigans, ad currendam viam illius, qui à ſummo cœlo egreſsio, & occurſus eius vſque ad ſummum eius. O vocabuli Maria excelſa magnitudo! Cui omnia præcurſoris munera, cuncta priuilegia proculdubio ſunt retributaria. Emiſcenus Lucæ

Lucæ ſecundo. Verbo diuino carne facto. Dū inuiſibilis viſibi-

uilis apud homines apparet, *facta eſt cum Angelo multitudo militiæ cœleſtis exercitus*; tunc, vt eius natiuitatem glorioſam celebraret, paſtores conuocat vigilantes, nox mira irradiat claritate, & Bethlemiticum præſepe nouis Angelorum perſonat cantibus, Roboant omnia cantu, gloriam, pacemquè halante. Gabriel in primis velociſsimus paſtoribus aſtat, ſigna præbet vagientis in præſepio infantis. Cœleſtium ſpirituum ſpiſſæ alæ accurrunt; ſicque paſtoribus affantur: *Inuenietis infantem, pannis inuolutum, & poſitum in præſepio*: peruenerunt tandem ad præſepe, pro viribuſq; ſuis parua obtulerunt munera. Quare ergo non ſtupent viles paſtores infantem intueri? Quando cœleſtium ſpirituum multitudo infantem circundat, quando cœlorum exercitus obiat, quando æthera curia prona adorat, paſtorum turba appropinquare audet? Vtique audent, & merito Deum adorare appropinquant, quia Marianum nomen eorum puſilanimitatem roborat, eorum debilitatem firmat. Sic Diuus Bernardus de verbis Apocalipſis: *Signum magnum, &c. Numquid* (ait) *nõ ab initio primum venire paſtores, & primum omnium Mariam inueniſſe leguntur? Inuenerũt* (ait Euangeliſta) *Mariam, & Ioſeph, & infant. impoſitum in præſepio*. Hæc Bernardus. A Maria ſanè ſpes aduenit, ab ipſo vocabulo fortitudo accreſcit, vt paſtores, etſi humiles ad magnitudinẽ Dei proprius accedant, appropinquareque audeant.

D. Bernar.

Ab huius ergo vocabuli calore fortaſis eſt, qui ſe abſcõdat? Nullus vtique. In ipſis incarnationis primordijs in lucẽ prodijt, & *nomen Virginis Mariæ*; quia ſicut ipſa incarnatio cunctis erat pro futura, & Deus in omnium ſalutem deſcendebat, ſimiliter Auguſtiſſimum hoc nomen iam iam in luce euulgatum ad tantum adiuuaret remedium, vnaque cum verbo carne aſſumpta, omnium ſaluandorum ſtatibus conſuleret, opem ferret, viriliter auxiliaretur. Auſculta Bonauenturam ad 1. capit. Lucæ: *Ideo nominat Mariam, vt inſinuet nomen eius myſterio plenum ſecundum triplicem interpretationem, per quam triplicem ſtatum intelligimus ſaluandorum. Actiuos per mare amarum, contemplatiuos per ſtellam, Prælatos per dominium, &c.* Vniuſcuiuſque ſtatus remedium ita Mariæ nomine latet, vt vnumquemq; Maria foueat, Maria protegat, Maria tueatur.

Bonauent.

Hinc vox illa Iſaiæ 16. num. 1 fortiter clamantis: *Emitte Agnum Domine dominatorem terræ de petra deſerti ad montem filiæ Sion &c.* Quibus verbis ſalutem humani generis exoptãs Vates, aduentum Verbi diuini viriliter poſtulat, ex Virgine naſci, cunctiſque creaturis dominari. Sed illicò anectit, *ini conſilium, cog*

Iſaias.

concio

cõcilij,&c Quis enim Dei conſiliarius fuit? Ad quid increata ſapientia, diuinaque omnipotentia conſilium inunt? S. Petrus Damianus exiſtimat, quod conſultatio erat de reſtauratione rerum, de hominum reparatione, cunctorumque renouatione elementorum. *Pulchrè.* Sed quid tandem deciſum, & ad hæc exequenda reſolutum? Quid cœlo à Deo pro hominum ac rerum reparatione patratum? Sanè de Theſauro diuinitatis euolutum eſt nomen Maria, in terramque emiſſum, quo dumtaxat omnia in terra reparata, atque renouata fuere. Audi ſanctum Petrum Damian. ſermon. 2 annuntia. ad verba præfata Iſaiæ: *Cogit concilium, facit ſermonem cum Angelis de reſtauratione eorum, de redemptione hominũ, de elementorum renouatione, & ſtatim de theſauro diuinitatis Mariæ nomen euoluitur, &c.* Quid pulchrius? *Statim de theſauris diuinitatis Mariæ nomen euoluitur.* Statim, ſtatim. Quando enim de reparatione omnium agebatur, de hominum ſalute; nulla in medijs præeligendis neceſſaria erat demoratio, nulla mora, nulla detentio; quia ad ea, nomine Maria nihil efficatius, nihil fortius, nihil aptius, nihil conuenientius, neque in cœlo, neque in terra ad inueniri poterat. S. Pet. Damian.

AROMA VIII. MORVM.

Nulli rei præter Deum in via credas.

VIdiſti ex Caietano, elapſo aromate, ad majorem propulſationem timoris, & fiduciam habendam, Mariæ nomen communire. Ex hoc colligas, non glorijs, honoribus, aut opibus, diuitijſque credendum, ſed Deo; qui omnes ſperantes in ſe ſaluat, & ad firmam, ſecuramque bonorum poſſeſſionem perducit.

Ad præſens inſtitutum aduoco illud Numeror. cap. 10. vbi ſic Dominus ad ſuos affatur: *Si exieritis ad bellum de terra veſtra, ſi habebitis epulum, & dies feſtos tubis clãgetis, &c.* Quæ ergo conuenientia inter epulas, & bellum, vt vtrobique tubarum clangor debeat exaudiri? Dirimit rem Rabbanus, cùm ait: *Id factum, vt in proſperis, & aduerſis eadem ſemper ſolicitudo pulſet animũ noſtrum; & ita in nobis in ſumma rerum proſperitate ſciamus formidandum, ſicut timere etiam in bello fortiſsimi conſueuere, nulli omnino ſe ſe credentes, nulli ſecuri, &c.* Quam pulchrè! omnis Principatus lubricus, innumeris inſidiatoribus obnoxius, qui, etſi poſſeſſus, calamitatibus eſt vallatus, periculis plenus. Numeror. Rabbanus.

Nihilo ſtabiliores ſunt mundi gloriæ, ac honorum incertiſsi

gna

ma poſſeſsio. Sed proh dolor! Nullus omnino hominũ talem vacuitatem fugit. Sed cuncti terrenis rebus toto cordis affectu, ac animi voluptate adhærent.

Diffinita iam ſententia mortis aduerſus Niniuitas, Regemque eorum impium. Tunc (Ionæ 3.) Rex pœnitens profuſis lacrymis, cinere cõſperſus, cilicio amictus, ieiunijs contritus, abiectoque habitu, clamauit (ait textus) & dixit: *In Niniue ex ore Regis, & Principum eius, homines, & iumenta, & boues, & pecora non guſtent quidquam, &c. Quis ſcit, ſi conuertatur, & ignoſcat Deus.* Ad quid eiuſmodi clamores validi, poſt latam, denuntiatamquè ſententiam? Quis poſt decretum Dei, & voluntatem, cui reſiſtere nullus valet, ſperat iudicem poſſe placare? Sanè fiducia, quæ ſoli Deo credebat, tantum de Deo concipere poſſet; quod ſic euenit, cum miſertus eſt Deus ſuper malitia, quam locutus fuerat, vt faceret ei, & non fecit. Eleganter fatur D. Baſilius Seleuciæ oration. 20. *Mortis ſententia reorum fide reuerita, & inflexa eſt.* Hæc Baſilius. Videas efficatiam fidei noſtræ Deo fretæ. Ad cuius aſpectum ſententia diuina quaſi reuerita inflectitur, ſuplex præcatur, humilis rogat, obediens ſubditur.

Ionæ.

Baſilius.

Deuteronom. 11. Sic Dominus ad ſuos Iſraelitas affatur: *Omnis locus, quem calcauerit pes veſter, veſter erit.* Ac ſi diceret, bona tam citò euenient, quàm celer pes veſter ad calcandum fuerit. Quod eleganter exponit Diuus Bernardus ſermon. 32. in Cantic. *Quicunque* (ait) *locus, quem calcauerit pes veſter, veſter erit; magna ſiquidem fides, magna meretur, & quatenus in bonis Domini fiduciæ pedem porrexeris, eatenus poſsidebis: hæc verba, ni fallor, cõcinunt Euangelio atteſtante, nihil habentes, & omnia poſsidentes, hoc eſt, pedibus terrena bona calcando, cuncta tunc egregie poſsidebitis, &c.* Sanè temporalia bona, & cuncta alia præter Deum fluxa, & fragilia ſunt, ac veluti in calculo ludo ab vno in alium iactantur, & trãsferũtur, nec quidquam eſt ita poſsidentis propriũ, quod non, vel tempore finem capiat, vel libere ad alios traducatur. Tu autem ſi iſta cuncta cupis poſsidere, calca pedibus, mitte vt non tua, & tua erunt. Sed quomodo tua, ſi non tua? Certè ſi calcaueris ea, prudẽter ſoli Deo credens, protinus promiſsione Dei cuncta adijcientur tibi.

Deuteron.

D. Bernar.

Etenim illud Iob 34. *Qui non audit tyrannum cum diſceptaret contra pauperem.* Septuaginta tranſtulere: *Kana eis eudent, clamaſſe, & oraſſe virum.* Ad quem locum Nicetas eleganter fatur: *Qui hominum implorant auxilium, & qui Principibus fidunt, ſtulti ſunt, neque ex ea re lucri quidquam facturi ſunt, proindeque male-*

Iob.
Septuag.
Nicetas.

ledt-

Digitized by Google

ledictus, qui credit homini. O vana hominum ſpes! O inanis creaturarum fiducia! O mendaces filij hominum in bonorum acquiſitione! Accipe Chryſoſtom. homilia 4. in epiſtol. ad Hebræos, qui eleganter ad noſtram ſalutem affatur. *Omne ſtudium in his quæ ad vitam hanc pertinent, euacuatur; de ſpiritualibus autem nulla ratio eſt, propterea terrena pro voto nō proueniunt; Chriſtus quippè dixit: Primum quærite Regnum Dei, & omnia adijcientur vobis, hæc in adiectionis parte, tanquam in adiectitia dicit, datum iri; nos autem ordinem peruertimus; petimus terram, & bona terrena, quaſi cœleſtia additionis loco nobis dentur. Idcircò, neque iſta, neque illa habemus. Euigilemus aliquando, & efficiamur futurorum deſideratores, ſic etiam iſta ſequentur. Etenim Abraham credidit Deo, quod reputatum eſt illi ad iuſtitiam, & inſuper conceſſa rerum copia, & affluentia.* Hæc Chryſoſtomus. Chryſoſt.

AROMA IX.

De nomine, Mitraton, *quod pro nomine,* Maria, *Hebræi in ſuis arcanis recondebant Vbi Lutheri, Victorini, & Eraſmi probroſa, & ſtulta interpretatio refellitur Officia benignitatis Mariæ ante Dei Tribunal, conciliatricis mundi ab æterno, hominumque ſaluatricis expenduntur.*

GEneſis 17. verſ. 5. ad Abraham ſic affatur Deus: *Nec vltra vocabitur nomen tuum Abram, ſed appellaueris Abraham, &c.* Geneſis.

Hic in honorem amici ſui litteram vnam addit, ſcilicet, *H*, & hoc quid magnum erat? Sanè maximum, quia de ſuo diuino nomine illam litteram amico communicauit, & cum ea ingentia bona, commiſſaſquè opes elargitur is. Excepſit Hieronymus: *Quam litteram de ſuo nomine communicare voluit Deus cum nomine Abraham, vt oſtenderet, non modò ſe bona ſua imperiturum ei, verumetiam ſe ipſum, &c.* Sed ſi ab vna littera Abraham hæc tanta ſperare poterat; quid Maria à toto ineffabili Dei nomine, Deificoquè vocabulo? Hieronym.

Quare non omittendum, cenſui, quod ex Gregorio Veneto in armonia mundi tomo 5. cant. 1. habetur. Nempe, Hebræos inter ſua arcana abdiriſsima, vnam creaturam alijs omnibus longè excellentiorem, & veluti reliquarum Principem, tradere: Hanc, *Mitraton*, hoc eſt, *Principem ſiliorum* appellant, reueretur, quia ſemper coram ſummo Imperatore aſſiſtit, cui ſuperna facultas hominis Greg. Vene.

minis

minis ad eius faciem, & conſpectum introducendi, ineſt.

Huc abſque dubio attinet, quod eleganter adſcribit Arnoldus Carnotenſis tractatu de Laudibus Mariæ Virginis, puſillanimitatem humanam ad Mariæ confugium inuitans: *Securum* (ait) *acceſſum iam habet homo apud Deum, vbi mediatorem cauſæ ſuæ filiũ habet ante Patrem, & ante Filium Matrem. Chriſtus, nudato latere, Patri oſtendit latus, & vulnera; Maria Chriſto pectus, & vbera; nec poteſt eſſe vllo modo repulſa, vbi concurrunt, & orant omni lingua diſertius, hæc clementiæ monumenta, & pietatis inſignia.* Sic Arnoldus. En quam rectè *Mitraton* pro nomine *Mariæ*; quia ſi illud *Princeps facierum*, interpretatur; iſta antè faciem Chriſti Filij ſui, oſtendens pectus, & vbera, perpetuo oratura aſsiſtit: cuius pectus, cuius vbera omni lingua diſertius, affantur, facundius proloquuntur, apertius, ac clarius omni ſermone agunt. Ante faciem Domini aſsiſtit Deipara, cum ipſa de ſe: ante omnes colles ego parturiebar, adhuc terram non fecerat, & flumina, & cardines orbis terræ, quando præparabat cœlos, aderam, quando apperiebat fundamenta terræ, cum eo eram cuncta componens.

Arnoldus.

Quam aſsiſtentiam in omni opere à dextra Virgini apud Deum, non denegandam eſſe, belligeror, teſte Galatino in ſuis arcanis, qui libro 7. ingenuè tenet; hæc duo nomina *Ieſu, Maria* ad numerum *Berith*, ideſt *pactum*, quadã ratione Arithmethica accedere; vnde Caualiſtæ locum illum Ieremiæ 33. Niſi pactum meũ, hoc eſt, eſſet; diem, ac noctem, leges cœlo, & terræ, non poſuiſſem; ita transferunt ex Hebræo: pro eo quod nos habemus: *Si irritum poteſt fieri pactum meum cum die, & pactum meum cum nocte, vt non ſit dies, & nox in tempore ſuo*: Sic exponunt: *Niſi pactum meum eſſet*: niſi amore mei *Ieſu, & Mariæ, diem, & noctem leges cœli, & terræ, non poſuiſſem*, ideſt, *mundum non creaſſem*. Quaſi mundus conditus ſit propter Mariam, vt aſsiſtentem ante faciem mundi conditoris.

Galatinus.

Caualiſta.
Ieremia.

Hebræus.

Ad hæc Rabbi Anhelos in Gloſſa Caldaica ſuper illud Geneſis: *In principio creauit Deus cœlum, & terram*, cum tranſtuliſſet ſic: *In principio creauit Deus cœlum, & terrum*. Statim attexit: *propter ſapientiam*, hoc eſt, *amore intemeratæ Virginis quæ eſt mũdi ſapientia, creauit Deus hunc mũdum, & amore Meſsiæ Filij ſui, cui in diuinis ſapientia tribuitur*.

Rabbi Anhelos.

Nec deſunt inter ſacros Magiſtros, qui placito dicto perſpicuè ſuffragantur. De quibus, & eorum teſtimonijs alibi.

Modo vocare lubet melliflui Doctoris præclara verba ſerm. 3. in ſalue Regina: vbi poſt plurima Mariæ concinata priuilegia, ſic ſcri-

Digitized by Google

ſcribit: *Et vt breuiter concludam; de hac, ad hanc, & propter hanc omnis mundus factus eſt, & hæc gratia Dei plena.* Sic D. Bernardus. Si ergo totus mundus, vniuerſitas creaturarum propter Mariam condita exiſtit, cur non ipſa *Mitraton*, id eſt, *Princeps faciꝰerum?* quæ quando Deus cœlos condebat, aderat, & quando appendebat fundamenta terræ, cum erat cuncta componens. Bernardus

Rectè ergo: *Mitraton*, nuncupari, voluit, quæ ante faciē Domini ſedula adſtat aduocatrix. Ad cuius aſpectum, veluti ſupplex Deus, ac mitis apparet, cuius munus eſt, alumnos ſuos de inferorum immaniſsimis faucibus extrahere, & ante gloriam, & Dei faciem introducere, qua in æternum vehentur perennis gloriæ glorioſa fœlicitate. Hinc Bernardus ſuper Miſſus eſt. *Sicut à te* (ait) *deſpectus, & auerſus, neceſſe eſt, quod pereat; ſic ad te reuerſus, & à te receptus, impoſsibile eſt, quod pereat. Filioli, hæc peccatorum ſcala, hæc mea maxima fiducia eſt, hæc tota ratio ſpei meæ.* D. Bernar.

Nec minus eleganter vetuſtiſsimus Apoſtolorum diſcipulus Martyr Ignatius: *Impoſsibile* (ait) *aliquem ſaluari peccatorem, niſi per tuum, Virgo, auxilium, & fauorem; quia quos non ſaluat Dei iuſtitia, ſaluat ſua interceſsione Maria, miſericordia infinita, &c.* Quid pulchrius? Quis tanta auxiliatrice, non complaceat? Quis non tanto fauore inenarrabilibus perfundatur gaudijs? Ignatius.

Non in præſentiam prætermittam aliquorum impiorum abſurdas nominis *Maria* interpretationes.

In primis Lutherus garrulus Hæreſiarcha, nec bonis litteris, nec moribus probatus, à puritate rectę interpretationis alienus, & barbariſans, Mariam Hebraicam vocem, id, Hebræis ſonare, docet, quod apud nos valet: *Aquæ guttulla*, quæ fiſtulæ, aut hydrię adhæret: *Quæ quidem guttulla* (ait) *ſi mari, aut magno ſtudio comparetur, nihil quidquam eſt.* Hæc Hæreſiarcha. Luttherus.

Ex quo nouam confingit allegoriam: *Puſillum Iudæorũ credentium gregem per Mariam adumbrari.* Verùm hæc fictitia interpretatio, & fabuloſa, prorſuſque aliena à vero ſenſu, imò coacta, & oppoſita ſibi ſit, atque eam ſeruet Lutherus, qui ſe publicũ Eccleſiæ hoſtem, pijſsimæque Virginis aduerſarium palàm profitetur, ac hoſtiliter acclamat.

Sed quid abſurdius? Quid iniquius? Illam minuere, quæ vtero portauit cœli, & terræ conditorem? quam longe ab illo prius exclamauit Clarauallenſis Abbas ſermon. 2.? *O venter* (ait) *capacior cœlo, terris diffuſior, latior elementis, qui illum continere, valuit, quem totus orbis comprehendere non potuit: qui tribus digitis molem terræ apprehendit.* Erubeſcat ergo Lutherus in inferorum Clarauall.

la-

Digitized by Google

laqueo detruſus, non cognoſcat miſericordiam ab eo, cuius matrem inhonorare, auſus eſt.

Victorinus Victorinus, alter prauitate hæreticali Lutherus, Mariā *miſeram* interpretari imperitiſsimè, ac ſtolidiſsimè agitat. Quare ad Luc. 1. caput: *Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ*: transfert, *miſeriam* ancillæ ſuæ, &c. Hæc Victorinus.

Quid abſurdius *miſeram* eam acclamare, quæ omni cumulo fœlicitatis vndequaque circumamicta fuit? Apage, Mariam miſeram interpretari; Abſit à Maria omnis prorſus infœlicitas, ait *Hieronym.* Hieronym. ſermon. de Aſſumption. *Cùm cæteris virginibus per partes præſtatur gratia, Mariæ verò ſe totam infudit gratiæ plenitudo, quæ fuit in Chriſto. Quamquam aliter, & aliter; quia in Chriſto fuit plenitudo tamquam in homine perſonaliter infinito, in Maria vero, vt in templo ſingulariter conſecrato. Vel aliter, in Chriſto fuit plenitudo gratiæ ſicut in capite influente, in Maria verò, ſicut in collo transfundente.* Hæc Hieronymus. Quæ omnia ab ipſo eleganter prolata, preme, expunge.

Eraſmus. Tandem Eraſmus impudicus impotenti odio, violenta lingua, oculis ardentibus, labiis ſpumantibus, voce immani, in Marianum deuacchatur honorem. In colloquio de nauigantibus, edito anno 1524. ſtolidiſsimè ſic inuehitur. *Ibi* (orta, intellige, acri tempeſtate, & ventorum voragine) *vidiſſes miſeram rerum faciem. Nautæ canentes Salue Regina, implorabant matrem Virgem, appellantes eam Stellam maris, Reginam cœli, Dominam mundi, Portū ſalutis, aliiſquè multis titulis blandientes, quos nunquàm illi tribuunt ſacræ litteræ.* Pergit vlterius garrulus Eraſmus: *Quid illi cum mari, quæ nunquam, opinor, nauigauit? Olim Venus curam agebat nautarum, quia nata, credebatur, ex mari. Ea, quoniam deſit curare, curare ſuffecta eſt huic Virgini, non matri. Quid Virgo mater?* Sic euaginata lingua, aſperè, & acerbè in Marianum honorē mordicus inuehitur, ac præpudioſo eam dedecore afficit, lacerat ille Marianum honorem, & irridet eius patrocinio. Irrideatur potius ſtultitia eius, & hanc noſtram Reginam toto cordis affectu, & animo veneremur, eiuſquè Auguſtiſsimum nomen cunctarum neceſsitudinum antidotum eſſe, pro comperto habeamus.

Bernardus Contra hos tantæ lucis papiliones inſurgit deuotiſsimus Bernardus, Virginem, eiuſque ſacratiſsimi nominis efficatiā prędicans, ſic buccinat, ſic fideles excitat, aduerſarios deuaſtat: *Si criminum immanitate turbatus, ſi conſcientiæ fœditate confuſus, ſi iudicij horrore perterritus, ſi baratro deſperationis abſortus es, Mariam*

riam cogita, Mariam inuoca, non recedat à corde, non recedat ab ore; nam ipſam rogitans, non erras; ipſam ſequens, non deuias, ipſa te tenente, non corruis; ipſa protegente, non metuis; ipſa duce, nō fatigaris; ipſa propitia, peruenis; & in temetipſo experiri, potes; quā meritò dictum ſit, nomen Virginis Maria, &c. Vide, quam prudenter in fluctibus maris penè merſi, Mariam inuocauerint, nomine eius validè communiti, quos improperat, conuitiis afficit, lacerat oprobriis Eraſmus vafer.

Sanè, iſte, vt de more habet, innaniter obſtrepit, & verborum turba fœdam euomit allocutionem inſanam. Sed ille tandē ſuorum ſcelerum pœnas luet; iſti autem, quos irridebat, fulgenti ſtella maris ducti, ad portum peruenere.

Et quid mirùm, quòd iſti, vt à naufragio liberarentur, Mariam interpellarent; ſi ipſa animata exiſtit arca: in qua omnes fideles ab imminentibus mundi periculis ſubducuntur. Sic Anonymus canebat in Hymno, de Virgine alloquens.

Hæc eſt arca teſtamenti,
Nos portans in præſentis
Maris huius fluuio.

Anonym.

Sed & Chryſippus Virginem arcæ Noe comparat, & vlterius præfert. Sic de laudibus Mariæ homil. 2. tenet: *Illa* (ait) *erat animalium arca, hæc autem arca vitæ incorruptibilis. Illa ipſum Noe, hæc verò ipſius Noe factorem, portauit. Hæc autem vniuerſum Trinitatis complemedtum. Denique, illa animalia, & bruta in ſe continuit, & ea in alia non mutauit; noſtra, homines brutorum more viuentes, in Angelos mutat, &c.* Sanè, Maria eſt illa arca hominum in communi alluuione liberatrix; quæ non ſolùm eos recepit, recipit, recipiet; verum, & in Angelos ex brutis conuerſos, reddit.

Chryſip.

Ad ipſam confuge, ad ipſam accede; nam quidquid Lutherus irrideat, tandem talis auxiliatricis ductu, portum arripies. Ipſe autem Eraſmus improbus, ſuique commilitones, qui ab arca abfuerunt; vndis Tartarorum ſepulti, gennalibus deſtinabuntur flammis.

In hoc Mariano, piiſsimo vocabulo, omnem Mariæ efficatiam, ac virtutem inuenies. Quidquid enim pietatis, quidquid nouitatis, miræquè potentiæ per nomen ſuum Chriſtus decreuit hominibus exhibere, totum id, ſanxit, decreuit, per nomen Auguſtiſsimum elargiri Mariæ. Imò impendere nihil, ſi impe-

ſtratio Mariæ,& nominis eius non interponatur. Hominibus, deficiente tali dulciſsima inuocatione,deficit halitus, ſpiraculũ deficit,quid ſupereſt,niſi vt deficiat vita. Arridet Simon de Caſia lib. 2.cap.1. *Nomen Virginis Mariæ ſibi congruit,& myſterio. Decebat enim,vt ex proprio nomine tanto myſterio aptaretur,vt intrinſeca,nomen,& geſta in vnum concentum concurrerent, in vnũ cõflata, vnum ens virtutis immaculatum efficerent; vnum vas ederetur,in quo reponerentur diuina myſteria.* Quid illuſtrius?

Simon de Caſia.

Hinc rimati ſunt pij Magiſtri,non ſolum Deum ad Mariam ſalutandam Angelum miſiſſe;ſed etiam verba ſalutationis eidem præſcripſiſſe Paranimpho, ſigillaſſe, præcepiſſe,vt nomen Mariæ exprimeret in ſalutatione,quaſi cunctorum bonorum fontem,humanæquè fœlicitatis aſylum. Significat Gregorius Thaumaturgus ſermone 3. Annuntiationis, Deum ſic alloquentem faciens: *Tu (Angelus) Aue gratia plena ad Mariam dicito, vt ego ærumnoſæ,atque afflictæ miſerear Euæ,&c.* In illa prima ſalutatione Mariæ,noſtræ redemptionis exordio, Angelus diuino ſpiritu illuſtratur,vt proferat *Mariam,* quaſi ex eius vocis prolatione noſtræ ſalutis penderet remedium.

Gregor. Thaumat.

AROMA X. PRO MORVM REGVLA.

Horret magis Chriſtus linguarum ſtimulos, quàm ſuorum vulnerum dira tormenta.

Dauid.

REgius Vates Pſalm. 93. ſic Chriſtum ad Patrem orantem deſcribit: *Protexiſti me à conuentu malignantium, à multitudine operantium iniquitatem,&c.* Quare? Sic annectit, *quia exacuerunt vt gladium linguas ſuas,&c* Sed cur non dicit,quia exacuerunt gladios ſuos,parauerunt lancearum ſpicula,cuſpides ſpinarum? Cur relictis diris lancearum,ſpinarum ſpiculis; ad miſtica linguarum tela tranſit? Equidem, quia longè horribilius Ieſu linguarum ſpiculum,quàm omnia tela, à perfidis Iudæis contorta.

Gilbert.

Tanquam Agnus ad occiſionem ductus eſt Chriſtus Dominus, non aperiens os ſuum; in flagellis immaniſsimis, & in aliorum percutione vulnerum ſilens, ac tacens incunctanter reperitur. Cæterum in cruce ſuffixus,ad Patrem quæribundus,apparet: *Deus Deus meus* (aiens) *vt quid dereliquiſti me.* Gilbertus Abbas in quæſtionem vocat,cur in cruce queritur, qui in aliis tormentis, tanquam agnus tacens inuentus eſt? Aptè ad rem quæſtio

ſtionẽ dirimit: *Horret magis Chriſtus linguæ ſtimulos, quã aculeos ſpinarũ. Matth. 27. Prætereũtes blaſphemabãt eũ; Vah, qui deſtruis tẽplũ Dei, & in triduo, &c. ſalua te metipſum. Si filius Dei eſt, deſcendat de cruce. Vix talia fantur, quando Ieſus dixit: Deus Deus meus, vt quid dereliquiſti me? Ecce quod tormenta non potuerunt, Iudæorum linguæ fecerunt, querebundum Ieſum.* Hæc Gilbertus. O quàm acerbi cruciatus linguarum accentus! Quàm dura verbera, dura turba! quam terribiles cuſpides ſpinarum prolatæ voces! Doloſa lingua quam lethalis!

Nec longe abs re Cyprianus ibi: *Clauis* (ait) *ſacros pedes terebrantibus, foſſis manibus, de vulnerum anxietate non loqueris, de ſpinis ſacrum caput pungentibus, non quereris; ſed ſatagis, vt innoteſcat poſteris, quare derelictus à Deo videris, ac poſitus contumeliis, & ludibriis Iudæorum, &c.* Hæc profundè Cyprianus. Ludibria, & contumeliæ, ô mi Domine, Iudæorum fortiſsimi tibi aculei extiterunt. Et quæ millia millium lethalia vulnera non efficiunt, à Ieſu pectore gemitus trahunt, ſuſpiria educunt. *Cyprianus.*

Huc attinet aſſertum Auguſtini de conſenſu Euangeliſtarum Marci, & aliorum Euangeliſtarum ſententiam, ac placita nectentis. Ille de paſsione Domini ſermonem faciens, aſſerit hora ſexta crucifixum, alij hora tertia diffiniunt. Certè hæc nullo modo ſe cohærent. Quid contrarius, quam hora tertia, & ſexta Chriſtum Dominum crucifixum? Difficultatis nodum libro 8. egregiè dirimit: *Intelligitur ergo* (ait) *fuiſſe hora tertia, cùm clamauerunt Iudæi, vt Dominus crucifigeretur; & veriſsimè demonſtratur; tunc eum crucifixiſſe, quando clamauerunt.* Hæc Auguſtinus. *Auguſtin.*

Quando impudicarum vocum clamores perſonabant, conuitia audiebantur, ludibria ex ore perfidorum defluebant, perſtrepebant linguarum iacula; tunc Chriſtus Ieſus, quaſi vera lancearum ſpicula abſint, aliis verborum telis longius immaniſsimis emoritur, queribundus lamentatur.

Marci 7. adducunt ad Dominum ſurdum, & mutum, deprecantur, vt illi manum apponeret. Curaturuſque Chriſtus eius infirmitates, ſuſpiciens in cœlum, ingemuit, & ait: *Epheta*, quod eſt *aperire*. Ad quid Domine linguam ſoluturus ingemiſcis, qui antequam inter immania, & fortiſsima vulnera, dira tormenta indefeſſus exiſtis? Pulchrè Diuus Bernardus de triplici cuſtodia: *Nec verò pſo etiam mucrone, quo dominicum latus confoſſum eſt, crudeliorem dicere, verearis: fodit enim hæc quoque Chriſti corpus, nec iam exanime fodit; ipſaque quoque nocentior eſt ſpinis, quas illi tam* *S. Marcus.* *D. Bernar.*

Digitized by Google

D. Bernar. *blimi capite furor militaris impoſuit; ſeu etiam clauis ferreis, quos ſanctiſſimis manibus illis, & pedibus conſumatio Iudaicæ iniquitatis confixit.* Sic Bernardus. Hæc vulnera peruerſæ linguæ, hæc iacula murmurantium, hæc tela detractionum. Hæc fortiora ſpicula Chriſti Domini corpus transfigentia, eiuſque animam triſtius, ac acerbius vulnerantia. Proh ſtupendam maledicorum audaciam! proh murmurantium crudelem ſocordiam, proximum necantem, Chriſtum Dei filium crucifigentem. Fugiamus ergo ergo hoc mortiferum venenum, & hanc peſtilentiam vitemus.

Certè iure optimo detractio in ſacris litteris peſtilentia inſcribitur; vnde loquaces, irriſores, bilingues, ſæpenumero peſtilentes nominantur. Vnde Prouerbiorum 27. numer. 12. cùm dicitur: *Tecta perſtillantia, mulier litigioſa.* Alij transferunt: Tecta peſtilentia. Et vbi Regius Vates, eò quod à detractionibus eripiendus ſit, agit gratias, Pſalmo 90. *Ipſe liberabit me de laqueo venantium, & à verbo aſpero.* Hebræus vertit: *A peſte ſceleriter necante.* Quare Diuus Bernardus ſermone de triplici cuſtodia, ſic effatur: *Lingua maledica vipera eſt ferociſſima, quæ lethaliter inficit tres flatu vno; illum, qui loquitur, & de quo loquitur, & quem verbis ſuis ſcandalizat.* Sic Bernardus. Quid mirum tam miſera clades ad maledicam linguam, ſi peſtis eſt, ſi infirmitas læthalis omnem hominem deuaſtans, omnemquè vitam perdens.

Prouerb.

Dauid.

Hebræus.

Bernar.

AROMA XI.

Arcana nominis, MARIA, *ex numero quatuor litterarum, quibus Hebraicè in opinione eruditorum conſtat, & ex proportione ad admirabile nomen Dei,* Tetragramaton.

QVã plurimis arcanis referta elucẽt & ipſa Mariani vocabuli pura elemẽta; nec myſterijs innania, nec muneribus vacua. Accinit Barthol. de Piſa lib. de B. Virg. fruct. 8. *Nõ ſolũ ex nominis interpretatione; ſed etiã ex compoſitione litterarum apparet huius nominis excellentia. Vt enim in nomine Ieſu filij ſui quinque litteræ cõtinentur, ſic in nomine Mariæ totidẽ ſunt litteræ, eius perfectionẽ oſtendentes. Prima littera, M, miſericordiã oſtendit, & pietatem eius, qua plena eſt omnis terra. A, altitudinem contemplationis, qua continuè in Deum fertur. R, religioſitatem in cultu, habitu, motu. I, innocentiam, puritatem. A, affluentiam exprimit gratiarum. Vel aliter comprehendo curſum*

Bartbol. de Piſa.

Digitized by Google

ſum vitæ ſuæ; M, dicit mirabilitatem conceptionis, & natiuitatis; A, acceptionem eius in Dei matrem; R, rectitudinem quoad omnes vitæ actus; I, imitationem perfectiſſimam, & conformitatem ad Chriſtum; A, altitudinem gradus; quæ ſuper omnes eſt in gloria ſublimata, &c.

Apud Lucam cap. 15. Filius ille prodigus è profundo ſuorum ſcelerum barathro iam euulſus, ad Deum Patrem ſecum eloquebatur: *Non ſum dignus vocari filius tuus*: & meritò, quia indigniſsimum eſt id vocari, quod opera minimè exprimunt; etenim nomen rei eſt index. *Lucæ.*

Inaniter, & ſuperuè gloriabatur Hebræorum gens de Iſraelis appellatione, quam ſic acriter Diuus Baſilius Seleucia, oratione 19. obiurgat: *Nomen, quo tu appellaris, Dei cogniti argumentum eſt, vt amplius incredulitatem tuam pateſaciat; cur igitur appellationi, cuius virtute cares, contumeliam irrogas? Quid geſtas cognomen, quod perſonæ probro ſit? factis appellationem impugnas, & calumnia nomen tuum afficis?* Hæc Baſilius. Punge illa: Quid geſtas cognomen, quod perſonæ probro ſit? &c. *Baſilius.*

Vtique neſcit nomen ſine re nominis non augere dedecus, non inferre pudorem; quod cauens prudens illa, ac formoſa Noemi, cum, amiſsis diuitiis, perditiſque domus ſupellectilibus, vlulabat. Ruth. 1. *Ne vocetis me Noemi, ideſt, pulchram, ſed vocate me Mara, id eſt, amaram, quia amaritudine repleuit me omnipotẽs.* Erat enim illi pudori fœlicitatis nomen præſeferre, calamitoſa, ac ærumnoſa exiſtens. *Ruth.*

Nomen Auguſtum Mariæ, etſi Romano, Italicoque ſermone, quinque litteris pronuntietur; Hebraica tamen lingua, qua primum ipſi Deiparæ Virgini inditum fuit, ex mente Hebraica lingua calentium, quatuor dumtaxat, propter carentiam vocalium, conſtat; nempe, *Mem, Res, Iod, mem*; quare, & nomen Tetragramaton erit, quemadmodum, & nomen Dei Optimi Maximi, *Iehouah*, & nomen Saluatoris noſtri *Ieſuach*; quæ ſimiliter ex quatuor litteris componũtur. Vnde non exiguus Deiparæ fulgor oritur; quod illius vtique nomen quoad litterarum numerum ſimile ſit nomini Dei, ac nomini Saluatoris noſtri, ipſiuſque Filij Dei.

In primis iſtorum opinionem roborat huiuſmodi numerus, qui cum miſticus ſit, præclaram Mariæ dignitatem extollit. De quo S. Ambroſ. lib. 2. Abrahã c. 9. in mediò: *Quaternarius quoque (ait) & ipſe miſticus eſt, & in Scriptura cõmẽdatur; nã ſpecioſã illã lucẽ, quæ ſe ipſam, & cætera manifeſtat, luminiſq; genitores So-* *S. Ambroſ.*

 lem,

lē, & Lunā, ac præfulgidum ſtellarum chorum, quæ noctem, diemq; menſes, annoſque oriendo, & occidendo terminant, die quarto creata eſſe, ſermo propheticus declarat. Mundi radices quatuor numerantur, terra, aqua, ignis, aër. Et annus temporum vices ſunt totidem, hiems, æſtas, ver, autumnus. Denique de terræ fructibus Deo oblationes ante annum quartum fieri prohibentur; ſicut ſcriptum eſt, fructus terræ tres annos erit vobis immundus, non comedetis ex eo, & anno quarto erit omnis fructus eius ſanctus, & laudabilis Domino.

Et alio loco lib. 2. Abrahami cap. 9. in medio, ſic ſubdit. Tetras omnibus numeris apta eſt, & radix quædam decimæ, ac fundamētum, hebdomadis quoque media. Hæc Ambroſius, & quam per pulchrè.

De iſto igitur quaternario numero, ex quo nomen, *Mariæ* Hebraicè componitur; aliqua pulchrè in eius laudem ad lucem emittam Nonne in quatuor libris plenum Euangelium, atq; perfectum eſt? Quatuor animalia miſtica ſunt. Mūdi quoque iſtius partes quatuor ſunt, ex quibus congregati filij Eccleſiæ regnum Chriſti ſacratiſsimum propagarunt, venientibus ab Oriente, atque ab Occidente, Septentrione, & Meridie. Quadripartito enim latere ſancta ſurrexit Eccleſia.

Quatuor ſunt hominum ætates, pueritia, adoleſcentia, iuuentus, maturitas paulatim aſſurgit, & fundatur. Vbi ſemen ſparſum fuerit ſoluitur humo, & primo prorrumpit radicem, deinde germinat, formatur fructus, & poſtea matureſcit. Arbores quoque ipſæ primum fructum ferunt, deinde adoleſcit fructus, acceſſu temperio mutat colorem. De quo numero, ſi optas quam plurima ſcitu digna; legito D. Thomam opuſculo admirabili de numero quaternario.

Meritò ergo numerus huiuſmodi in compoſitione nominis Mariæ inuenitur, ſicut in admirabili Dei tetagramaton. Quia ſicut iſtud in Deo Supremo, & actualiſsimo ente omni potentialitate, & imperfectione nudo, cunctam perfectionem arguit, puriſsimam actualitatem demonſtrat, omniumquè attributorum cumulum; ſic quaternarius in Maria omnem gratiam adeſſe, cunctiſq; virtutibus pollere annuit. Cuncta priuilegia in Deipara Virgine ampliſsima quadam comprehenſione, ac eminentiſsima præſtantia enituiſſe, compertum eſt.

Itaque iſte quaternarius numerus in Mariano nomine, & ſimilitudinem ad Deum, & cunctarum comprehenſionem gratiarū, ſimulque reſpectu noſtri intellectus in comprehēſionem adſtruit,

Digitized by Google

Rogabat S. Bernardinus Senenſis ſermon. 1. de nomine Mariæ. Cur beata Virgo tantis decoretur nominibus? Sanè modo eã ſtellam appellamus, modo Lunam, iam fulgentem Solem, iã terram, iam cœli ianuam, alibi paradiſi acclamamus portam: quorſum hæc tam innumerabilia nomina? Sic diluit quæſitum: *Maria Virgo, non vnam tãtum, ſed multiplicem interpretationem habet; & ſicut Deum ipſum non vno tantum nomine nominamus, ſed multis, vt ſic eius incomprehenſibilitatem enũtiemus, ſic, & glorioſam Virginem multis nominibus deſignamus.* Hæc S. Bernardinus. Eo enim quod Deus eſt, & conſequenter à creato intellectu prorſus incomprehenſibilis, nomina ei plurima attribuimus, vt ſic ad aliquarum proprietatum agnitionem accedamus. Non aliter in Maria, ait Senenſis, perplurima agregamus nomina, vt ſic eius incõprehenſibilitatem, ſimilimam Deo, enuntiemus. S. Bernardin. Senen.

Hæc incomprehenſibilitas in quaternario numero eius nominis adinſtar *Tetagramaton*, apparet, & ex frugiſsimo gratiarũ cumulo, etiam in quaternario ſignato, emanat. Ideo enim Maria incomprehenſibilis exiſtit, quia in ipſa non vnius dumtaxat, ſed cunctorum priuilegiorum dignitas præfulget. Quod abſque dubio deſignant S. Petri Chryſologi verba ſermon. 143. *Verè benedicta,* (ait) *quæ fuit maior cœlo, fortior terra, orbe latior; nam Deum quem mundus non capit, ſola cœpit; portauit eum, qui portat orbem, genuit genitorem ſuum, nutriuit omnium nutritorem, &c.* Hæc Chryſologus. Videas, quomodo quaternarius nuemrus, amplitudinem indicans, rectè nomini *Maria* adſcribatur, cum Deipara Virgo, cœlo, orbe, ac toto hoc vniuerſo capatior enuntietur, amplior inſpiciatur. Chryſolog.

Liceat ergo Epiphanij præconium propalare, & de hac virginea amplitudine, in quaternario depicta, ſic ſcribere: *O vterum impolutum, habentem circulum cœlorum, qui Deum incomprehenſum portaſti! O vterum, qui cœlum, os ſeptem circulis conſtans, & capatior illis exiſtis! O vterum ſeptem cœlis ſublimiorem, atque latiorem! O vterum habentem inextinguile lumen ſepties lucentis gratiæ!* Hæc vſque Epiphanius. Qui pulchrè, eleganter, ac piè incomprehenſibilitatem vteri virginalis demonſtrat. Epiphan.

Liceat tandem cum Seraphico Præceptor vocem extollere; *O Domina Imperatrix Maria, quam admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra, quoniam eleuata eſt magnificentia tua ſuper cœlos. Eo quod dignitas tua ſuper omnem terram, ſuper omnem Angelorum cuneum euehitur; admirabile omnibus nomen tuum apparet, vt ex appellatione tua celſitudo comprobetur.* Bonauent.

Iam

Iam iam in calce Aromatis enucleare lubet, quomodo Mariæ nomen, nomen inquam creaturæ, tam exactè nomini Dei maximo inter alia celeberrimo *Tetagramaton* adæquetur? Et concinna affinitate conueniat.

Si habes brachium ſicut Deus, aut ſimili voce tonas, rogabat Iobum Dominus cap. 40. Quomodo Deipara ſimili voce, æqualiquè appellatione tonat? Quis tan per celebri nuncupatione illam auſus eſt acclamare? Quis tale nomen adhibere? Sanctus Petrus Damianus ſermon. de Annuntiation. quæſitum dirimit. *De theſauro diuinitatis Mariæ euoluitur*: ait. Preme illa: *De theſauro diuinitatis Mariæ nomen euoluitur.* Sicut enim admirabile, atque Auguſtiſsimum Tetagramaton non niſi de theſauro educitur diuinitatis, quia ſuper eminens, ac diuinum eſt; ſic nomen Mariæ non ab humano captu, nec de proprietate aliqua creata, ſed de theſauro ipſo diuinitatis euoluitur: ideoque non diſsimile Dei nomini; ſed ipſi omni poſsibilitate conſentaneum.

Iob. *S. Pet. Damian.*

AROMA XII. PRO MORIBVS componendis.

Talis Sacerdotum dignitas, quòd nomine ſuo eos Deus nobilitet.

PEr Regium Vatem, ſic in ſuorum ſacerdotum auxilium inſurgit Deus. Pſalm. 104. *Nolite tangere Chriſtos meos, & in Prophetis meis nolite malignari.* En ſacerdotes eodem nomine, quo Deus, nobilitatos: videas eorum regalem dignitatem; ſuperſt, vt nihil in eorum promineat actionibus, quod dedeceat numen.

Dauid.

Rebeca paruulorum in vtero diſcordia grauidata (ait ſacer textus Geneſis 25. numer. 22.) perrexit, vt conſuleret Dominum. Sed quem locum adiit? Auguſtinus, Euſebius, Gennadius, apud Lipomanum, ad Melchiſedecum Prophetam, opinantur, quia ſacerdos Domini erat. Ex quo ſit difficultas exoritur, ſi Rebeca perrexit, vt Dominum conſuleret, cur Melchiſedecum ſacerdotem abiit, ipſumque conſulit? Sanè, quia cum ſacerdos Domini eſſet, Dominus appellabatur, & Domini nomine gaudens, nihil in eorum elucebat geſtis, quod diuinitatem non redoleret. Perpulchrè Chryſoſtomus in hunc locum: *Non* (ait) *ad humanum cōfugit ſubſidium Rebeca, nec ſe expoſuit curioſorum, aut arioloru m vanitati; & eorum, qui polliceri audent, quæ ſupra humanam ſunt ſcien-*

Geneſ. Auguſtin. Euſebius. Gennad. Lipoman. Chryſoſt.

Digitized by Google

naturam; ſed abiit, inquit, vt conſuleret Dominum. Et poſteà ſubdit: *Quid eſt perrexit, vt conſuleret Dominum? recurrit ad veram ſcientiam, & feſtinauit ad ſacerdotem Dei miniſtrum, per quem latentium ſcientiam volebat diſcere.* Et tandem concludens, in honorem ſacerdotij ſic effatur: *Et vide quanta tunc erat ſacerdotum dignitas. Nuſquam enim dicit, quod ſacerdos ei reſpõderit; ſed poſtquam dixit, perrexit, vt conſuleret Dominum, ſubdit: & dixit Dominus ei, nempe per ſacerdotem.* Ita ergo ſacerdos arctiſsimè Deo, & Chriſto copulatur, vt non totus Chriſtus ſine ſacerdote velit dici, quaſi pars Chriſti ſacerdos, ex cuius cum Chriſto arctiſsimo nexu Chriſtus ſeu totus, ſeu integer etiam quoad appellationem, & nomen emergat.

Arnoldus Carnotenſis tractatu de Laudibus Deiparæ, de nexu perſonæ Mariæ ad Chriſti Domini perſonam loquens ait. *Itaque perſonam Chriſti cum Matre, non tam dico communem, quam eandem.* Sic, Chriſtus, & ſacerdos non duo, ſed totus Chriſtus accerſendus eſt. Vt Tertulianus libr. 2. ad vxorem capit. 9. rectà dicet: *Nulla ſpiritus carniſque diſcretio, at quia verè duo in carne vna, vbi vna caro, vnus ſpiritus: mira equidem dicendi energia: hinc eſt, quòd Dominus mira perficiens, & diuinæ potentiæ inſueta facinora promens, vt coniunctiſsimam, quam cum ſacerdotio neceſsitudinem habet, ne dicam identitatem, aut omnimodam vnionem, depellet, & ſe totum, ea patrare conſortium ſacerdotis aduocat; tranſit igitur homo à ſe, & in diuinum pergit, & ſtrictiſsimo nexu in Deo manet, & Deus in eo.* Sic author. *Arnold.* *Tertulian.*

Leuitici 16. *Sic Dominus præcipit, nullus homo ſit in tabernaculo, quando Pontifex ſanctuarium ingreditur, vt roget pro ſe, & pro domo ſua.* Cur homines procul à templo, quando Pontifex ſanctuarium eſt ingreſſurus? Cirillus Alexandrinus libro 11 ſic tranſtulit: *Et non erit homo, cum ingredietur intra velamen Pontifex.* Quaſi homo, & Pontifex, aut ſacerdos, non ſe cohæreant. Sanè Deus, & ſacerdos abſolutiſsimo vinculo connectuntur; cæterum homo, & Pontifex, apage. Vnctus enim ad ſacerdotium homo, iam, non homo non terreſtris, ſed Deus, & veluti diuinus apud omnes exiſtit. Verba Cirilli non recondam, quæ ſic extant: *Quomodo non erit homo? quòd qui potuerit ſequi Chriſtum, & penetrare cum eo interius tabernaculum. & cœlorum excelſa conſcendere, iam non erit homo, ſed tanquam Angelus Dei; aut etiam ſuper eum ſermo ille complebitur, ego dixi, Dij eſtis, & filij excelſi omnes: ſiue ergo ſpiritualis effectus vnus cum Domino ſpiritus fiat, ſiue per reſurre-* *Leuitic.* *S. Cirillus.*

ſurre-

ſurrectionis gloriam, in Angelorum ordinem tranſeat, iam non erit homo, &c. Videas, Sacerdotem, non hominem, ſed Deum; nō terrenum, ſed cœleſtem; non humanum, ſed diuinum.

O immenſa ſacerdotis fœlicitas! O dignitas ſuper excelſam Angelorum eminentiam! Dum ad eam, ô homo, non es ſublimatus; humana ſuperveſtiris natura, humanus es, terrenus es. At, dū tabernaculo Dei appropinquas, ac ſacerdotio fungeris, iam non homo, ſed Deus effectus es.

Matthæi 16. Chriſtus Dominus ad diſcipulos in ſacerdotiū
Matthæi. vngendos, ſic effatur: *Quem dicunt homines, eſſe filium hominis?* Sed iam iam ab ipſis varijs hominum placitis auditis. Subinterro
Hieronym. gat: *Vos autem, quem me eſſe, dicitis?* Quid hoc? (ait Hieronymus) In primo quæſito, dum dicitur: *Quem dicunt homines eſſe filium hominis:* nonne Apoſtoli cōprehenduntur? Quis ambigit? Vt quid ergo ſubditur: *Vos autem, quem me eſſe, dicitis;* quaſi non ſint Apoſtoli homines? Satisfacit concinnè Hieronymus per hæc: *Prudēs* (ait) *lector aduerte, quòd hic Apoſtoli, non homines, ſed Dei appellātur.* Ac ſi diceret Hieronymus; omiſſo ſermone de hominibus, iā ; que eorum dictis recenſitis, vos, qui propter futurum regale ſacerdotium in altiorem dignitatem, & quaſi diuinum faſtigium iā aſcendere incepiſtis, quem me eſſe dicitis? O ineffabilis dignatio maieſtatis! O inſplicabilis ſacerdotij celſitudo! O penè immenſa, & infinita! Quid enim ea ſublimius? Quid ipſa fœlicius? Dicamus ergo cum Ambroſio ad noſtrum inſtitutum pulchrè effante:
Ambroſius *Nihil eſt in hoc ſæculo excellentius ſacerdotibus, ſi quod ſumus profeſſione, actione potius, quam nomine demonſtremus, vt nomen cōgruat actioni; actio reſpōdeat nomini; ne ſit nomen inane, & crimē immane, ne ſit honor ſublimis, & vita deformis ne ſit Deifica profeſſio, & illicita actio.* Hæc Ambroſius. Cuius verba punge, quæ miram redolent ſuauitatem, ſacerdotum munera mirificè oſtentant.

AROMA XIII.

Elementa nominis MARIA iuxta Hebraicū alphabeticum ex ſententia S. Antonini perinde perſcrutantur. Virginitas, charitas, exēplar, contemplatio, vita actiua, vniuerſitas ſcientiarum Mariæ deteguntur.

QVam per magnum virgineum nomen Maria ſit, ſatis dilucidè expoſitione Hebraica iuxta Antonini, & aliorum mentem

rum diſeritur. Etenim apud Hebraicum idioma quinque etiam litteris adſtruitur: ex quibus haud nulla Mariæ nominis priuilegia comparent.

Prima ergo littera huius nominis eſt, M. Hæc apud Hebræos dicitur, *Mem*. Et iuſta peritiores Hebræos duplicatur; dicitur enim, *Mem*, & *Men*. Etenim *Mem*, nuſquam ponitur in initio alicuius dictionis, nec in medio, niſi in iſto nomine, *Maria*, quia de vna tantum verificatur apud eos, quibus omnia in figura contingebant, quoniam illam figurabat, quæ, nec ſimilem viſa eſt, nec habere ſequentem.

Eſt autem ſcitu dignum, quod apud Hebræos intereſt magnum diſcrimen inter *Mem*, & *Men*; nam primum eſt apertum ſuperius, & clauſum inferius; ſecundum è contra, eſt clauſum ſuperius, & apertum inferius; ex quo ſic piè eleganter Antoninus infert 4 part. cap. 23 tit. 15 *Vide* (ait) *quam ſubtiliſsimè Spiritus ſanctus dixit, Virginem Mariam incognitam futuram viro, prole tamen fœcundam de cœlo. Et ſic apertam Deo, clauſam viro, quod nulli alteri foret adſcribendum; cum nullum aliud nomen cum* men, *littera tali ſumat initium. Sic verò aliorum nomina terminantur per* men, *quia omnes beati futuri ſunt virgines corpore, quia in cœlo neque nubent, neque nubentur.* Antoninus

Interpretatur autem, *men*, ſecundum Ambroſium ad Pſalm. *Beati immaculati in via*, *viſcera*, vel *ex ipſis*, in quo tam dignitas, quàm charitas Mariana patefit. Dignitas eius ignoteſcit, quoniã in viſceribus eius fuit aliquando realis habitatio Chriſti, vt diceretur templum Dei, ſacrarium Spiritus ſancti, de quo, in interpretatione *Deus ex genere meo*, tractabimus. Inſuper charitas tam actiuè, quàm paſsiuè oſtenditur in ea; *actiuè*, quia pietatis viſcera gerit ad ſingulos, pro omnibus intercedens. Charitas *paſsiuè*, cùm fuerit ab omnibus deſiderata, & concupiſcenti expectata animo; quod inſuper alia interpretatio, ſcilicet, *ex ipſis* etiam denodat, cùm à parentibus ipſius, nobiliſsimiſque Patriarchis expectata fuerit, ardenter commendata, viſceroſèque progenita. S. Ambroſ.

O quàm ardens Mariæ charitas! O quàm feruens! O quàm tota per charitatem exæſtuans! Quamquè pro filijs hominum euiſcerans, ea erga illos ardenti conflagrans dilectione! Quo procul dubio Richardus de Sancto Victore expectans lib. 1. cap. 26. effatur: *Tanta quoque fuit eius charitas, vt non ſolum ad eius gẽtes (Iudæos intellige) extenderetur, ſed ad ignotas, & notas, & ad omnes denique homines charitas eius dilatata fuerit; pro his ſolicita fuit, pro his indeſinenter orauit, pro his orando exaudita fuit: dicte-* Richar. de S. Victore.

te

Digitized by Google

tratio Mariæ,& nominis eius non interponatur. Hominibus,deficiente tali dulciſsima inuocatione,deficit halitus, ſpiraculũ deficit,quid ſupereſt,niſi vt deficiat vita. Arridet Simon de Caſia lib. 2.cap.1. *Nomen Virginis Mariæ ſibi congruit,& myſterio. Decebat enim,vt ex proprio nomine tanto myſterio aptaretur,vt intrinſeca,nomen,& geſta in vnum concentum concurrerent, in vnũ cõflata, vnum ens virtutis immaculatum efficerent; vnum vas ederetur,in quo reponerentur diuina myſteria.* Quid illuſtrius?

Simon de Caſia.

Hinc rimati ſunt pij Magiſtri,non ſolum Deum ad Mariam ſalutandam Angelum miſiſſe;ſed etiam verba ſalutationis eidem præſcripſiſſe Paranimpho, ſigillaſſe, præcepiſſe,vt nomen Mariæ exprimeret in ſalutatione,quaſi cunctorum bonorum fontem,humanæquè fœlicitatis aſylum. Significat Gregorius Thaumaturgus ſermone 3. Annuntiationis, Deum ſic alloquentem faciens: *Tu (Angelus) Aue gratia plena ad Mariam dicito, vt ego ærumnoſæ,atque afflictæ miſerear Euæ,&c.* In illa prima ſalutatione Mariæ,noſtræ redemptionis exordio, Angelus diuino ſpiritu illuſtratur,vt proferat *Mariam*,quaſi ex eius vocis prolatione noſtræ ſalutis penderet remedium.

Gregor. Thaumat.

AROMA X. PRO MORVM REGVLA.

Horret magis Chriſtus linguarum ſtimulos,quàm ſuorum vulnerum dira tormenta.

David.

REgius Vates Pſalm. 93. ſic Chriſtum ad Patrem orantem describit: *Protexiſti me à conuentu malignantium,à multitudine operantium iniquitatem,&c.* Quare? Sic anectit, *quia exacuerunt vt gladium linguas ſuas,&c* Sed cur non dicit,quia exacuerunt gladios ſuos,parauerunt lancearum ſpicula,cuſpides ſpinarum? Cur relictis diris lancearum,ſpinarum ſpiculis; ad miſtica linguarum tela tranſit? Equidem, quia longè horribilius Ieſu linguarum ſpiculum,quàm omnia tela, à perfidis Iudæis contorta.

Tanquam Agnus ad occiſionem ductus eſt Chriſtus Dominus, non aperiens os ſuum; in flagellis immaniſsimis, & in aliorum percutione vulnerum ſilens, ac tacens incunctanter reperitur. Cæterum in cruce ſuffixus,ad Patrem quæribundus,apparet: *Deus Deus meus* (aiens) *vt quid dereliquiſti me.* Gilbertus Abbas in quæſtionem vocat,cur in cruce queritur, qui in aliis tormentis, tanquam agnus tacens inuentus eſt? Aptè ad rem quæ-

Gilbert.

ſtio

ſtionẽ dirimit: *Horret magis Chriſtus linguæ ſtimules, quã aculeos ſpinarũ. Matth. 27. Prætereũtes blaſphemabãt eũ; Vah, qui deſtruis tẽpliũ Dei, & in triduo, &c. ſalua te metipſum. Si filius Dei eſt, deſcendat de cruce. Vix talia fantur, quando Ieſus dixit: Deus Deus meus, vt quid dereliquiſti me? Ecce quod tormenta non potuerunt, Iudæorum linguæ fecerunt, querebundum Ieſum.* Hæc Gilbertus. O quàm acerbi cruciatus linguarum accentus! Quàm dura verbera, dura turba! quam terribiles cuſpides ſpinarum prolatæ voces! Doloſa lingua quam lethalis!

Nec longe abs re Cyprianus ibi: *Clauis* (ait) *ſacros pedes terebrantibus, foſſis manibus; de vulnerum anxietate non loqueris, de ſpinis ſacrum caput pungentibus, non quereris; ſed ſatagis, vt innoteſcat poſteris, quare derelictus à Deo videris, ac poſitus contumeliis, & ludibriis Iudæorum, &c.* Hæc profundè Cyprianus. Ludibria, & contumeliæ, ô mi Domine, Iudæorum fortiſsimi tibi aculei extiterunt. Et quæ millia millium lethalia vulnera non efficiunt, à Ieſu pectore gemitus trahunt, ſuſpiria educunt. *Cyprianus.*

Huc attinet aſſertum Auguſtini de conſenſu Euangeliſtarum Marci, & aliorum Euangeliſtarum ſententiam, ac placita nectentis. Ille de paſsione Domini ſermonem faciens, aſſerit hora ſexta crucifixum, alij hora tertia diffiniunt. Certè hæc nullo modo ſe cohærent. Quid contrarius, quam hora tertia, & ſexta Chriſtum Dominum crucifixum? Difficultatis nodum libro 8. egregiè dirimit: *Intelligitur ergo* (ait) *fuiſſe hora tertia, cùm clamauerunt Iudæi, vt Dominus crucifigeretur; & veriſsimè demonſtratur; tunc eum crucifixiſſe, quando clamauerunt.* Hæc Auguſtinus. *Auguſtin.*

Quando impudicarum vocum clamores perſonabant, conuitia audiebantur, ludibria ex ore perfidorum defluebant, perſtrepebant linguarum iacula; tunc Chriſtus Ieſus, quaſi vera lancearum ſpicula abſint, aliis verborum telis longius immaniſsimis emoritur, queribundus lamentatur.

Marci 7. adducunt ad Dominum ſurdum, & mutum, deprecantur, vt illi manum apponeret. Curaturuſque Chriſtus eius infirmitates, ſuſpiciens in cœlum, ingemuit, & ait: *Ephetæ*; quod eſt *aperire.* Ad quid Domine linguam ſoluturus ingemiſcis, qui aloquim inter immania, & fortiſsima vulnera, dira tormenta indefeſſus exiſtis? Pulchrè Diuus Bernardus de triplici cuſtodia: *Nec verò pſo etiam mucrone, quo dominicum latus confoſum eſt, crudeliorem dicere, verearis: fodit enim hæc quoque Chriſti corpus, nec iam exanime fodit; ipſa quoque nocentior eſt ſpinis, quas illi tam* *S. Marcus.* *D. Bernar.*

D. Bernar. *blimi capite furor militaris impoſuit; ſeu etiam clauis ferreis, quos ſanctiſsimis manibus illis, & pedibus conſumatio Iudaicæ iniquitatis confixit.* Sic Bernardus. Hæc vulnera peruerſæ linguæ, hæc iacula murmurantium, hæc tela detractionum. Hæc fortiora ſpicula Chriſti Domini corpus transfigentia, eiuſque animam triſtius, ac acerbius vulnerantia. Proh ſtupendam maledicorum audaciam! proh murmurantium crudelem ſocordiam, proximum necantem, Chriſtum Dei filium crucifigentem. Fugiamus ergo ergo hoc mortiferum venenum, & hanc peſtilentiam vitemus.

Certè iure optimo detractio in ſacris litteris peſtilentia inſcribitur; vnde loquaces, irriſores, bilingues, ſæpenumero peſtilentes nominantur. Vnde Prouerbiorum 27. numer. 12. cùm dicitur: *Tecta perſtillantia, mulier litigioſa.* Alij transferunt: Tecta peſtilentia. Et vbi Regius Vates, eò quod à detractionibus eripiendus ſit, agit gratias, Pſalmo 90. *Ipſe liberabit me de laqueo venantium, & à verbo aſpero.* Hebræus vertit: *A peſte ſceleriter necante.* Quare Diuus Bernardus ſermone de triplici cuſtodia, ſic effatur: *Lingua maledica vipera eſt ferociſsima, quæ lethaliter inficit tres flatu vno; illum, qui loquitur, & de quo loquitur, & quem verbis ſuis ſcandalizat.* Sic Bernardus. Quid mirum tam miſera clades ad maledicam linguam, ſi peſtis eſt, ſi infirmitas læthalis omnem hominem deuaſtans, omnemquè vitam perdens.

Prouerb.

Dauid.

Hebræus.

Bernar.

AROMA XI.

Arcana nominis, MARIA, *ex numero quatuor litterarum, quibus Hebraicè in opinione eruditorum conſtat, & ex proportione ad admirabile nomen Dei,* Tetagramaton.

QVã plurimis arcanis referta elucẽt & ipſa Mariani vocabuli pura elemẽta; nec myſterijs innania, nec muneribus vacua. Accinit Barthol. de Piſa lib. de B. Virg. fruct. 8. *Nõ ſolũ ex nominis interpretatione; ſed etiã ex compoſitione litterarum apparet huius nominis excellentia. Vt enim in nomine Ieſu filij ſui quinquelitteræ cõtinentur, ſic in nomine Maria totidẽ ſunt litteræ, eius perfectionẽ oſtendentes. Prima littera, M, miſericordiã oſtendit, & pietatem eius, qua plena eſt omnis terra. A, altitudinem contemplationis, qua continuè in Deum fertur. R, religioſitatem in cultu, habitu, motu. I, innocentiam, puritatem. A, affluentiam exprimit gratiarum. Vel aliter comprehendo curſum*

Bartbol. de Piſa.

ſum vitæ ſuæ; M, dicit mirabilitatem conceptionis, & natiuitatis; A, acceptionem eius in Dei matrem; R, rectitudinem quoad omnes vitæ actus; I, imitationem perfectiſsimam, & conformitatem ad Chriſtum; A, altitudinem gradus; quæ ſuper omnes eſt in gloria ſublimata, &c.

Apud Lucam cap. 15. Filius ille prodigus è profundo ſuorum ſcelerum barathro iam euulſus, ad Deum Patrem ſecum eloquebatur: *Non ſum dignus vocari filius tuus:* & meritò, quia indigniſsimum eſt id vocari, quod opera minimè exprimunt; etenim nomen rei eſt index. *Lucæ.*

Inaniter, & ſuperbè gloriabatur Hebræorum gens de Iſraelis appellatione, quam ſic acriter Diuus Baſilius Seleucia, oratione 19. obiurgat: *Nomen, quo tu appellaris, Dei cogniti argumentum eſt, vt amplius incredulitatem tuam patefaciat; cur igitur appellationi, cuius virtute cares, contumeliam irrogas? Quid geſtas cognomen, quod perſonæ probro ſit? factis appellationem impugnas, & calumnia nomen tuum afficis?* Hæc Baſilius. Pu age illa: Quid geſtas cognomen, quod perſonæ probro ſit? &c. *Baſilius.*

Vtique neſcit nomen ſine re nominis non augere dedecus, non inferre pudorem; quod cauens prudens illa, ac formoſa Noemi, cum, amiſsis diuitiis, perditiſque domus ſupellectilibus, vlulabat. Ruth, 1. *Ne vocetis me Noemi, id eſt, pulchram, ſed vocate me Mara, id eſt, amaram, quia amaritudine repleuit me omnipotẽs.* Erat enim illi pudori fœlicitatis nomen præſeferre, calamitoſa, ac ærumnoſa exiſtens. *Ruth.*

Nomen Auguſtum Mariæ, etſi Romano, Italicoque ſermone, quinque litteris pronuntietur; Hebraica tamen lingua, qua primum ipſi Deiparæ Virgini inditum fuit, ex mente Hebraica lingua calentium, quatuor dumtaxat, propter carentiam vocalium, conſtat; nempe, *Mem, Res, Iod, mem*; quare, & nomen Tetragramaton erit, quemadmodum, & nomen Dei Optimi Maximi, *Iehouah*, & nomen Saluatoris noſtri *Ieſuach*, quæ ſimiliter ex quatuor litteris componũtur. Vnde non exiguus Deiparæ fulgor oritur; quod illius vtique nomen quoad litterarum numerum ſimile ſit nomini Dei, ac nomini Saluatoris noſtri, ipſiuſque Filij Dei.

In primis iſtorum opinionem roborat huiuſmodi numerus, qui cum miſticus ſit, præclaram Mariæ dignitatem extollit. De quo S. Ambroſ. lib. 2. Abrahã c. 9 in mediò: *Quaternarius quoque (ait) & ipſe miſticus eſt, & in Scriptura cõmẽdatur; nã ſpecioſã illã lucẽ, quæ ſe ipſam, & cætera manifeſtat, luminiſq; genitores So-* *S. Ambroſ.*

 lem,

le, & Lunã, ac præfulgidum ſtellarum chorum, quæ noctem, diemq; menſes, annoſquè oriendo, & occidendo terminant, die quarto creata eſſe, ſermo propheticus declarat. Mundi radices quatuor numerantur, terra, aqua, ignis, aër. Et annus temporum vices ſunt totidem, hiems, æſtas, ver, autumnus. Denique de terræ fructibus Deo oblationes ante annum quartum fieri prohibentur; ſicut ſcriptum eſt, fructus terræ tres annos erit vobis immundus, non comedetis ex eo, & anno quarto erit omnis fructus eius ſanctus, & laudabilis Domino.

Et alio loco lib. 2. Abrahami cap. 9. in medio, ſic ſubdit. Tetras omnibus numeris apta eſt, & radix quædam decimæ, ac fundamẽtum, hebdomadis quoque media. Hæc Ambroſius, & quam per pulchrè.

De iſto igitur quaternario numero, ex quo nomen, *Mariæ*, Hebraicè componitur; aliqua pulchrè in eius laudem ad lucem emittam. Nonne in quatuor libris plenum Euangelium, atq; perfectum eſt? Quatuor animalia miſtica ſunt. Mũdi quoque iſtius partes quatuor ſunt, ex quibus congregati filij Eccleſiæ regnum Chriſti ſacratiſsimum propagarunt, venientibus ab Oriente, atque ab Occidente, Septentrione, & Meridie. Quadripartito enim latere ſancta ſurrexit Eccleſia.

Quatuor ſunt hominum ætates, pueritia, adoleſcentia, iuuentus, maturitas paulatim aſſurgit, & fundatur. Vbi ſemen ſparſum fuerit ſoluitur humo, & primo prorrumpit radicem, deinde germinat, formatur fructus, & poſtea matureſcit. Arbores quoque ipſæ primum fructum ferunt, deinde adoleſcit fructus, acceſſu temperio mutat colorem. De quo numero, ſi optas quam plurima ſcitu digna; legito D. Thomam opuſculo admirabili de numero quaternario.

Meritò ergo numerus huiuſmodi in compoſitione nominis Mariæ inuenitur, ſicut in admirabili Dei tetagramaton. Quia ſicut iſtud in Deo Supremo, & actualiſsimo ente omni potentialitate, & imperfectione nudo, cunctam perfectionem arguit, puriſsimam actualitatem demonſtrat, omniumquè attributorum cumulum; ſic quaternarius in Maria omnem gratiam adeſſe, cunctiſq; virtutibus pollere annuit. Cuncta priuilegia in Deipara Virgine ampliſsima quadam comprehenſione, ac eminentiſsima præſtantia enituiſſe, compertum eſt.

Itaque iſte quaternarius numerus in Mariano nomine, & ſimilitudinem ad Deum, & cunctarum comprehenſionem gratiarũ, ſimulque reſpectu noſtri intellectus in comprehenſionem adſtruit,

Ro-

Rogabat S. Bernardinus Senenſis ſermon. I. de nomine Mariæ Cur beata Virgo tantis decoretur nominibus? Sanè modo eã ſtellam appellamus, modo Lunam, iam fulgentem Solem, iã terram, iam cœli ianuam, alibi paradiſi acclamamus portam: quorſum hæc tam innumerabilia nomina? Sic diluit quæſitum: *Maria Virgo, non vnam tãtum, ſed multiplicem interpretationem habet; & ſicut Deum ipſum non vno tantum nomine nominamus, ſed multis, vt ſic eius incomprehenſibilitatem enũtiemus, ſic, & glorioſam Virginem multis nominibus deſignamus.* Hæc S. Bernardinus. Eo enim quod Deus eſt, & conſequenter à creato intellectu prorſus incomprehenſibilis, nomina ei plurima attribuimus, vt ſic ad aliquarum proprietatum agnitionem accedamus. Non aliter in Maria, ait Senenſis, perplurima agregamus nomina, vt ſic eius incõprehenſibilitatem, ſimillimam Deo, enuntiemus. S. Bernardin. Senen.

Hæc incomprehenſibilitas in quaternario numero eius nominis adinſtar *Tetagramaton*, apparet, & ex frugiſsimo gratiarũ cumulo, etiam in quaternario ſignato, emanat. Ideo enim Maria incomprehenſibilis exiſtit, quia in ipſa non vnius dumtaxat, ſed cunctorum priuilegiorum dignitas præfulget. Quod abſque dubio deſignant S. Petri Chryſologi verba ſermon. 143. *Verè benedicta*, (ait) *quæ fuit maior cœlo, fortior terra, orbe latior; nam Deum quem mundus non capit, ſola cœpit; portauit eum, qui portat orbem, genuit genitorem ſuum, nutriuit omnium nutritorem, &c.* Hæc Chryſologus. Videas, quomodo quaternarius nuemrus, amplitudinem indicans, rectè nomini *Maria* adſcribatur, cum Deipara Virgo, cœlo, orbe, ac toto hoc vniuerſo capatior enuntietur, amplior inſpiciatur. Chryſolog.

Liceat ergo Epiphanij præconium propalare, & de hac virginea amplitudine, in quaternario depicta, ſic ſcribere: *O vterum impolutum, habentem circulum cœlorum, qui Deum incomprehenſum portaſti! O vterum, qui cœlum, os ſeptem circulis conſtans, & capatior illis exiſtis! O vterum ſeptem cœlis ſublimiorem, atque latiorem! O vterum habentem inextinguile lumen ſepties lucentis gratiæ!* Hoc vſque Epiphanius. Qui pulchrè, eleganter, ac piè incomprehenſibilitatem vteri virginalis demonſtrat. Epiphan.

Liceat tandem cum Seraphico Præceptor vocem extollere; *O Domina Imperatrix Maria, quam admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra, quoniam eleuata eſt magnificentia tua ſuper cœlos. Eo quod dignitas tua ſuper omnem terram, ſuper omnem Angelorum cuneum euehitur; admirabile omnibus nomen tuum apparet, vt ex appellatione tua celſitudo comprobetur.* Bonauent.

Iam

Digitized by Google

Iam iam in calce Aromatis enucleare lubet, quomodo Mariæ nomen, nomen inquam creaturæ, tam exactè nomini Dei maximo inter alia celeberrimo *Tetagramaton* adæquetur? Et concinna aſſinitate conueniat.

Si habes brachium ſicut Deus, aut ſimili voce tonas, rogabat Iobum Dominus cap. 40. Quomodo Deipara ſimili voce, æqualiquè appellatione tonat? Quis tan per celebri nuncupatione illam auſus eſt acclamare? Quis tale nomen adhibere? Sanctus Petrus Damianus ſermon. de Annuntiation. quæſitum dirimit. *De theſauro diuinitatis Mariæ euoluitur:* ait. Preme illa: *De theſauro diuinitatis Mariæ nomen euoluitur.* Sicut enim admirabile, atque Auguſtiſsimum Tetagramaton non niſi de theſauro educitur diuinitatis, quia ſuper eminens, ac diuinum eſt; ſic nomen Mariæ non ab humano captu, nec de proprietate aliqua creata, ſed de theſauro ipſo diuinitatis euolhitur: ideoque non diſsimile Dei nomini; ſed ipſi omni poſsibilitate conſentaneum.

Iob.

S. Pet. Damian.

AROMA XII. PRO MORIBVS componendis.

Talis Sacerdotum dignitas, quòd nomine ſuo eos Deus nobilitet.

PEr Regium Vatem, ſic in ſuorum ſacerdotum auxilium inſurgit Deus. Pſalm. 104. *Nolite tangere Chriſtos meos, & in Prophetis meis nolite malignari.* En ſacerdotes eodem nomine, quo Deus, nobilitatos: videas eorum regalem dignitatem; ſuperſt, vt nihil in eorum promineat actionibus, quod dedeceat numen.

Dauid.

Rebeca paruulorum in vtero diſcordia grauidata (ait ſacer textus Geneſis 25. numer. 22.) perrexit, vt conſuleret Dominum. Sed quem locum adiit? Auguſtinus, Euſebius, Gennadius, apud Lipomanum, ad Melchiſedecum Prophetam, opinantur, quia ſacerdos Domini erat. Ex quo ſit difficultas exoritur, ſi Rebeca perrexit, vt Dominum conſuleret, cur Melchiſedecum ſacerdotem abiit, ipſumque conſulit? Sanè, quia cum ſacerdos Domini eſſet, Dominus appellabatur, & Domini nomine gaudens, nihil in eorum elucebat geſtis, quod diuinitatem non redoleret. Perpulchrè Chryſoſtomus in hunc locum: *Non* (ait) *ad humanum cõfugit ſubſidium Rebeca; nec ſe expoſuit curioſorum, aut ariolorum vanitati; & eorum, qui polliceri ſudent, quæ ſupra humanam ſunt ſcien-*

Geneſ.
Auguſtin.
Euſebius.
Gennad.
Lipoman.

Chryſoſt.

Digitized by Google

naturam; ſed abiit, inquit, vt conſuleret Dominum. Et poſteà ſubdit: *Quid eſt perrexit, vt conſuleret Dominum? cucurrit ad veram ſcientiam, & feſtinauit ad ſacerdotem Dei miniſtrum, per quem latentium ſcientiam volebat diſcere.* Et tandem concludens, in honorem ſacerdotij ſic effatur: *Et vide quanta tunc erat ſacerdotum dignitas. Nuſquam enim dicit, quod ſacerdos ei reſpōderit; ſed poſtquam dixit, perrexit, vt conſuleret Dominum, ſubdit: & dixit Dominus ei, nempe per ſacerdotem.* Ita ergo ſacerdos arctiſsimè Deo, & Chriſto copulatur, vt non totus Chriſtus ſine ſacerdote velit dici, quaſi pars Chriſti ſacerdos; ex cuius cum Chriſto arctiſsimo nexu Chriſtus ſeu totus, ſeu integer etiam quoad appellationem, & nomen emergat.

Arnoldus Carnotenſis tractatu de Laudibus Deiparæ, de nexu perſonæ Mariæ ad Chriſti Domini perſonam loquens ait. *Itaque perſonam Chriſti cum Matre, non tam dico communem, quam eandem.* Sic, Chriſtus, & ſacerdos non duo, ſed totus Chriſtus accenſendus eſt. Vt Tertulianus libr. 2. ad vxorem capit 9. recta dictet: *Nulla ſpiritus carniſque diſcretio, at quin verè duo in carne vna, vbi vna caro, vnus ſpiritus: mira equidem dicendi energia: hinc eſt, quòd Dominus mira perficiens, & diuinæ potentiæ inſueta facinora promens, vt con'unctiſsimam, quam cum ſacerdotio neceſsitudinem habet, ne dicam identitatem, aut omnimodam vnionem, depellet, & ſe totum, ea patrare conſortium ſacerdotis aduocat; tranſit igitur homo à ſe, & in diuinum pergit, & ſtrictiſsimo nexu in Deo manet, & Deus in eo.* Sic author. Arnold. Tertulian.

Leuitici 16. *Sic Dominus præcipit, nullus homo ſit in tabernaculo, quando Pontifex ſanctuarium ingreditur, vt roget pro ſe, & pro domo ſua.* Cur homines procul à templo, quando Pontifex ſanctuarium eſt ingreſſurus? Cirillus Alexandrinus libro 11 ſic tranſtulit: *Et non erit homo, cum ingredietur intra velamen Pontifex.* Quaſi homo, & Pontifex, aut ſacerdos, non ſe cohæreant. Sanè Deus, & ſacerdos abſolutiſsimo vinculo connectuntur; cæterum homo, & Pontifex, apage. Vnctus enim ad ſacerdotium homo, iam, non homo non terreſtris, ſed Deus, & veluti diuinus apud omnes exiſtit. Verba Cirilli non recondam, quæ ſic extant: *Quomodo non erit homo? quòd qui potuerit ſequi Chriſtum, & penetrare cum eo interius tabernaculum. & cœlorum excelſa conſcendere, iam non erit homo, ſed tanquam Angelus Dei; aut etiam ſuper eum ſermo ille complebitur, ego dixi; Dij eſtis, & filij excelſi omnes: ſiue ergo ſpiritualis effectus vnus cum Domino ſpiritus fiat, ſiue per re-* Leuitic. S. Cirillus.

ſurre-

Digitized by Google

ſurrectionis gloriam, in Angelorum ordinem tranſeat, iam non erit homo, &c. Videas, Sacerdotem, non hominem, ſed Deum; nõ terrenum, ſed cœleſtem; non humanum, ſed diuinum.

O immenſa ſacerdotis fœlicitas! O dignitas ſuper excelſam Angelorum eminentiam! Dum ad eam, ô homo, non es ſublimatus; humana ſuperveſtiris natura, humanus es, terrenus es. At, dũ tabernaculo Dei appropinquas, ac ſacerdotio fungeris, iam non homo, ſed Deus effectus es.

Matthæi 16. Chriſtus Dominus ad diſcipulos in ſacerdotiũ vngendos, ſic effatur: *Quem dicunt homines, eſſe filium hominis?* Sed iam iam ab ipſis varijs hominum placitis auditis. Subinterrogat: *Vos autem, quem me eſſe, dicitis?* Quid hoc? (ait Hieronymus) In primo quæſito, dum dicitur: *Quem dicunt homines eſſe filium hominis*: nonne Apoſtoli cõprehenduntur? Quis ambigit? Vt quid ergo ſubditur: *Vos autem, quem me eſſe, dicitis*; quaſi non ſint Apoſtoli homines? Satisfacit concinnè Hieronymus per hæc: *Prudẽs* (ait) *lector aduerte, quòd hîc Apoſtoli, non homines, ſed Dei appellãtur.* Ac ſi diceret Hieronymus; omiſſo ſermone de hominibus, iã, que eorum dictis recenſitis, vos, qui propter futurum regale ſacerdotium in altiorem dignitatem & quaſi diuinum faſtigium iá aſcendere incepiſtis, quem me eſſe dicitis? O ineffabilis dignatio maieſtatis! O inſplicabilis ſacerdotij celſitudo! O penè immenſa, & infinita! Quid enim ea ſublimius? Quid ipſa fœlicius? Dicamus ergo cum Ambroſio ad noſtrum inſtitutum pulchrè effante: *Nihil eſt in hoc ſæculo excellentius ſacerdotibus, ſi quod ſumus profeſſione, actione potius, quam nomine demonſtremus, vt nomen cõgruat actioni; actio reſpõdeat nomini; ne ſit nomen inane, & crimẽ immane, ne ſit honor ſublimis, & vita deformis ne ſit Deifica profeſſio, & illicita actio.* Hæc Ambroſius. Cuius verba punge, quæ miram redolent ſuauitatem, ſacerdotum munera mirifice oſtentant.

Matthæi. *Hieronym.* *Ambroſius*

AROMA XIII.

Elementa nominis MARIA iuxta Hebraicũ alphabeticum ex ſententia S. Antonini perinde perſcrutantur. Virginitas, charitas, exẽplar, contemplatio, vita actiua, vniuerſitas ſcientiarum Mariæ deteguntur.

QVam per magnum virgineum nomen Maria ſit, ſatis dilucidè expoſitione Hebraica iuxta Antonini, & aliorum mentem

tum diſeritur. Etenim apud Hebraicum idioma quinque etiam litteris adſtruitur: ex quibus haud nulla Mariæ nominis priuilegia comparent.

Prima ergo littera huius nominis eſt, M. Hæc apud Hebræos dicitur, *Mem.* Et iuxta peritiores Hebræos duplicatur; dicitur enim, *Mem, & Men.* Etenim *Mem,* nuſquam ponitur in initio alicuius dictionis, nec in medio, niſi in iſto nomine, *Maria,* quia de vna tantum verificatur apud eos, quibus omnia in figura contingebant, quoniam illam figurabat, quę, nec ſimilem viſa eſt, nec habere ſequentem.

Eſt autem ſcitu dignum, quod apud Hebræos intereſt magnum diſcrimen inter *Mem, & Men;* nam primum eſt apertum ſuperius, & clauſum inferius; ſecundum è contra, eſt clauſum ſuperius, & apertum inferius; ex quo ſic piè eleganter Antoninus infert 4 part. cap. 23 tit. 15. *Vide* (ait) *quam ſubtiliſsimè Spiritus ſanctus dixit, Virginem Mariam incognitam futuram viro, prole tamen fœcundam de cœlo. Et ſic apertam Deo, clauſam viro, quod nulli alteri feret adſcribendum; cum nullum aliud nomen cum* men, *littera tali ſumat initium. Sic verò aliorum nomina terminantur per* men, *quia omnes beati futuri ſunt virgines corpore, quia in cœlo neque nubent, neque nubentur.* Antoninus

Interpretatur autem, *men,* ſecundum Ambroſium ad Pſalm. *Beati immaculati in via, viſcera,* vel *ex ipſis,* in quo tam dignitas, quàm charitas Mariana patefit. Dignitas eius ignoteſcit, quoniã in viſceribus eius fuit aliquando realis habitatio Chriſti, vt diceretur templum Dei, ſacrarium Spiritus ſancti, de quo, in interpretatione *Deus ex genere meo,* tractabimus. Inſuper charitas tam actiuè, quàm paſsiuè oſtenditur in ea; *actiuè*, quia pietatis viſcera gerit ad ſingulos, pro omnibus intercedens. Charitas *paſsiuè,* cùm fuerit ab omnibus deſiderata, & concupiſcenti expectata animo; quod inſuper alia interpretatio, ſcilicet, *ex ipſis* etiam denodat, cùm à parentibus ipſius, nobiliſsimiſque Patriarchis expectata fuerit, ardenter commendata, viſceroſeque progenita. S. Ambroſ.

O quàm ardens Mariæ charitas! O quàm feruens! O quàm tota per charitatem exæſtuans! Quamquè pro filijs hominum euiſcerans, ea erga illos ardenti conflagrans dilectione! Quo proculdubio Richardus de Sancto Victore expectans lib. 1. capit. 26. effatur: *Tanta quoque fuit eius charitas, vt non ſolum ad eius gẽtes (Iudæos intellige) extenderetur, ſed ad ignotas, & notas, & ad omnes denique homines charitas eius dilatata fuerit; pro his ſolicita fuit, pro his indeſinenter orauit, pro his orando exaudita fuit: dicte* Richar. de S. Victore.

te

Digitized by Google

te ad eam Angelo Gabriele, inueniſti gratiam apud Deum, ſcilicet quam quærebas, &c. Quod ſimiliter D. Antoninus 4. part. tit. 15. cap. 17. perpendens, ſic dictat: *Exceſsit omnem creaturam in charitate proximi, &c.* En quomodo Deipara valida hominum dilectione extuans, tota in eorum opus euiſcerata, effundebatur.

S. Antonin

2. Elementum, A, apud Hebræos dicitur; *Aleph*, quod interpretatur, *doctrina*, aut *diſciplina*, vel *regula*. Eſt enim Deipara omnium viuentium ſub eo rationabiliter doctrina ſalutaris, ac totius humanæ vitæ ſpeculum directiuum; cuius vita, & actiones in exemplar Virginum, ac in regulam mulierum à Deo conditæ fuere.

S. Ambroſ

Talis fuit Maria (verbis Ambroſij lib. de virginitate vtor) vt eius vnius vita omnium diſciplina ſit, ſecretum in ea verecūdiæ, vexillum fidei, deuotionis obſequiū, Virgo intra domum, comes ad miniſterium, mater ad templum, prodire domo neſcia, niſi cū ad templum conueniret, domeſtico operoſa ſecreto, forenſi ſtipata comitatu, nullo tamen meliori ſui cuſtode, quam ſe ipſa, inceſſu, affectuquè venerabilis, non tam veſtigium pedis attolleret, quā gradum virtutis attolleret.

De cuius vitæ inſtituto, ac fœminarum exemplari, Poetam Chriſtianum pium, ac diſcretum adſciſcam Baptiſtam Mantuanum libr. 1. Parthenæ Marianæ, non minus verè, quam eleganter canentem.

Baptiſta Mantuan.

Aſsiduis veterum ſtudijs oracula Diuum
Peruigilique legens Moſemque, piumquè
Eſaiam; meſtiſque virum, qui verſibus vrbē
Plorat. Ab ingenio curas, à lumine ſomnos
Sedula pellebat, paruo ſua vota ſacello
Suplicibus palmis narrabat, & ore ſupino;
Otia nulla die carpens, nulla otia nocte.
Cura cibi, ſomniq; breuis, quæ paſceret artus.
Pauperibus mēſis genium, fraudabat et hora,
Et caſtigato tollerans ieiunia ventre.
Carmina diſcebat, ſanctiquè poemata Regis,
Qui tetricis olim fidibus cantabat ad aras.
Sacraquè fatidico pſallebat ad organa cantu.

Et poſt pauca, actiua referens opera, ſic annectit.

Nunc lanam pingebat, nunc penſa trahebat

Seri-

Digitized by Google

Sericæ; & immiſsis per licia pendula filis,
Vela ſacerdotum ſacros tegebat in vſus,
Terrenum nihil ore ſonans, incluſa, laterſquè,
Plena Deo, pectus, toti gratiſsima cœlo,
Neruoſæquè animo vires, ſemperque voluntas
Iuſtitiæ, rectiquè memor, moderamine certo
Diſcordes animæ motus, luxumquè domabat.

Ex quo, quis non videat; Deiparam in ſpeculum vitæ cunctis creaturis à Deo Optimo Maximo conditam fuiſſe, vt in primo hoc elemento, A, quod Hebraicè, *Aleph*, ideſt, doctrina, aut exẽplar interpretatur, dilucidè inſpicitur.

3. Littera eſt, R. Quam Hebræi appellant, *Res*, & interpretatur, *caput*, in quo ipſius capacitatisglorioſa denotatur inmenſitas. Caput enim omnium Deus. Caput noſtrum eſt Chriſtus proles eius. Caput enim quodammodo eſt Maria noſtræ ſalutis; quod caput, nutriens Saluatorem; caput antiqui ſerpentis contriuit: *Capit enim* (verba ſunt Antonini præfato loco) *omnes ſpiritus intelligentiæ, quæ mater eſt ſapientiæ. Capit omnes gloriæ gradus; quæ viæ, & patriæ Regina ſuprema, ac potentiſsima Imperatrix extitit. Capit omnes modos indulgentiæ, quæ etiam caput eſt miſericordiæ. Ac denique, quem, cœli, & terra capere non poterant, vtero, ac virgineo portauit thalamo*, &c. Hæc Antoninus oportunè ſatis. *Antonin.*

4. Elementum eſt, I. De quo ſic diſſerit S. Antoninus. Eſt enim apud Hebræos minima figura; & dicitur, *Ioth*, & interpretatur, *confeſsio*, ſeu *ſcientia*. Tanto enim ſapientię imbre ſuperfuſa fuit Maria, adeòque omnigena ſcientia imbuta, vt potius ſcientia ipſa, quam ſcientifica appellari, valeat. Hæc eſt illa præexcelſa turris, 4 Cantic. ad docendum inſtructa: *Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis, &c.* Hebræus trãſfert: *Conſtructa ad diſciplinam.* *S. Anton.*

Sanè Deiparam à primo ſuæ conceptionis inſtanti perfectã, atque diſtinctam ſanctiſsimæ triados myſterij notionem obtinuiſſe, quis ambigit? Inſuper clarè, & apertè nouiſſe, quæ ad eſſentiæ vnitatem, pluritatemq; perſonarum, ſicut à creatura rationis cõpote, in ſtatu viæ naturali, diuinoque lumine ſciri, valent, aſſerere, non infitior. *Inſuper* (verba S. Antonini accipe 4 p. tit. 15. cap. 19.) *habuit ſcientiam Theologiæ in ſummo, vnde & habuit aureolã Doctorum; & ſignata eſt in arca, quæ in ſe habebat legem Dei; & ipſa ſciuit Theologiam improportionabiliter vniuerſis. Quæ Mariana Theologia adeò perfectiſsima fuit, vt proculdubio omnes humanas* *Hebræus.*

Digitized by Google

manas cognitiones tribus gradibus ſupergreſſa ſit. Primus eſt; eleuata puritas; qua exceſsit omnes viatores. Secũdus eſt, medij eleuãtis improportionabilis quantitas, videlicet, gratiæ plenitudo; quæ in ea tanta fuit, vt ſine æquali eſſet. Tertius gradus eſt, eleuantis charitas. ſcilicet, Dei; qui eam improportionabili charitate ſuper omnem euexit creaturam, ſibiquè intimè eſociauit. Et ideò ſcientia eius, & intellectualis viſio propinquiſsima patriæ viſioni omnem viſionem exceſsit, omnemque ſcientiam euincit, &c.

Prouerb. Prouerbiorum 4. ſic Deipara eloquitur: *Ego in ſapientia habito in conſilio & eruditis interſum cogitationibus.* Aliquibus codicibus legitur pro *interſum*, verbum *præſum.* Ac ſi diceret Maria: ego in conſilio habito, & eruditis præſum cogitationibus, ſapientes erudiens, & cunctos ad perfectam ſcientiam alliciens.

Canitius. Quo expectans Canitius lib. 5. de Deipara, ait: *Maria non tã interfuit, quam præfuit priuatis, ac publicis conuentionibus; in quibus, tempore illo difficilimo, maximis de fidei negotiis Apoſtoli, aliiquè Chriſti Domini alumni ſubinde conſultarunt, atquè diffinierunt.*

Rupertus. In cuius rei robur ſic Rupertus inſurgit: *Cùm ad conſilium primum Ieroſolymis celebrandum Apoſtoli conueniſſent, nec Mariã ſuo munere defuiſſe, &c.* Quam non modo magiſtram magiſtrorũ, id eſt, Apoſtolorum, ſed etiam fidei, ac religionis Magiſtram appellat. Et poſtea ſubiungit: *Quia diuinus Spiritus illos docuit; idcircò vocis magiſterio non illis opus fuit, imo vox tua vox illis Spiritus ſancti fuit.* Quid pulchrius? O fœminæ admirabilem ſapientiam! O cœleſte Magiſterium! O Schola admirabilium Sacramentorum! Tu, ô Maria, lingua ſancti Spiritus, illiuſque peritiſſimus, ac fideliſsimus interpres. Illumina Domina oculos noſtros, ne vnquam in ſomno peccatorum obdormiant. Illuſtra mentes, ne tenebris obcæcentur ignorantiæ Emitte lucem tuam, & quam nobis Spiritus ſanctus ſuggeſsit doctrinam, ediſſere, ruditatẽ noſtram edoce, ignorantiam fuga, & radiis fulgentibus tuæ ſapientiæ à nobis caligines aufer, confuſionem errorum remoue, vt tanto mundiali errore eruti, æternæ lucis regionem pertingamus.

Vltimum elementum eſt, A, quod, præter prælatam interpretationem, aliqui exiſtimant, non abſurdè interpretari poſſe, *Aleph*, id eſt, *primum*, aut *prima*, eoquòd apud Hebræos eſt primũ Alphabeti elementum, & aliorum caput. In quo planè patefit eximia Deiparæ dignitas. Eſt enim inter præcipua opera à Deo condita principalius, & excellẽtius, nobiliſsima creatura, ac eius excelſæ manus præſtantiſsima fabrica.

De

De Salomonis throno 3. Regum 10. fertur: *Non eſt factum tale opus in vniuerſis Regnis.* Et cap. 7. atteſtatur: *Super capita columnarum opus in modum lilij poſuit.* Quæ pulcherrimè in Maria Virgine completa, atque perfecta ſunt. In illam enim ingrediens Deus, tale confecit opus, quale in vniuerſis Regnis factum, nō inuenitur. Vnde Dionyſius Carthuſianus ſermon. 3. de Conception. ex mente Diuſ Ambroſij pulchrè eloquitur: *Incomprehenſibilis in comprehenſibiliter operabatur in matre, & Sol ipſe Iuſtitiæ in mente genitricis ſuæ clariſſimè ſplenduit, calefecit, peregit gratioſiſſimè; & quaſi continuè nihil virtutis, nihil perfectionis, nihil ſpiritualis pulchritudinis reperies, quod in virgineo Mariæ paradiſo non operatus fuerit diuinus eius colonus, & filius; in cuius creaturæ fabrica vſque ad ſummum manus Domini extenſa fuit; ita, vt non ſolum in ea efficaciter fecerit; verum, & ipſa pulchrè opus efficacitatis Dei appellari valet, &c.* 3. Reg. 10. *Dionyſius Chart.*

O quàm pulchrè Richardus à Sancto Laurentio lib. 1. de laudibus Deiparę effatur! *Notandum* (ait) *quod quia illa nobilis Virgo Iſrael futura erat mater Dei, thalamus ſponſi, dilecta dilecti, vnica vnici; ideò Dei filius ſingulariter, imo mirabiliter in ipſa voluit operari, vt quæ pretium vniuerſitatis debebat parare, cū ſtatu quolibet vniuerſitatis haberet aliquid commune, & cū coniugatis quidem commune habuit partum prolis, cum continentibus votum caſtitatis, cum Virginibus perſeuerantiam virginitatis; vt dum continentes, coniugatas, & virgines, partu ſuo redimeret, ſimul, & fructus trigeſimus & centeſimus proueniret, &c.* Etiam primum omnipotentis manus opus; qualiterque diuinus Salomon operatus ſit tam ingens, & admirabile templum, quale in vniuerſa terra ſimile deſideretur adhuc. *Richardus de S. Laur.*

Sed ne aliquod, ad nomen Mariæ aliqualiter expectans, in diſcuſum prætermittatur. De elementis, prout vim obtinent numerorum, aliqua ex S. Antonino animaduertenda occurrūt. Certum enim eſt, numeros miſticos eſſe in Scriptura, numquā myſteriis eſſe vacuos, (vt diximus in noſtro libro de Antechriſto, idiomate Hiſpano; dum de illius nominis numeris ageremus) Sed modo ex S. Antonino accipe loco nuper relato tit. 15. c. 23. *Lucas Fernand.*

Ex his etiam (verbis vtor Doctoris) quinque litteris Hebraicis ſimul, & Latinis eliciendo numeros ſignificatos per eas, ſcilicet, Latinos, & Hebræos, verbi gratia, prima littera, ſcilicet, M, ſignificat apud nos mille, apud Hebræos. I, ſimul coniungendo numeros iſtos ſurgunt in numerum duorum millium & centū. Et à promiſſione facta primo Abrahæ, quod in ſemine eius bene-

dice-

dicerentur omnes gentes terræ, quod eſt Chriſtus, vt ait Apoſtolus ad Galatas, quia Maria mater Chriſti ex Abraham ſeminaliter deſcendit, vſque ad natiuitatem eius fluxerunt anni duo millia centum, & non vltra. Quod ſatis peracutè adnotauit Ioannes Dominicus, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, ſuper Magnificat, verſo: *Quia fecit mihi magna, &c.* Hæc Antoninus; qui inſuper declarat, quomodo iſte numerus colligatur ex dictis elemẽtis, in nomine *Maria* incluſis, per ſingula deſcendendo.

Io. inn. Dominic.

AROMA XIV. MORALE.

O quam odibiles Deo ſuperſtitioſi, ac ſibi ſapientes, qui aliorum doctrinam, ac inſtituta abhorrent, faſtidiunt.

VIdiſti Deiparam Magiſtrorum Magiſtrã, Apoſtolorum omnium, & Chriſti diſcipulorum illuminatricem; inſuper in tẽplo aſsiduam, ſacerdotibus obtemperantem legibus, ac eorũ placitis, & collationibus, toto cordis affectu, ac animi voluptate acquieſcentem. Eſt enim vera ſapientia, modeſta, humilis, non iracunda, non inflata, non arrogans.

S. Luc. 2.

Lucæ 2. Ieſu parentes eum in medio Doctorum ſciſcitantẽ, & audientem, repererunt; ad quem mater ſic affatur: *Fili quid feciſti nobis ſic?* At ille inquit: *Quid eſt, quod me quærebatis? Neſciebatis, quod in his, quæ Patris mei ſunt, oportebat me eſſe?* Illi non intellexerunt verbum. Et ſtatim annectitur: *Et erat ſubditus illis.*

Quid eſt, quod de Chriſto in templo diſſerente, diuinam ſapientiam palàm manifeſtante, tanta parentibus ſubiectio deſcribitur? Tam nimia prædicatur humilitas? Præclarè D. Bernardus ſermon. 3. de ſurrect. ſic effatur: *Attende, quid fecerit magni conſilij Angelus, quomodo poſtpoſuerit conſilium ſuum conſilio, vel magis voluntati mulieris vnius, & fabri pauperis Ioſeph. Inuentus eſt enim in medio Doctorum audiens eos, & interrogans; quomodo increpatus eſt à matre, fili quid feciſti nobis ſic? At ille inquit, quid eſt quod me quærebatis? Neſciebatis, quia in his, quæ Patris mei ſunt, oportebat, me eſſe? Illi non intellexerunt verbum, & quid fecit verbum? Non excipiebatur in ſe; deſcendit, vt eſſet ſubditus illis. Quis iam non erubeſcat, obſtinatũ eſſe in conſilio ſuo, quando ſuum ſapiẽtia ipſa deſerit? Sic mutauit conſilium ſuum, vt quod iam tunc cœperat, ex tunc vſque ad trigeſimum ætatis ſuæ annum prorſus dimiſſe-*

S. Bernar.

miſſerit. O Domine, voluntas, de qua dixiſti, vt non fuerit, ſi bona erat, quo modo tua erat? Et ſi bona, quare derelicta eſt? Diluit quæſitum idem Doctor, ſtatim adijcens: *Conſilium Chriſti erat; & bonum, ſed mutauit illud conſilium, vt nos mundaret ab ea lepra, quæ proprij conſilij eſt.* Sic Bernardus. Execrabiles Deo fauſtu ſapientiæ ſuæ inſolentes. Et certè ſupercilijs iſtis nihil Deo intolerabilius; qui ſcientia elati, litteris arrogantes, earum hiatu ſtolidè turgeſcunt. Contra hos Dominus Ieſus, dum legis Doctores lepore verborum allicit, ſententiarum grauitate ſuſpendit, concionis impetu, ac verborũ planè cœleſtiũ viribus flectit; acerrime prædicat, fortiter pungit, ac acriter ſuperbiam magiſtrorum increpat.

Pſalm. 54. Regius Vates expoſtulaturus ſapientiam, ſic effatur: *Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo, vt requieſcã?* Dauid. Quare Dauid per ſapientiam volitare, concupiſcens, in ſimilitudinem columbæ, & non alterius auis à Deo petijt? Pulchrè Diuus Ambroſius ſermon. 70. ait: *Puto, in ipſis auibus ideo velocius colũbam penè præ omnibus volitare, quòd alacritatem, & innocentiam comitetur. Denique S. Dauid cum puritate mentis volitare, concupiſceret; non alterius animantis, niſi columbæ optauit alas. Intelligebat enim, quod altiora facilius penetrentur, ſimplicitate mentis, quã leuitate pennarum, & elatione, ac ſuperbia, quæ potius inſipientem reddit.* Hucuſque Ambroſ. Etenim volatus ſcientiæ, adinſtar volatus colũbæ, debet eſſe; quia ſicut iſte, quantũvis velociſsimus, ſimplicitatem concomitatur, ſic ſapientia hominum animi ſimplicitate, ac cordis puritate condienda eſt. D. Ambroſ.

Quid enim prodeſt, de occultis, & obſcuris rebus magna cauilatio, de quibus, quia ignorabimus, in iuditio non arguemur? Grandis inſipientia, ſtulta ſapientia, craſſa ſubtilitas, quòd neglectis vtilibus, & neceſſarijs; curioſis, & damnoſis homines vltra intẽdant, ac in doctrinis ſuis ſinè corde, ac ſpiritu, vltro, ac aſsiduè, volutentur. O quàm egregiè S. Bernard. ſerm. 36. in Cantic. *Multa ſcientia* (ait) *ingeſta ſtomacho animæ, ſi charitate decocta nõ fuerit, cõuertitur in prauos, noxioſq; humores, atq; inflationes mẽtis facit.* S. Bernar.

Huc, niſi fallor, attinet, quod Rupert. lib. 1. in c. 7. Leuitic. dilucidè adnotauit. Nempe, legem præcepiſſe, vt pennæ in locum, vbi cineres effundi ſolebant, eijcerentur. Quorſum hæc à Deo ſupremo conditore iuſſa? Ad quid pennæ cineribus commixtæ? Rupert. *Iuſtã* (ait) *ſignificat hominis humilitatẽ, qui nec de accepto munere, vel reuelationũ magnitudine ſe extollat; meminit, quia cinis eſt, & reuertetur in cinerẽ; quãtoq; magis ſui contẽplationẽ fuerit aſſequtus, tãto plus de diuina cognitione conſequetur.* Leuitic. Rupert.

Non ſe pauonino ambitu litteratus, ac eruditus vir circũſpe ctet, & admiretur; non fulgore ſapientiæ ſuæ inſolenter ſuperuiat, faſtuoſus, arrogans, atque litteris ſuis inſolentiſsimus, & efrenis inſoleſcat; ac neglecto hominum fœtu, ſuperiorum ſibi audax arroget partum: non ita ſe extollat, ſed pennæ tantæ ſapientiæ in locũ cinerum reijciãtur, ac propriæ miſeriæ meditatione temperẽtur; vt ſic, vera imbutus ſapientia, animæ ſuæ detrimentũ nõ patiatur.

Prouerb. 12. Aduerſum iſtos, qui inani ſciẽtiæ ſuæ perſuaſione intumeſcũt, ac litteris ſine corde, mirificè blandiuntur; diuinus Spiritus ſic alloquitur: *Melior eſt ſapiens, & ſufficiens ſibi, quàm glorioſus, & indigens pane.* Ac ſi dicat: quantum ſibi arrogantius cõplaceant, faſtuoſius ſuo genio accreſcant, alijſque, efrõtes, ſe præferant: melior eſt illis paruulus, ac inſipiens, timore Dei perculſus. Illorum enim ſapientia peccatorum macula fœdatur: iſtius autem ſimplicitas, vitæ prouitate, ac morum rectitudine clareſcit. Pulchrè Hugo ad præfatum locum: *Melior eſt pauper, & ſufficiens ſibi, ideſt, ſimplex idiota, paruum habens auri ſapientiæ, & argenti eloquentiæ, qui inde benè bibit, & inde paſcitur, & reficitur; quàm glorioſus, & indigens pane, ideſt, magnus clericus, & glorioſus in multa qui nũquam inde reficitur. Tales ſunt multi Doctores, qui, calcatis torcularibus, ſitiunt: Iob 24. Et in molendino moriuntur ſiti, vt vulgò dicitur.* Hæc Hugo Charẽſis. Quid triſtius? Quid miſerius? quàm inter aquarum torrentes ſiti emori? Ac inter horrea frumento, cibarijſque omnibus referta, ex hoc in illud eructãtia, fame defici? Penitus famelicum perire?

Prouerb.

Hug. Cha.

AROMA XV.

De nomine MARIA, *prout quinque litteris ornato, ſignificantibus totidem veteris teſtamenti fœminas, ipſam Deiparam figurantes. Gratiarum cumulus, deſertorum defenſatrix; lenit Dei iram, filij vſque ad crucem indeficiens ſodalitium*

MARIA.

NOminis onus eſt, adimplere ea, quæ claudit, exercere eaque ſonat, dare in lucem geſta, quæ ſignificat; ita taliter, quod vnuſquiſque talis moribus inueniatur, qualis nomine profertur. Etenim nomen actionibus non impletũ, reatus eſt, abſurdũ eſt. Ideóq; ſentiebat Saluian. lib. 3. de gubernat. *Per nomen rei ſumus, &c.* & iterũ. *Dãnabilis eſt malitia, quã titulus bonitatis accuſat: reatus in no*

Digitized by Google

pij eſt pius nomen. Et Caſsiodorus perpendens, quã indecorum eſt, nomina geſtare magnifica, eaque actionibus improbis immiſcere, ſic aſſerit: *Nimis abſurdum eſt, portare nomen alienum & aliud dici, quàm poſſit in moribus inueniri.* Inueſtiget ergo omnis proprij nominis etimologiam, eamque ſuis moribus, ſuis actionibus implere, ſtudeat, exercere, conetur. Tũc (ait Caſsiodorus variar. 7.) *Grata ſunt omnino nomina, quæ deſignant protinus actiones: quãdo tota ambiguitas iudicandi tollitur, vbi in vocabulo concluditur, quid agatur.*

In Mariano vocabulo, eiuſque elementis, quinque pretioſiſſimæ fœminæ introſpitiũtur. Cuius præclara facinora euulgat ſcriptura, & admirantur Doctores. Videamus adimpletum munus in Marianis moribus.

Quinque præexcellentes fœminæ quinque elementis Mariæ nominis obumbratæ, videntur; quarum virtutibus Maria condecorata relucet. In, M, expungitur, quôd figurata fuit per *Michol;* de qua, 2. Reg. 3. quôd fuit Dauid vxor. Cuius amore, eô conflagrabat, vt cum diu extra regnum eſſet Iſraeliticum, noluit amicitiã cum Abner Principe militiæ populi Iſrael inire, niſi eã prius ſibi obtuliſſet, præſentaſſet. Sic Beata Virgo, tantùm altiſsimo præpollẽti regi ſuo diuino Dauid placuit, quôd filius Dei noluit mũdum ingredi per incarnanionem, nec amicitiam inire cum primo homine, & eius filijs, niſi ipſa ſua Michol Maria Virgo in mundo naſceretur. 2. Reg. 3.

Michol interpretatur primô, *quis omnia?* Ac ſi dicat; quis ita ſanctus, quis tantarum virtutum decore fulcitus, vt ipſe ſolus omnia aliorum ſanctorum merita, ac præconia ambiat, totaliterquè cõprehendat? Huic ergo rogationi quid dabitur, niſi quôd Virgo ſanctiſsima Deipara ipſa ſola omnia, hoc eſt, omnium aliorũ merita ambiat?

Ad hæc, Geneſ. 2. *Fluuius egrediebatur de loco voluptatis, ad irrigandũ paradiſum, qui inde diuiditur in quatuor capita.* Gratiarũ fluuius, dũ in paradiſo Dei, hoc eſt, in Maria, indiuiſus, & plenus ſtannatur; extra paradisũ verô haberi non poteſt, niſi diuiſus, & in minuta fruſtra ſecatus. In Maria omnis plenitudo gratiæ, aut plena gratiæ; in alijs, nonniſi per partes reperiri, valet. S. Bern. ſer. 61. *Nõ timeo, dicere, quòd omniũ gratiarum effluxus quandam iuriſdictionem habuerit hæc Virgo. De cuius vtero, quaſi de quodã diuinitatis Oceano riui, & flumina emanabãt omnium gratiarum, &c.* Geneſ. S. Bernar.

Abbas Cellenſ. lib. de panib. c. 12. euidentius præfatum Geneſeos locum ad Mariam flectit: *Quia ſimul collecta gratiæ plenitu-* Abb. Cell.

Digitized by Google

do nullatenus creaturæ humanæ capacitate poteſt apprehẽdi, in quã tuor capita diuiditur. Priuilegio tamen filij ſui ſupra totius creaturæ meritum mater Dei tota Dei gratia eſt ſuperfuſa. En iam, quæ in alijs reſperſa, atque diuiſa, videntur, in Maria collecta, atque vnita intueri valebis. De quo alibi.

2. *Michol* interpretatur *Pietas*, quæ erga homines in Maria maximè patet, cum interdum repræſentetur pro ipſis vbertim lachrymas fundens, ſuſpiria inuoluens.

Canticorũ. Cãtic. 6. n. 9. De ſua ſpõſa Maria eructat ſpõſus, *Pulchra vt Luna.* Quare vt Luna? Eſt nè in ea incõſtantia, aut inſtabilitas? Abſit. Cur ergo tãta firmitas, aut cõſtantia Mariana Lunę variabili adaptatur? *S. Ambroſ.* S. Ambroſ. in Examerõ teſtatur, ipſam eſſe abundantẽ rore, ac ſuaptè natura, terrã fęcundare, poſtulãtẽ, admodũ quo, Paulus ad Rom. 8. v. 16. aſſerit, quod diuinus Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. *S. Paulus.* Et vt Græca littera, *ſuper expoſtulat pro nobis.* *Græca litt.* Sic noſtra Virgo Deipara: cũ ſit ſpiritualis Michol, quę *pietas* interpretatur: adeò homines amore proſequitur, vt pro ipſis, vt Luna pulchra, rorẽ lachrymarũ effundat. Fatur S. Bonauẽtura in Speculo cap. 8. *S. Bonauẽ.* *Magna ergo ergà miſeros fuit miſericordia Mariæ, adhuc exulantis in mundo. Sed multo maior erga miſeros eſt miſericordia eius, iam regnantis in cœlo, &c.* Dicatur ergo Maria *Michol, quis omnia?* & *Pietas.*

In A, *Abigail* intellige, Dauid vxorẽ. Ob cuius dilectionẽ, ac munera elargita, Regius Vates Nabal Carmelo viro ſuo ruſtico, domuiq; ſuæ pepercit, 1. Reg. 15. *1. Reg. 15.* ſic generi humano De⁹ ob Mariã.

Audi Deũ iraſcẽtẽ. Iſai. c. 1. *Iſaia.* *Ecce tibi terra veſtra deſerta, ciuitates veſtræ ſuccẽſæ igne, regionẽ veſtrã corã vobis alieni deuorãt, & deuorabitur ſicut in vaſtitate hoſtili, & derelinquetur filia Siõ, vt vmbraculũ in vinea, & ſicut tugurĩu in cucumerario, & ſicut ciuitas, quæ vaſtatur.* Quid hoc fratres? Peribũt cũcti ſub ira tãta? Perirẽt certè, niſi Dñs exercituũ pepercifſet. Sed vnde orta eſt venia? Vnde tã repentina dexteræ excelſi mutatio? Pulchrè Abbas Tuicẽſis, examinãs, idẽ Iſai. 10. c. vbi Deus flãmas, necẽ, ruinãq; demonſtrans introducitur: *Væ Aſſur virga furoris mei, & baculus ipſe in manu eorũ, indignatio mea.* Vix virgã hãc ferreã iracundus euaginarat, quãdo iã in ſequenti capite, cuncta in pace, & tranquilitate conſtituta conſpiciuntur.

In capite decimo tanta indignatio, & vndecimo tã repentina miſericordia? Tã ſubita mãſuetudo? Nihil aliud excogitari poteſt, niſi quod in initio 11. c. Maria egreditur, occurrit formoſa Abigail; & iratus Dauid iram, & virgam dimiſit, gaudens: *Egre-*

Digitized by Google

gredietur (ait ſacer textus) *virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcẽdet.* Excogitauit hoc præfatus Rupertus:& quàm pulchra appoſitio! *Supra oſtendebatur(ait) ille ſpiritualis Aſſur, virga furoris Domini, & in manu eius vaculus indignationis eius; ecce virga autẽ gratiæ, virga requiei Domini Maria, & in illa flos, in quo habitet, ſuper quem requieſcat omnis plenitudo diuinitatis.* Rupertus.

In tertio elemento, R, *Rachel* denotatur, ex qua ortus eſt Ioſeph, qui interpretatur Saluator. Sic ex Maria Chriſtus Ieſus, qui Saluator eſt, &c. De qua natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus, ait Matthæus. Matthæus

Rurſus in *Rachele* plorante filios ſuos, Mariam pro humana ſalute reparanda, totam diffuſam, ſolicitam, lacrymantẽ adſtruo. Quare exactè eius nomen oleo comparatur, quod eſt ſymbolum amoris, & charitatis; cuius proprietates dilucidè, ac piè exponit, & Mariæ adaptat citatus Richardus à S Laurentio lib.1. de laudibus eius cap.2. his verſibus comprehenſas.

Eſt oleum viride, calidum, pingue, ſuaue,
Et penetratiuum, nitidum, recreans, & amarum,
Paſcit, & impinguat, illuminat, & medicinat,
Roborat, emollit, extinguit, & ampliat ignem,
Confert picturis, ſeruat rubigine ferrum. Richard. à S. Lauren.

Has omnes proprietates, à Richardo in oleo repertas, concinnè, ac mirabiliter appropriatas, apud eundem authorem inuenies.

Vel intuere pulcherrimã *Rebecã*; de qua Geneſ.24. teſtatur; quod, ſedẽte ſeruo Abrã, accũbentibuſquè eius camellis extra opidũ, iuxta puteũ aquæ: ipſa pulcherrima Virgo, ac decora nimis, incognita viro, deſcendit ad fontem, vt impleret hydriã, & reuerteretur. Et poſt ſermones varios cũ Abrami ſeruo, ac effuſa canalibus hydria, hauſtaq; aqua, vt cũcti viuerent camelli; accepta eſt in vxorem filij Domini ſui. Geneſ.

Quã aptè, ac dilucidè hæc hiſtoriã Virginẽ Mariã reſpiciat, S. Thom. à Villanoua his aureis verbis deſcribit: *Venit legatus ad mundũ, Virginẽ ad fontẽ aquarũ reperit, ideſt, diuinas ſcripturas rimantẽ, & de profunditate litteræ mirificos aurientẽ hauſtus, miratur cœleſtis Paranymphus tantũ puellæ decorem, & tam eximiam Virginis pulchritudinẽ, qualis nãque fuerit, Scriptura cõmemorat. Puella decora nimis, Virgoq; pulcherrima, & incognita viro, deſcẽderat ad fõtẽ, & impleuerat hydriã aqua, & reuertebatur. Humilitate deſcẽderat, virginitate placuerat, hydriã ſuã aqua repleuerat, ſic* S. Thom. à Villanoua.

namque eam Angelus ſalutat: Aue gratia plena, Dominus tecum. *O plenam, & pleniſſimam hydriã! ex qua omnis potatur rationalis natura. Bibunt enim curvi camelli. Angelos, & homines ex tua plenitudine ſatiaſti, Maria. Quis enim ex hac tua nõ potatur hydria? Ex hac Angelus gloriam, iuſtus gratiam, peccator veniam, mæſtus lætitiam, captiuus indulgentiam bibit. Omnes bibunt ex ea, neque minuitur hydria, bibit quoque omnipotens ipſe, & inebriatus amore, &c.* De quo conſule ipſumDoctorem, concione prima de Annuntiation. Domini.

In littera, I. Quis iam non videat fortem, ac victricem *Iudith.* De qua in ſuo libro aſſeritur, quôd virtute caſtitatis munita, ac orationis viribus vallata, Holophernem ſopitum capite truncauit. Non aliter Virgo noſtra Luciferum dæmonum Principem, eius poteſtatem conterendo, interfecit.

Alcuinus. Sic Alcuinus ſermon. de Natiuitate Deiparæ: *Tu vellatrix egregia, primo eum* (Luciferum intellige) *qui primus Euam ſupplãtauit, expugnare, viriliter aggreſſa es, &c.*

Canticor. Canticorum 6. Sponſa vellatrix, ac nimis terribilis apparet: *Quæ eſt iſta, quæ progreditur, quaſi Aurora conſurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis, vt caſtrorum acies ordinata, &c.* Quæ eſt iſta, quæ tam terribilis oſtenditur? Quæ tam vellatrix cõſpicitur? Nonne illa, quæ tota ſuauis, & formoſa eſt? Vtique eadẽ, cuius benignitatem experiuntur creaturæ, & cuius dulcedinem admirantur cœli. Quare tam terribilis? Certè, quia dæmonibus, & ſpiritualibus malignis agminibus. Sic fatur Guillelmus: *Et qui-*

Guilhelm. *dem, ex quo Dei filium peperit, terribilis dæmonibus fuit. Cũ enim viderent eam integritate, ſimul & prole gaudentem: vehemens illis ſuſpicio incidit, ne fortè illa genuiſſet, tot propheticis vocibus olim pronuntiatum Meſsiam; per quem eorum imperium rueret. Itaque virginitate illius puerpera nil eis tunc terribilius, &c.*

In vltima littera nominis Mariæ, ſcilicet, A. *Abiſach* figuratur. Quæ mulier, typus, ac imago extitit Mariana. *Abiſach*, in primis, *patris ignorantia*, interpretatur, ex quôd patrem ſuum Adamum ignorauerit, eius peccatum, ac labem mortiferam non cognoſcendo. Quare D. Ildephonſus ſermon. 1. de Aſſumptione fatur:

Ildephonſ. *Omnis maledictio ſoluta eſt primorum parentum, & cæleſtis benedictio in toto venit mundo.*

3. Reg. 1. Inſuper 3. Reg. 1. habetur. Quod *Abiſach*, ex omnibus filiabus Iſrael, vt pulchrior ſegregatur, vt honeſtior eligitur, ad ſeruiendum Regi. Sic Maria benedicta inter mulieres, ex omnibus aſſumitur ad Regi cœleſti miniſtrandum.

Digitized by Google

Eccleſ.24.dicat ipſa de ſe,cum ipſa agnouerit ſe:*In habitatione ſancta coram ipſo miniſtraui* Qui miniſtrat? Maria. Cui? Suo Regi, ſuo filio. Loquatur S. Doctor Auguſtinus ſerm. de Aſſumption. *Mariam ſiquidem, & operis exhibitione, & fidei veritate miniſtram fuiſſe Chriſti, intelligit omnis, qui ſanè ſapit. Quomodo autem miniſtrauit?* Subiungit Doctor S. *Opere certe miniſtrauit: quia hunc in vtero geſsit, partuquè perfuſum aluit, & fouit, ac præſepio reclinauit, in Ægyptum quoque fugiens, abſcondit. Et omnem eius infantiam proſequuta eſt pro matris affectu; ita vt vſque ad crucē, in qua, iam virum perfectum vidit eum pendentem, ab eius non receſsit commitatu.* Hæc Africanus. Eccleſiaſt. D. Auguſt.

AROMA XVI. MORALITATIS.

Nulla virtus tanta eſt, quæ caſtitati timere, non debeat.

O Quiſquis in huius mundi arenam præliaturus, deſcendis, ac in carnem tuam, pro victoria reportanda, irruere, conaris; ſemper caſtitatem perdere, time. Nam poſt mille partas victorias, poſt ſuperatas naturas, poſt plurima flagella, poſt continua ieiunia, poſt lachrymarum profluentium imbrem, etiamſi virtutibus clarus, manibus ſuſtentatus diuinis; etiam ſi adamas fias, à libidine tibi cauendum eſt; quam ſemper in ſecuritate inimicam putes, aduerſantem exiſtimes, obiurgantem formides.

Amôs Propheta cap. 7. Deum nobis ſuper murum ſtantem ſignat, in cuius manu adamas erat. Sic apud 70. *Et in manu eius adamas.* Sanè lapis iſte ferro, igneque fortior eſt; à nullo vincitur, ſed tantum hædi ſanguine molleſcit, ac firmitatem deperdit. Sic iuſtus, quamuis difficilia euincat flagello, carnis macerationem ſufferat; & quamuis in manu Dei, adamantino virtutum robore firmatus, videatur; adhuc animalem libidinem, carniſquè petulātiā reformidet; quia ſuæ virtutis adamas hædi ſanguine emolliri, valet. Eleganter Hieronymus lib. 3. ſuper Amôs cap. 8. *Habet in manu adamantem, qui intantum robuſtus eſt, vt dicatur ad eum, ſi tranſieris per ignem flamma non comburet te; quantoque magis tētationibus ceditur, tanto fortior fit, & pro nomine Saluatoris inter flagella lætatur; cumquè à nullo ſuperari queat, ſolo mortifera libidinis calore diſſoluitur; hæc enim ſanguinis hircorum dicitur eſſe natura, vt ſit ad libidinem calidiſsimus, & quod ignis domare nequeat, ſolus illius diſſoluit cruor.* Hæc Hieronymus. Quid elegantius? Ecce, quomodo, quod non poſſunt, nec ferrum, nec mallei, Amôs. Septuagin. Hieronym.

nec

nec ignis, nec alia quæuis inſtrumenta emoliri, hircorum efficit ſanguis. Sic quòd nec fames, nec ſanguis effuſus, nec habitus humilis, nec ciborum parcitas, nec hominum oprobria labefactare, audent; libido ſuperat, ac carnis fragilitas faciliter adimplet.

Geneſis 4. De Adamo, à paradiſi ſepibus eiecto, talia effatur ſacra pagina: *Adam verò cognouit vxorem ſuam Euam; quæ concepit, & peperit Cain, dicens; poſſedi hominem per Deum.* Mirum valdè, quòd de Adamo in paradiſo incomitato, ſolitarioquè exiſtente, corruptio caſtitatis non euulgetur, & poſtquam eius ſepes egreditur, ſtatim virginitatis munus amiſsiſſe, cognoſcimus. Sanè poſtquam inuaſtam relegantur terram, à paradiſo reiecti; protinus nectitur: *Adam verò cognouit vxorem ſuam*: quia inter comercia mundana acriter libido ſerpit, vt ad quemcunque ſanctitatis gradum eucto, caſtitatem colore, arduum, ac per difficile, exiſtat. Eleganter excogitauit Diuus Ambroſius in exortatione ad Virgines; aſſerens: *Tales ergo ſtote filij, quales Adam, & Eua in paradiſo fuerunt; de quibus ſcriptum eſt, quòd poſtquam de paradiſo eſt eiectus Adam, cognouit Euam vxorem ſuam; at illa concepit, & peperit filium cui nomen Abel. Melior itaque ſecundus, quam prior fructus. Quia iſte immaculatus, ille maculoſus; iſte adhærens Deo, & totus à Domino, illa mundana, & terrena poſſeſsio. Nihil vobis ſit, filij, cum poſſeſsione ſæculi, nec terrenæ vobis poſſeſsionis vllos vindicandos eſſe ſortitus, arbitremini, &c.* Intra domum caſtitas, in ſepibus virginitas, ibi ſecuritate vallata, quia ſolitudine munita. Et quid mundus exequi valet, niſi corruptione ferire, & in quamcunque terrenam, quouis virtutis rore fœcundatam, grana libidinis ſeminare, vt partus germinet impudicos?

Geneſ. *Ambroſius*

Pugnaciſsimus ille, ac Dei fortiſsimus athleta Iob, cùm millia cum diabolo certamina iniret, cùm ſæpè cum ferociſsimo dracone, humani generis ſæuiſsimo aduerſario, manus confereret, poſt multas partas victorias, poſt plurima comparata trophea, dũ de caſtitatis certamine cogitat, ſic tenet capite 31. *Pepigi fœdus cum oculis meis, ne cogitarem quidem de virgine, &c.* Qui in tanto ſanctitudinis culmine collocatus exiſtit, qui ad tantum eſt euectus Dei gratiarum, qui tot cum diabolo ſubiuit, præliaturus, certamina, qui, tot aduerſariis deuellatis, voti compos euaſſit, quare ſic, aut virginis cogitatum vitat, vel ſimplicem eius apprehenſionem fugit? Clarè, quia in nullo virtutis faſtigio, libidinis naufragiis ſecurus exiſtere, debet.

Iob.

Sic, qui inter cunctos hoſtes extrenuus miles apparet, ac audax, & fortis cunctis vitiorum impetibus obſiſtit intrepidus; vbi

enim

Digitized by Google

enim libidinis ſcintilla relucet, fugit, timet, formidat, fugamque protinus ſuggerit. Præclarè ſanctus Chryſoſtomus homil. de Cant. Ioſeph, ait: *Quis non admiretur, videns virum hunc cum diabolo viriliter certare, & omnes maligni machinas vincere, virginis autem faciem fugere, & à formoſæ puellæ aſpectu oculos ſubducere? Diabolum accedentem non fugit, ſicut viribus fidens; Virgine autē viſa, non ſtetit, neque moratus in contuenda pulchritudine, ſed ſtatim ſeceſſit. Cenſebat nimirum in prælio contra dæmones, virili, & audaci animo opus; in continentiæ autem præparatione victoria cōceditur, non ex Virginis conſuetudine, ſed ſeceſſu, &c.* Hæc Chryſoſtomus, & non intempeſtiuè Iob, qui in dæmonū acies intrepidus irruit, qui Tartareas deuaſtat phalanges, qui ſulphureas euincit poteſtates, qui aduerſus cunctos hoſtes præliaturus, accingitur; qui manu Dei, vndique totus virtutum apparato vallatus, contra gehennales exercitus apparet: his, cum libidine pugnaturus, timet, formidat, ac fugam rapere, ſtudet. Et quām exactum genus præliādi contra libidinem! Nam contra ipſam, cunctoſque libidinoſos hoſtes nunquam victoria, niſi per fugam, nunquam triumphus, niſi per abſtractionem, venit. Chryſoſt.

Nec ſanctum Iobum pudicitiæ Doctorem, caſtitatis Magiſtrum, puritatis ſpeculum, ſinamus. Audi ipſius ſolertem cuſtodiā, & de hac re per acutam prouidentiam. Hic enim, totius ſuæ familiæ filiorum, filiarumquè recenſita ruina; & quomodo ipſis diſcūbētibus, tota corruerit domus: quid in tali ſtrage exequitur? Quæ eius tunc principalior cura? Sanè ,ne maſculis mortuis cadauera fœminarum nectterentur; quaſi mortui, hac peſtifera lepra infiçi poſſent. Notauit eleganter Chryſoſtomus homilia 1. in Iob: *Sedit itaque* (ait) *Iob verus, fortiſque adamas, diſcernens liberorum ſuorum membra; cauenſquè, ne fortè in maſculinis membris fœminea coniungat.* Hæc dilucidè Chryſoſtomus. Non aliter Maria, adamas Dei, munita virtutibus, quidquid libidinis redolebat ſuſpitionem, effugit. Sic apud Naza. trag. de Christo patient. Chryſoſt.

Libidinis auerſor, vt nec verbulo
Audire, nec pictura, eas feram aſpicere;
Spernendo ſiquidem, ſic Virginem animum Nazā.
Poſſideo, &c.

AROMA XVII.

Gemmarum quinque proprietates, in litteris nominis MARIA *exaratæ, proponuntur; ipſiquè Virgini apropriantur.*

Ezechielis O Quam pulchrè ad Virginem flecti valent illa Ezechielis 28. in quibus Deipara omni lapide circumamicta inſpicitur, & vndique tota pulchritudine ornata gemmarum! *Omnis* (ait) *lapis pretioſus operimentum tuum, thopatius, iaſpis, chryſolitus, onix, berillus, ſaphirus, carbunculus, ſmaragdus, &c.* Itaque in Maria omnem pretioſum lapidem adeſſe, quis ambigit?

Primas gemma in Mariano nomine, in M, depicta, & quæ ipſam veſtit, *Margarita* eſt. Lapis pretioſus, pulcher, cādidus, ful gens. De quo, libro de proprietatibus rerum fertur; habere virtutem abſterſiuam, & purificantem; quia membra à ſuperfluis humoribus abſtergit; ac perinde confortatiuam: eo quòd debile cor cō fortet, & maximè in periculis roboret, ac fortificet.

Non aliter Deiparens Maria, per gratiam, quam nobis infundit, virtutem abſterſiuam obtinet, quia præterita pecamina ab ſtergit, & purificat. Reſtrictiuam, in quantum animum reſtringit, ne ad iterata ſcelera fluat. Denique facultatem confortatiuā continet, & veluti defenſiuam humanæ naturæ, quia firmat, corroborat homines, & contra præſentia mala eos exambiens, tuetur, & conſeruat. Quam Margaritæ proprietatem dilucidè adaptauit Mariæ D. Cyrillus oratione contra Neſtorium, dicens, & ad Virginem perorans: *Tu enim pretioſa es Margarita orbis terrarum, &c.* *S. Cyrillus*

Dauid. *Domini eſt terra* (cecinit Regius Vates Pſalm. 23. v. 1.) *& plenitudo eius, orbis terrarum, &c.* Quem locum expendens B. Thomas Georgius Dominicanus, S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, ad Mariam eius acommodatitiū ſenſum flectit. Meritòquè in dubium vertit: cur Maria noſtra, terra? Nonne per aliud elementum exatius adumbrari, poſſet? Per ignem, propter feruorem, ac charitatis ardorem; per aerem, ob communem extaſim; per aquā, quia Maria mare interpretatur; hæc enim tria elementa bibidioras imagines exiſtūt Mariæ. Vtique per nullum aliud elementum aptius quam per terram depingitur Maria. Alia elementa quandoque in homines inſurgunt, acrique ſæuitia irruunt; aſt, non ita terra, quæ nunquam in homine- iraſcitur, ſed potiùs in ea ab eorum

rum iniuriis proteguntur, eiuſque ſub umbra defenſantur; rectè ergo ſimilitudinem Mariæ gerit; *Sic*(ait B.Thomas Georgius) *Beata Virgo, benigna nimis, neſcit iraſci, aut furore vehi, ſed omnibus ancillatur; peſtiferos inſuper, & malos fouet, & nutrit; amica publicanorum, & peccatorum, &c.* B.Thomas Georg.

Vlterius diſcute; cur *Margarita* potius, quàm alter pretioſus lapis nuncupetur? Satisfacit Bernardinus Buſtenſis, loquẽs de Mariano nomine; quia ſicut ille prudens negotiator, (de quo Matthæi 13.) inuenta pretioſa Margarita, vendidit vniuerſa, quæ habuit, & emit eam; ſic noſtra cuncta vendere, debemus; hoc eſt, humanos affectus abijcere, & iſtam Margaritam (nominis Mariæ deuotionem intellige) diligenter inquirere, auidè inueſtigare, intẽſe diligere. Bern. Buſt

Secunda littera, A, *Adamantem* refert. Qui (teſte libro de rerum proprietatibus) apud naturales gemma reconciliationis vocatur; eò quôd inter alias proprietates, virtutem reconciliatiuam, & ad dilectionem inductiuam, imbibit. Beata Virgo genus reconciliauit humanum; inter Deum, & hominem pacificè medians, & vtrunq; mirabili recõciliatione, diuinoque pacis federe annectens.

Regius Vates de Meſsia aduenturo, ſic canit, Pſalm.71. *Deſcendet ſicut pluuia in vellus, &c.* Hoc eſt, in vterum Marianum deſcendet, adinſtar pluuia in vellus. Ex quo colligitur inter Mariam, & vellus ſimilitudo. Sed quæ? Sanè, quia ſicut inter rorem, & aream medium eſt vellus, non diſimiliter, inter Deum, & homines adſtat noſtra Deipara ſuaui concinitate coniungens. S.Bernardus ſermon.6. de rebus Apocalipſ. *Amplectamur Mariæ veſtigia (fratres mei) & deuotiſsima ſupplicatione beatis illius pedibus prouoluamur. Teneamus eam, nec dimittamus, donec benedixerit nobis. Potens eſt enim; nempe, vellus eſt, medium inter rorem, & aream, mulier inter Solem, & Lunam; Maria inter Solem, & Eccleſiam conſtituta, &c.* Dauid. S.Bern.

Sanctiſsimus ille Ioſias Rex, Deum maximè ſtomachatum, vehementerque infenſum, per ſentiens (4. Regum 22.) miſsit ad Holdam Prophetidem vxorem Sellum, filij Thecue, vt ipſa conſuleret Dominum. Cur, relictis viris Prophetis, à fœmina oraculum audire, optat? Ad quæ Lyranus eoquod Rex velet impetrare à Domino miſericordiæ reſponſum; & quia mulieres mitiores viris exiſtunt, per fœminam ad Dominum conſulendum miſsit; ita Lyranus. 4.Reg.22. Lyran.

Cæterum quaſi in figura, videor mihi, quod noſtra Maria in

Digitized by Google

illa obumbrata, viſa eſt, ad conciliandum Deum iratum aptior, & pronior. Ex hac nobis prima recōciliatio venit; ex hac ſæpè in filij ſui amicitiam reuocamur. Cogitauit Richardus part. 2. in Cano. cap. 29. Virgini alloquens: *Carnalia in te Chriſtus vbera ſuxit, vt per te nobis ſpiritualia fluerent; & cùm miſericordia Dei ſit ab æterno; amplior cœpit eſſe ex tempore; & cum ex te cœpit initium; per te ſumpſit augmentum; in te ergo concreuit lac diuinæ miſericordiæ, & ex te nobis profluit. Iſta prius repleta es & ex te nobis deſcendit hæc abundantia, &c.* Redde ad illa, *amplior* (ideſt miſericordia) *cœpit eſſe in tempore*; alia nota: *per te ſumpſit augmentum, &c.*

Richardus

Geminian. In R, *Rubinum*, aliàs *carbunculum* intelligas, de quo noſter Geminianus lib. 2. c. 12. ait: *Dicitur carbunculus, quia videtur quaſi carbo ignitus, nō ardore, ſed ſplendore; cuius fulgor eſt flatus, quòd nec nocte vincitur; lucet enim in tenebris, adeò, vt flammas ad oculos vibret, &c.* Mariæ in nocte paſsionis ſui filij expreſſa imago, perſpicua ſimilitudo. In tantis tormentis, ac tam variis affl ctionibus rutilabat per fortitudinem, & iuxta crucem ſtabat, amore ſuccenſa, quando alij tenebris abſentiæ abſcondebantur.

Lapis iſte pretioſus virtutem lætificatiuam continet, ac eius ſplendore homines gaudio ſuffuſi, de mulcti, ac illecti apparent. Non ſecus noſtra Deipara lætitia inenarrabili, ſuos deuotos perfundit, ac inuſitato gaudio demulget: ita vt probò dicere, poſsimus illa: Cantic. 1. *Exultauimus, & lætabimur in te.*

Lucæ 15. Drachmam perditam mulier lucerna diligenter quæſiuit; iamquè inuenta, amicas ad gaudium, magnam, plenamque lætitiam conuocauit. Quæ lampas iſta, cuius lumine tanti, tā ingenti lætitia delibuti ſunt? Maria Virgo. Sic Alcuinus: *O Virgo lampas luculentiſsima quantos lætificaſti, quando ſplendore gloriæ Dei illuſtrata, deſideratum illud lumen, quo, inuenta eſt drachma decima, ſedentibus in tenebris, & in vmbra mortis, protuliſti, &c.* pende illud: *Quantos lætificaſti.* Ecce Maria carbunculus cunctos lætificans.

Canticorū.

Inſuper lapis iſte tritus, & in puluerem redactus, ad quodcūcumque vulnus medendum, aptus, atque ſalutifer cenſetur. Ita Medici, Chirurgi, aliptæque peritiſsimi. Quòd nomini Mariæ concinne adaptari, valet.

Benignus, ac pius Samaritanus, Lucæ 10. v. 34. Miſeri illius hominis miſericordia, ac benignitate fractus, curationem adhibuit. Quibus pharmacis medicamentis eſt vſus? Sanè vulnerum alligatione, olei, vinique infuſione. Nonne erant alia medicamina,

Digitized by Google

nā, quæ illi tantis vulneribus adhiberētur? Erānt vtique. Sed nulla fortior, efficatior, ac ſuauior medicina à diuino, & cœleſti Samaritano Chriſto Domino in terris eſt relicta, quam hoc vnguentum, nomen Maria. Congruè Ambroſius lib. de Inſtitut. Virginū, cap. 11 *Vnguentum exinanitum nomen tuum, propterea adoleſcentulæ dilexerunt te. Deſcendat iſtud vnguentum in animæ præcordia, viſcerumque ſecreta; quo non delitiarum odores ſancta Maria, ſed diuinæ gratiæ ſpiramenta redolebat. Hoc vnguentum fætorem hæreditarij erroris abſterſit, &c.* Videas quomodo Chriſtus Dominus cœleſtis Samaritanus hoc pharmaco, hoc vnguento, ſcilicet, (adhibito nomine Maria) vulnera medetur. Quæ, etſi ſolus Deus præſtare ſufficiat; hoc pharmacum adhibet; vt ſciamus, nihil, niſi per nomen Maria, hominibus remedij reperiri, nihil ſalutiferum contra vulnera mundi, niſi per illud.

4 Elementum, I, indicat, quòd Maria *Iaſpis eſt*; de quo hæc habet Geminianus lib 2. cap. 13 *Iaſpis valet ad multa, primò Iaſpis febrem refrenat Item hydropeſim iuuat, oculos purgat, &c.* Maria ardorem libidinis extinguit, hydropeſim ſuperbiæ humilitate ſua reprimit coercet, frangit, ac cæcitatem mentis vita ſua illuminat. Denique de tali lapide, lib. 18. de proprietatibus rerum fertur. Ducere hominem, ſecum ferentem, tutum, ſine timore, nulla formidine captum. Quod non omiſsit Geminianus loco præfato: *Item* (ait) *Iaſpis inter pericula facit hominem tutum*. Ita Maria, ac eius pietas ſecurum reddit hominem, vt meritò eructare poterit illud Pſalm. 12 *Non timebo mala, quoniam tu mecum es.* Geminian. Geminian. Dauid.

Multoties à multis in dubiū vertitur; cur Maria *Stella* dicatur maris? Sed ad noſtrum inſtitutum S Bernard. ſerm. 1. de Maria, conſiderās tot pericula, per quæ fideles in hoc ſpatioſo mari, vbi lapſuum reptilia, quorum non eſt numerus, dilabuntur; & vt timor eos non arripiat, nec metu conſternantur, ſic melifluus effatur, eos ad Iaſpidis huius amorem excitans: *Oportet vniuerſos Chriſticolas inter fluctus huius ſæculi nauigantes, attendere hanc maris ſtellam, quæ ſupremo cardine, ideſt, Deo proxima eſt, quod, qui fecerit, non iactabitur vanæ gloriæ vento, nec frangetur ſcopulis aduerſariorum, nec abſorbebitur ſirenea voragine voluptatum; ſed proſperè venit ad portum quietis æternæ, &c.* Vide quomodo, illos, qui talem Iaſpidem, hoc eſt Mariæ affectum, non aplectuntur, formido arripiat, inuadat tremor, eos verò dulci ſuo amore flagrantes, metus non capiat, ſtupor non apprehendat. Bernard.

Tandem in A, *Allectorium* lapidem, ideſt, *piedra imān*, vide

da

Digitized by Google

Geminian. de qua Geminianus lib. 2. cap. 14. *Magneti aſſimilatur humilitas, quia magnes habet virtutem a[ttra]ctiuã; ſic Maria per humilitatem Deum ad terram traxit, ſicut ipſa de ſe teſtatur; quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Maria magnes, ſiue allectorius Dei fuit; ipſum, virtute ſua, de cœlo ad terram trahendo.

Canticorũ *Simachus.* *Hailgrin.* *Martinus Delrio.* Canticorum 4. Deus ad Mariam: *Vulneraſti cor meum, ſoror mea Sponſa.* Simachus apud Theodoretum: *Excitaſti cor meum:* vbi Cardinalis Hailgrinus apud Martinum Delrio: *Huius mulieris ſpeciem ſic concupiuit Dominus, & ipſa eius deſiderium in tantum ſuperduxit, hoc eſt, ad tantum exceſſum perduxit, vt ad noſtrã infirmitatem humiliatus eſt omnipotens, &c.*

Eccleſiaſt. *D. Bernar Senenſ.* Inſuper lib. de rerum proprietatibus; talis lapis ad fœlicem fortunam, honoreſquè conſequẽdos, prodeſt. Eccleſiaſt. 24. *Et flores mei fructus honoris, & honeſtatis.* Quapropter D. Bernardinus Senenſis ſerm. 1. de Mariæ nomine: *Si Mariam diligẽter inſpicias, nihil eſt virtutis, nihil ſplendoris, nihil gloriæ, quod ex ipſa non reſplendeat.*

AROMA XVIII. IN MORVM compoſitionem.

Terrenis ſubmerſos Deum capere, prorſus impoſsibile.

NOn comparatur cœleſtis Margarita, niſi mũdani, terreſtreſquè mundentur affectus; bona caduca pellantur. Etenim Deus, & terrena bona egrè, & difficiliter conueniunt. Expulſio vnius alterius eſt introductio; & ſi corde tuo, ô chariſsimè, excipiendus eſt Chriſtus, terrena abiice, mundana odi.

S. Paulus. De tranſitu prædeſtinatorum ad gloriæ fruitionem, terribili die iuditij, ſermonem inſerens Paulus 1 ad Theſſalon. cap. 4. huc ſpectans diſertè effatur: *Deinde nos, qui viuimus, qui relinquimur, ſimul rapiemur cum illis in nubibus obiam Chriſto in aera, & ſic ſemper cum Domino erimus.* Preme extrema verba: *Et ſic ſemper cum Domino erimus*, ideſt, iſto modo ſemper cũ Domino erimus. Quomodo? Scilicet, de terra rapti, à ſæculo ſeparati, de mũdo diſiuncti, ac in aera ſubleuati. Si enim ſubmerſi, terra maneremus, ſi ieium terrenis hæreremus; ac ſæculo imboluti, mundanorum grauitate ſuppreſsi; nullatenus dulcedine cœleſtium potiremur, nec diu cum Ieſu eſſe, poſſemus. Sic Athanaſ. in Cathena Græca ad caput 2. Lucæ: *Qui verò* (ait) *in perturbationibus ſæculi conuerſatus*

Athanaſ.

eſt.

eſt, & nunquam verbis obediens exiſtit, quomodo dicet illud; viderunt oculi mei ſalutare tuum, ſemper oculis ipſius ſenſibilibus, atq; in phantaſiis mundanis, ac concupiſcentiis impudicis occupatus? Non ſic (inquam) non ſic celebrandum feſtum Domino, nec cum talibus operibus audiendum, aut ſperandum, ipſi occurrere. Iuxta illud, rapiemur in nubibus obiam Chriſto in aera. Quid pulchrius? Excute terram à corde tuo; vẽde, quæ poſsides terrena, & margaritam tunc comparabis. Abiice carnales affectus, corporales ſolicitudines deuita: ſicquè de terrenis cunctis, ac mundi curis, ac illecebris ereptus, obiam Chriſto ibis; qui, diu cum illo habitare, concupiſcis.

Qua hora Sol Iuſtitiæ Chriſtus terris apparuit; cometa, ſiue Angelus in modum ſtellæ eformatus, medio in æthere, Perſarum regionem nouæ ſplendore lucis irradiat. Cuius præfulgentibus radiis tres ſapientiſsimi Reges Perſarum perculſi, Balami prophetia imbuti, & principalius in terris adeò illuſtrati, Regem natum adoraturi, camellos parantes, proficiſcuntur. Intra nouem, aut decem dies ſtellam ſequentes, Ieroſolymam attingunt, Herodem Regem adeunt, ſciſcitantes: *Vbi eſt, qui natus eſt Rex Iudæorum? vidimus ſtellam eius in Oriente, & venimus adorare eum, &c.* Ad quos ſic Rex Herodes affatur: *Ite, & interrogate diligenter de puero; & cùm inueneritis, renuntiate mihi, vt & ego veniens, adorem eum.* Vt quid ſibi renuntiare, deſiderat, eum, cuius nomen tantopere deteſtabatur? Nonne in eius dumtaxat vocabulo nimio arreptus eſt timore? Haud dubium. Quid ergo, vlterius eum ſibi renuntiari, expoſtulat? *Matthæi.*

Subtiliter quæſtionem diſcutit Chryſologus ſermon. 158. per hæc: *Conuenienter dixit, renũtiate mihi* (ait Chryſologus) *quia ſemper diabolo renuntiat, qui peruenire feſtinat ad Chriſtum. Chriſtianus futurus à Sacerdote, cum audit, renuntias diabolo? reſpondit, renuntio. Propriè ergo Herodes à Magis ſibi renuntiari, debere, dicit; qui, ſe diaboli, ſciebat, tenere locum, Sathanæ, nouerat, implere perſonam.* Hæc Chryſologus. Neceſſe eſt, vt diabolo, & omnibus pompis eius, mundanis deſideriis, terreniſquè voluptatibus renuntiemus; vt Deum fœliciter apprehendamus, ipſoquè fruamur dulciter. Quomodo enim Deus terreno noſtro habitaculo ferarum, ac omnium vitiorum domicilio, inhabitare poterit, cum ille actus ſit puriſsimus, noſtrumque cor, tot immundorum hoſpitio inſordeſcat? *Chryſolog.*

Regius Vates Pſalmo 104. de egreſſu Populi Iſrael de Ægypto ſermonem inſerens, ſic eloquitur: *Educit eos in argento, & auro,* *Dauid.*

ro,&c. De quibus alibi profertur: *Et palea non dabatur.* Quid rarius? Quid eſt, quod illis, quibus antea, nec palea elargiebatur, modo argento, & auro onuſti proficiſcuntur?

Magnum ſanè myſterium in hoc reconditur. Iſraelitæ in luto, in lateribus, in paleis colligendis apud Ægyptios demorãtur: ſed dum Ægyptum, ſæculi typum, omittunt; iam in argento, & auro, & diuitijs multis locupletati apparent; quod diuitiarum pondus in Ægypto minimè conſequi, valuerunt. Eleganter Euſebius Gallicanus ſermone caſtigatorio: *Ecce* (ait) *filios Iſrael inimica Ægyptus, mundi ſpeciem præferens, dum incolitur, afflixit, dum relinquitur, locupletauit; ſic eſt, chariſsimi, magnã ſæculo rapit prædam, qui ſe abſtrahere, contendit, è ſæculo, &c.* Hæc Euſebius. Ingens diuitiarum munus, permagnam ſubſtantiæ abundantiam mũdus tibi parat, calcatus, non amatus, deſpectus, non dilectus. Si enim obliuiſceris populum tuum, & domum patris tui, omiaque ſeculi oblectamenta calcaueris, Deum tibi paras, cuncta tibi reſeruas: dum omnia fugis, dum omnia ſpernis, Deum tibi, omnia cõtinentem, accumulas. Aſt ſi mundi affectibus immergeris, ac illius oblectamentis irretitus fueris, incunctanter perdis omne bonum, protinus amittis.

Euſebius Gallican.

Canticorum 3. Amaſsia ſic de ſponſo, non inuento, conqueritur: *Quæſiui illum, & non inueni, ſurgam, & circuibo ciuitatem per vicos, & plateas; quæram, quem diligit anima mea, quæſiui illum, & non inueni, &c.* Sciſcitatur ſpõſa per vicos, & plateas; ſed fruſtraneus circuitus eius; quare fruſtra laborat ſponſa? Sanè, in terreſtribus locis, vbi mundani ſæcularibus bonis immerſi, degunt, ipſum inquirit, ipſum inſequitur. O quàm velle Ambroſius de Virginitate! *Non in foro* (ait) *Chriſtus reperitur, Chriſtus eſt enim pax, in foro lites; Chriſtus iuſtitia eſt, in foro iniquitas; Chriſtus operator eſt, in foro innane otium; Chriſtus charitas eſt, in foro obtrectatio; Chriſtus fides eſt, in foro fraus, atque perfidia exiſtit.* Hæc Ambroſius. Tu ergo attende, ò homo, ſi Deum apprehendere curas, ſi illud æternæ fœlicitatis brauium accipere, deſideras; ſi illã pretioſam beatitudinis Margaritam comparare, cupis; mundum peſſunda, mundum relinque, vicos, vbi ſagittæ in pharetra linguæ parantur, fuge: plateas, diaboli laqueos, Sathanæ retia, deuita; & te, in ipſa terreſtrium abnegatione, locupletabit Dominus, perenne ſui fruitione ditabit, ac in æternum augebit.

Canticorũ.

Ambroſ.

ARO-

AROMA XIX.

Expenditur nomen MARIA *per quinque litteras, quinque beneficia orbi collata, exprimentes.*

EX Hebræis peritiſsimis compertum exiſtit; hoc ſacerrimum nomen ab altero Hebraico fuiſſe deductum, ſcilicet, *Rurautaranti*: quod apud nos poteſt interpretari, altitudo, ſublimi tas, magnitudinum collectio, ſiue beneficiorum omniũ epilogus. Quæ interpretatio, ſi attentè introſpiciatur, maximè in præclariſ ſima ac appellatione relucet, quòd ipſa cunctorum munerum, di uinarum largitatum collegium ſit: vt ex ipſis patebit elementis.

M, Eam *Mediatricem*, diſcordias priſtinas ſedantem, & lites dirimentem, deſignat. Nata eſt mundo Maria, orta eſt hæc puerpera, vt genus humanum per filium ſuum Deo reconciliaret, deie ctum, & mortuum in vitam fœlicem erigeret.

Subtiliter rogat B. Albert. Magn. ſuper Miſſus eſt, c. 14. Quare matri ſuæ Deus, non Euæ, ſed Mariæ nomen impoſuerit? Quid in terpretatur Eua? Viuentium mater. *Et vocauit nomen eius Euam; eoquod eſſet mater omnium viuentium*, Geneſ. 3. Nonne Maria viuentium etiam mater eſt? Quis ambigit? Dicatur ergo Genitrix Dei, Eua. Etſi vlterius Eua vita interpretatur, Maria etiam vita dicitur, vt canit Eccleſia: *Vita, dulcedo.* *Geneſis.*

Apage, mater Dei Maria, Eua vocanda. Audi cauſam ex noſtro B. Alberto Magn. *Eua enim dãnat, Maria ſaluat; vnde ipſa nomen Euæ mutauit. Illa enim omnes homines generat in mundũ, iſta in cœlũ; illa mater carnalis, iſta ſpiritualis; illa mater miſeriæ, iſta miſericordiæ; illa principium mortalitatis, iſta principium regenerationis; illa gratiam perdidit, iſta gratiam inuenit; illa tranſiuit, & nos tranſire fecit de gratia in culpã, iſta nos ſurgere fecit de culpa in gratiam, &c.* Hæc Beatus Albertus Magnus. Et quam perpul chrè: Eua, prima mulier, prius hominibus propinauit ſtragẽ, quã obtulit fortunam; prius mortis, quam vitæ, & ſalutis fuit occaſio. Aſt, Deipara, noſtræ vitæ, noſtræ ſalutis, extitit fons, extitit ſcaturigo; & mortem, quam Eua intulerat mundo, penitus exploſit, diſcordias, quas illa ſeminauerat, iſta fugauit. Quapropter iure immutauit nomen, vt pro comperto habeatur, Mariam *Mediatricem* eſſe, priſtina Euæ incommoda redigentem. *B. Albert. Magn.*

Mediatrix vlterius dicitur, quia in medio ipſius fœdus pacificũ operatum eſt.

Digitized by Google

D. Dauid. Regius Vates Pſalmo 73. *Deus autem Rex noſter, ante ſæcula operatus eſt ſalutem in medio terræ.* In ventre Mariæ, legerunt nonnulli. Sed quare Maria terra dicitur, cùm ſæpè à ſanctis cœlū animatum nuncupetur? Satisfacit S. Bernard. ſerm. de Pentecoſt. Operatus eſt Ieſus ſalutem in medio terræ: *Ideſt in vtero Virginis Mariæ, ad quam ſicut ad medium, & ſicut ad cauſam rerum, & ad negotium ſæculorum reſpiciunt, & qui habitant in cœlo, & qui in terra, &c.*

S. Bernar. Fuit etiam Maria mediatrix noſtræ coniunctionis, & vnionis; eoquod diſiūctos, & diuiſos à Deo, illi cōiungit, & vnit. Ad quod Bern. ſer. de Aſſumpt. *Pretioſum munus terra noſtra direxit in cœlū, vt dādo, & accipiēdo, amicitiarū fœlice fœdere copulētur humana diuinis, & terrena cœleſtibus.* En per Mariā ima ſummis, humana diuinis, Deus homine, copulantur.

S. Bernar. Vlterius in M. mediatricē noſtræ interceſsionis capio: quia quotidie, & ſemper pro nobis aſsiduè intercedit. S. Bernm. ſer. de Annuntiat. ſic fatur: *Si ad Deū Patrē vereris accedere, ad filium fuge; quia hunc tibi patrē Maria dedit; ſed ſi fortè in ipſo maieſtatem vereris diuinam, ad Mariam recurre, in qua eſt humanitas pura, & ipſa exaudietur pro ſua reuerentia.*

S. Bernar. 2. Elementū A, Deiparā annuit auxiliatricē. Hinc Bern. ſer. 2. de B. Virg. *Virgo regia ipſa, & via, per quā Saluator aduenit, procedēs de ipſius vtero, tanquā ſpōſus de thalamo ſuo. Per te acceſſum habemꝰ ad filiū. O benedicta inuētrix gratiæ, Mater ſalutis. Per te ſuſcipiat nos, qui per te datus eſt nobis, excuſet apud ipſū integritas tua culpā noſtræ corruptionis, & humilitas Deo grata, noſtræ veniā impetrat vanitati. Copioſa charitas tua noſtrorū cooperiat multitudinem peccatorum; fœcunditas glorioſa fœcunditatem nobis conferat meritorū, &c.* Præme illud: *Per te acceſſum habemꝰ apud filiū.*

D. Auguſt. Cōſonat mirifice huic D. Aug. relatus à Buſtos ſer. 1. de nomine Mariæ, 3. p. vbi ſic ad Mariā orat. *Domina noſtra, auxiliatrix noſtra, tuo filio nos recōcilia, tuo nato nos recomēda, tuo filio nos repræſenta, fac benedicta per gratiā, quā inueniſti, per prærogatiuā, quā meruiſti, per miſericordiā, quā peperiſti, vt ſicut, te mediante, filius tuus dignatus eſt particeps fieri humilitatis, & miſeriæ noſtræ; ſicque, te intercedēte, participes nos faciat gloriæ, & beatitudinis ſuæ.*

3. Littera, R, nominis Mariæ, quod ipſa ſit reſtauratrix, reparatrix, ac reconciliatrix noſtra, apertè refert, perſpicuè loquitur, dilucidè è fatur.

S. Auguſt. ſer. 18. de ſanctis, qui eſt 2. de Annunt. Dominica, diſcriminans Euam à Maria, & inter vtramque diſſidiū ſtatuens, ſic

ſic tenet. *Mater generis noſtri pœnam intulit mundo, genitrix Domini noſtri ſalutem attulit mũdo. Auctrix peccati Eua, auctrix meriti Maria; Eua occidendo obfuit, Maria viuificando profuit; illa percuſſit, iſta ſanauit, &c.* *S. Auguſt.*

Tritemius lib de miracul. Mariæ, ſic ad eam fatur: *Tu es reparatrix noſtra.* Et poſt pauca: *Maria nobis vitam innocentiæ reſtituit, quam Eua cunctorum mater, prima mortalium, ſuadente diabolo, amiſit.* *Tritemius.*

In 4. littera, I, Dominam noſtram illuminatam, & illuminatricem eſſe conſtat. De cuius ſplendoribus ſapientiæ Bonauẽtura in Spec. Virgin. c 7. teſtatur ad illa: *Aue gratia plena, Dominus tecum, &c. Benè ergo plena dicitur Maria; ſed qua plenitudine?* Satiſfacit: *Plena inquam illuminatione ſapientiæ, &c.* *S. Bonauẽ.*

Apocal 12. *Amictam Sole, & Luna ſub pedibus eius*, Deiparã Ioannes intuitur. Sed ſubtiliter Venerabilis Beda perſcrutatur; Cur Maria, Sole, & non alio Planeta, aut ſydere ſicut amicta, refulget? Rationem reddit & cauſam; quia ſicut Solis ſplendore omnia clareſcunt, ſic præſente Maria nihil nõ cognitum, non illuminatum. *Quando* (ait) *B. Virgo Eliſabeth ſalutauit, Spiritu ſancto ipſi Eliſabeth ſcienntiam præſentium, præteritorum, & futurorũ dedit. Præſentiũ quidẽ, quia, ipſam Dei matrem eſſe cognouit: & fructum ventris ſui eſſe benedictum, prædicauit. Præteritorum autẽ, quia conſenſum Mariæ credentis intellexit. Futurorum verò, quia à Domino præficienda illa, quæ illi dicta fuerat, enuntiauit.* Subdit deinde Beda: *Quis ergo dicere, vel ſtimare ſufficiat; quod tunc gratia Spiritus ſancti Deigenitricẽ repleuerit, cùm tanta in matre Præcurſoris lux cœleſtis emicuerit, &c.* Quid plura de Maria Sole illuminata, & illuminante? Si ex præſentia Mariana tãta in Eliſabeth cœleſtis lux deſcendit, & irradiat; quanta in Maria? Quis ſplẽdor? Quale lumen? *Apocalipſ.* *Beda.*

Tandem extrema littera, A, *Aduocatam* dicit pro nobis ad Deum intercedendo.

1. Reg. ad Abigail, Dauid eo quod obſtaret, ne de aduerſarijs vindictam ſumeret: *Benedictũ eloquiũ tuum, quæ prohibuiſti me, ne vlciſcerer me manu mea, ecce audiui vocen tuã, & honoraui faciem tuam, &c.* Non aliter perſonante voce Maria, eiuſque venuſtiſſima facie apparente, pro debilibus, pro peccatoribus ad filium aduocante; quid, niſi miteſcat Deus, honoret faciem potentis, eiuſq; nomini, ac voci indulgeat? *O homo* (ait Bernard. ſerm. in Cantic.) *ſecurum acceſſum habes ad Deum, &c.* Et poſtea: *Filius oſtendit Patri vulnera, & latu, mater oſtendit filio pectus, & vbera. Nulla ergo* *1 Regum.* *S. Bernar.*

David. Regius Vates Pſalmo 73. *Deus autem Rex noſter, ante ſæcula operatus eſt ſalutem in medio terræ.* In ventre Mariæ, legerunt nonnulli. Sed quare Maria terra dicitur, cùm ſæpè à ſanctis cœlũ animatum nuncupetur? Satisfacit S. Bernard. ſerm. de Pentecoſt. Operatus eſt Ieſus ſalutem in medio terræ: *Ideſt in vtero Virginis Mariæ, ad quam ſicut ad medium, & ſicut ad cauſam rerum, & ad negotium ſæculorum reſpiciunt, & qui habitant in cœlo, & qui in terra, &c.*

S. Bernar. Fuit etiam Maria mediatrix noſtræ coniunctionis, & vnionis; eoquod diſiũctos, & diuiſos à Deo, illi cõiungit, & vnit. Ad quod Bern. ſer. de Aſſumpt. *Pretioſum munus terra noſtra direxit in cœlũ, vt dãdo, & accipiẽdo, amicitiarũ fœlice fœdere copulẽtur humana diuinis, & terrena cœleſtibus.* En per Mariã ima ſummis, humana diuinis, Deus homine, copulantur.

S. Bernar. Vlterius in M. mediatricẽ noſtræ interceſsionis capio: quia quotidie, & ſemper pro nobis aſsiduè intercedit. S. Bernm. ſer. de Annuntiat. ſic fatur: *Si ad Deũ Patrẽ vereris accedere, ad filium fuge; quia hunc tibi patrẽ Maria dedit; ſed ſi fortè in ipſo maieſtatem vereris diuinam, ad Mariam recurre, in qua eſt humanitas pura, & ipſa exaudietur pro ſua reuerentia.*

S. Bernar. 2. Elementũ A, Deiparã annuit auxiliatricẽ. Hinc Bern. ſer. 2. de B. Virg. *Virgo regia ipſa, & via, per quã Saluator aduenit, procedẽs de ipſius vtero, tanquã ſpõſus de thalamo ſuo. Per te acceſſum habemꝰ ad filiũ. O benedicta inuẽtrix gratiæ, Mater ſalutis. Per te ſuſcipiat nos, qui per te datus eſt nobis, excuſet apud ipſũ integritas tua culpã noſtræ corruptionis, & humilitas Deo grata, noſtræ veniã impetrat vanitati. Copioſa charitas tua noſtrorũ cooperiat multitudinem peccatorum; fœcunditas glorioſa fœcunditatem nobis conferat meritorũ, &c.* Preme illud: *Per te acceſſum habemꝰ apud filiũ.*

D. Auguſt. Cõſonat mirificè huic D. Aug. relatus à Buſtos ſer. 1. de nomine Mariæ, 3. p. vbi ſic ad Mariã orat. *Domina noſtra, auxiliatrix noſtra, tuo filio nos recõcilia, tuo nato nos recomẽda, tuo filio nos repræſenta, fac benedicta per gratiã, quã inueniſti, per prærogatiuã, quã meruiſti, per miſericordiã, quã peperiſti, vt ſicut, te mediante, filius tuus dignatus eſt particeps fieri humilitatis, & miſeriæ noſtræ; ſicque, te intercedẽte, participes nos faciat gloriæ, & beatitudinis ſuæ.*

3. Littera, R, nominis Mariæ, quod ipſa ſit reſtauratrix, reparatrix, ac reconciliatrix noſtra, apertè refert, perſpicuè loquitur, dilucidè èfatur.

S. Auguſt. ſer. 18. de ſanctis, qui eſt 2. de Annunt. Dominica, diſcriminans Euam à Maria, & inter vtramque diſſidiũ ſtatuens, ſic

ſic tenet. *Mater generis noſtri pœnam intulit mundo, genitrix Domini noſtri ſalutem attulit mũdo. Auctrix peccati Eua, auctrix meriti Maria; Eua occidendo obfuit, Maria viuificando profuit; illa percuſſit, iſta ſanauit, &c.* *S. Auguſt.*

Tritemius lib de miracul. Mariæ, ſic ad eam fatur: *Tu es reparatrix noſtra.* Et poſt pauca: *Maria nobis vitam innocentiæ reſtituit, quam Eua cunctorum mater, prima mortalium, ſuadente diabolo, amiſſit.* *Tritemius.*

In 4. littera, I, Dominam noſtram illuminatam, & illuminatricem eſſe conſtat. De cuius ſplendoribus ſapientiæ Bonauẽtura in Spec. Virgin. c 7. teſtatur ad illa: *Aue gratia plena, Dominus tecum, &c. Benè ergo plena dicitur Maria; ſed qua plenitudine?* Satiſfacit: *Plena inquam illuminatione ſapientiæ, &c.* *S. Bonauẽ.*

Apocal 12. *Amictam Sole, & Luna ſub pedibus eius*, Deiparã Ioannes intuitur. Sed ſubtiliter Venerabilis Beda perſcrutatur; Cur Maria, Sole, & non alio Planeta, aut ſydere ſicut amicta, refulget? Rationem reddit & cauſam; quia ſicut Solis ſplendore omnia clareſcunt, ſic præſente Maria nihil nõ cognitum, non illuminatum. *Quando* (ait) *B. Virgo Eliſabeth ſalutauit, Spiritu ſancto ipſi Eliſabeth ſcienntiam præſentium, præteritorum, & futurorũ dedit. Præſentiũ quidẽ, quia, ipſam Dei matrem eſſe cognouit: & fructum ventris ſui eſſe benedictum, prædicauit. Præteritorum autẽ, quia conſenſum Mariæ credentis intellexit. Futurorum verò, quia à Domino præficienda illa, quæ illi dicta fuerat, enuntiauit.* Subdit deinde Beda: *Quis ergo dicere, vel ſtimare ſufficiat; quod tunc gratia Spiritus ſancti Deigenitricẽ repleuerit, cùm tanta in matre Præcurſoris lux cœleſtis emicuerit, &c.* Quid plura de Maria Sole illuminata, & illuminante? Si ex præſentia Mariana tãta in Eliſabeth cœleſtis lux deſcendit, & irradiat; quanta in Maria? Quis ſplẽdor? Quale lumen? *Apocalipſ* *Beda.*

Tandem extrema littera, A, *Aduocatam* dicit pro nobis ad Deum intercedendo.

1. Reg. ad Abigail, Dauid eo quod obſtaret, ne de aduerſarijs vindictam ſumeret: *Benedictũ eloquiũ tuum, quæ prohibuiſti me, ne vlciſcerer me manu mea, ecce audiui vocen tuã, & honoraui faciem tuam, &c.* Non aliter perſonante voce Maria, eiuſque venuſtiſsima facie apparente, pro debilibus, pro peccatoribus ad filium aduocante; quid, niſi miteſcat Deus, honoret faciem porentis, eiuſq; nomini, ac voci indulgeat? *O homo* (ait Bernard. ſerm. in Cantic.) *ſecurum acceſſum habes ad Deum, &c.* Et poſtea: *Filius oſtendit Patri vulnera, & latu, mater oſtendit filio pectus, & vbera Nulla er-* *1 Regum.* *S. Bernar.*

Digitized by Google

Regius Vates Pſalmo 73. *Deus autem Rex noſter, ante ſæcula operatus eſt ſalutem in medio terræ*. In ventre Mariæ, legerunt
D.auid. nonnulli. Sed quare Maria terra dicitur, cùm ſæpè à ſanctis cœlũ animatum nuncupetur? Satisfacit S. Bernard. ſerm. de Pentecoſt. Operatus eſt Ieſus ſalutem in medio terræ: *Ideſt in vtero Virginis Mariæ, ad quam ſicut ad medium, & ſicut ad cauſam rerum, & ad negotium ſæculorum reſpiciunt, & qui habitant in cœlo, & qui in terra, &c.*

Fuit etiam Maria mediatrix noſtræ coniunctionis, & vnionis; eoquod diffuſos, & diuiſos à Deo, illi cõiungit, & vnit. Ad quod
S. Bernar. Bern. ſer. de Aſſumpt. *Pretioſum munus terra noſtra direxit in cœlũ, vt dãdo, & accipiẽdo, amicitiarũ fœlice federe copulẽtur humana diuinis, & terrena cœleſtibus*. En per Mariã ima ſummis, huma na diuinis, Deus homine, copulantur.

Vlterius in M. mediatricẽ noſtræ interceſsionis capio: quia
S. Bernar. quotidie, & ſemper pro nobis aſsiduè intercedit. S. Bernm. ſer. de Annuntiat. ſic fatur: *Si ad Deũ Patrẽ vereris accedere, ad filium fuge; quia hunc tibi patrẽ Maria dedit; ſed ſi fortè in ipſo maieſtatem vereris diuinam, ad Mariam recurre, in qua eſt humanitas pura, & ipſa exaudietur pro ſua reuerentia.*

S. Bernar. 2. Elementũ A, Deiparã annuit auxiliatricẽ. Hinc Bern. ſer. 2. de B. Virg. *Virgo regia ipſa, & via, per quã Saluator aduenit, procedẽs de ipſius vtero, tanquã ſpõſus de thalamo ſuo. Per te acceſſum habem⁹ ad filiũ. O benedicta inuẽtrix gratiæ, Mater ſalutis. Per te ſuſcipiat nos, qui per te datus eſt nobis, excuſet apud ipſũ integritas tua culpã noſtræ corruptionis, & humilitas Deo grata, noſtræ veniã impetrat vanitati. Copioſa charitas tua noſtrorũ cooperiat multitudinem peccatorum; fœcunditas glorioſa fœcunditatem nobis conferat meritorũ, &c.* Preme illud: *Per te acceſſum habem⁹ apud filiũ.*

Cõſonat mirifice huic D. Aug. relatus à Buſtos ſer. 1. de nomine
D. Auguſt. Mariæ, 3. p. vbi ſic ad Mariã orat. *Domina noſtra, auxiliatrix noſtra, tuo filio nos recõcilia, tuo nato nos recomẽda, tuo filio nos repræſenta, fac benedicta per gratiã, quã inueniſti, per prærogatiuã, quã meruiſti, per miſericordiã, quã peperiſti, vt ſicut, te mediante, filius tuus dignatus eſt particeps fieri humilitatis, & miſeriæ noſtræ; ſicque, te intercedẽte, participes nos faciat gloriæ, & beatitudinis ſuæ.*

3. Littera, R, nominis Maria, quod ipſa ſit reſtauratrix, reparatrix, ac reconciliatrix noſtra, apertè refert, perſpicuè loquitur, dilucidè effatur.

S. Auguſt. ſer. 18. de ſanctis, qui eſt 2. de Annunt. Dominica, diſcriminans Euam à Maria, & inter vtramque diſſidiũ ſtatuens,

ſic

ſic tenet. *Mater generis noſtri pœnam intulit mundo, genitrix Domini noſtri ſalutem attulit mūdo. Auctrix peccati Eua, auctrix meriti Maria; Eua occidendo obfuit, Maria viuificando profuit; illa percuſſit, iſta ſanauit, &c.* *S. Auguſt.*

Tritemius lib de miracul. Mariæ, ſic ad eam fatur: *Tu es reparatrix noſtra.* Et poſt pauca: *Maria nobis vitam innocentiæ reſtituit, quam Eua cunctorum mater, prima mortalium, ſuadente diabolo, amiſſit.* *Tritemius.*

In 4. littera, I, Dominam noſtram illuminatam, & illuminatricem eſſe conſtat. De cuius ſplendoribus ſapientiæ Bonauētura in Spec. Virgin. c 7. teſtatur ad illa: *Aue gratia plena, Dominus tecum, &c. Benè ergo plena dicitur Maria; ſed qua plenitudine?* Satiſfacit: *Plena inquam illuminatione ſapientiæ, &c.* *S. Bonauẽ.*

Apocal 12. *Amictam Sole, & Luna ſub pedibus eius*, Deiparā Ioannes intuitur. Sed ſubtiliter Venerabilis Beda perſcrutatur; Cur Maria, Sole, & non alio Planeta, aut ſydere ſicut amicta, refulget? Rationem reddit & cauſam; quia ſicut Solis ſplendore omnia clareſcunt, ſic præſente Maria nihil nō cognitum, non illuminatum. *Quando* (ait) *B. Virgo Eliſabeth ſalutauit, Spiritu ſancto ipſi Eliſabeth ſcienntiam præſentium, præteritorum, & futurorū dedit. Præſentiū quidē, quia, ipſam Dei matrem eſſe cognouit: & fructum ventris ſui eſſe benedictum, prædicauit. Præteritorum autē, quia conſenſum Mariæ credentis intellexit. Futurorum verò, quia à Domino præficienda illa, quæ illi dicta fuerat, enuntiauit.* Subdit deinde Beda: *Quis ergo dicere, vel ſtimare ſufficiat; quod tunc gratia Spiritu, ſancti Dei genitricē repleuerit, cùm tanta in matre Præcurſoris lux cœleſtis emicuerit, &c.* Quid plura de Maria Sole illuminata, & illuminante? Si ex præſentia Mariana tāta in Eliſabeth cœleſtis lux deſcendit, & irradiat; quanta in Maria? Quis ſplēdor? Quale lumen? *Apocalipſ.* *Beda.*

Tandem extrema littera, A, *Aduocatam* dicit pro nobis ad Deum intercedendo.

1. Reg. ad Abigail, Dauid eo quod obſtaret, ne de aduerſarijs vindictam ſumeret: *Benedictū eloquiū tuum, quæ prohibuiſti me, ne vlciſcerer me manu mea, ecce audiui vocem tuā, & honoraui faciem tuam, &c.* Non aliter perſonante voce Maria, eiuſque venuſtiſſima facie apparente, pro debilibus, pro peccatoribus ad filium aduocante; quid, niſi miteſcat Deus, honoret faciem potentis, eiuſq; nomini, ac voci indulgeat? *O homo* (ait Bernard. ſerm. in Cantic.) *ſecurum acceſſum habes ad Deum, &c.* Et poſtea: *Filius oſtendit Patri vulnera, & latu, mater oſtendit filio pectus, & vbera. Nulla ergo* *1 Regum.* *S. Bernar.*

Regius Vates Pſalmo 73. *Deus autem Rex noſter, ante ſæcula operatus eſt ſalutem in medio terræ.* In ventre Mariæ, legerunt nonnulli. Sed quare Maria terra dicitur, cùm ſæpè à ſanctis cœlũ animatum nuncupetur? Satisfacit S. Bernard. ſerm. de Pentecoſt. Operatus eſt Ieſus ſalutem in medio terræ: *Ideſt in vtero Virginis Mariæ, ad quam ſicut ad medium, & ſicut ad cauſam rerum, & ad negotium ſæculorum reſpiciunt, & qui habitant in cœlo, & qui in terra, &c.*

D. uid.

Fuit etiam Maria mediatrix noſtræ coniunctionis, & vnionis; eoquod diſiũctos, & diuiſos à Deo, illi cõiungit, & vnit. Ad quod Bern. ſer. de Aſſumpt. *Pretioſum munus terra noſtra direxit in cœlũ, vt dãdo, & accipiẽdo, amicitiarũ fœlice fœdere copulẽtur humana diuinis, & terrena cœleſtibus.* En per Mariã ima ſummis, humana diuinis, Deus homine, copulantur.

S. Bernar.

Vlterius in M. mediatricẽ noſtræ interceſsionis capio: quia quotidie, & ſemper pro nobis aſsiduè intercedit. S. Bernard. ſer. de Annuntiat. ſic fatur: *Si ad Deũ Patrẽ vereris accedere, ad filium fuge; quia hunc tibi patrẽ Maria dedit; ſed ſi fortè in ipſo maieſtatem vereris diuinam, ad Mariam recurre, in qua eſt humanitas pura, & ipſa exaudietur pro ſua reuerentia.*

S. Bernar.

S. Bernar. 2. Elementũ A, Deiparã annuit auxiliatricẽ. Hinc Bern. ſer. 2. de B. Virg. *Virgo regia ipſa, & via, per quã Saluator aduenit, procedẽs de ipſius vtero, tanquã ſpõſus de thalamo ſuo. Per te acceſſum habem⁹ ad filiũ. O benedicta inuẽtrix gratiæ, Mater ſalutis. Per te ſuſcipiat nos, qui per te datus eſt nobis, excuſet apud ipsũ integritas tua culpã noſtræ corruptionis, & humilitas Deo grata, noſtræ veniã impetrat vanitati. Copioſa charitas tua noſtrorũ cooperiat multitudinem peccatorum; fœcunditas glorioſa fœcunditatem nobis conferat meritorũ, &c.* Preme illud: *Per te acceſſum habem⁹ apud filiũ.*

Cõſonat mirifice huic D. Aug. relatus à Buſtos ſer. 1. de nomine Mariæ, 3. p. vbi ſic ad Mariã orat. *Domina noſtra, auxiliatrix noſtra, tuo filio nos recõcilia, tuo nato nos recomẽda, tuo filio nos repræſenta, fac benedicta per gratiã, quã inueniſti, per prærogatiuã, quã meruiſti, per miſericordiã, quã peperiſti, vt ſicut, te mediante, filius tuus dignatus eſt particeps fieri humilitatis, & miſeriæ noſtræ; ſicque, te intercedẽte, participes nos faciat gloriæ, & beatitudinis ſuæ.*

D. Auguſt.

3. Littera, R, nominis Maria, quod ipſa ſit reſtauratrix, reparatrix, ac reconciliatrix noſtra, apertè refert, perſpicuè loquitur, dilucidè effatur.

S. Auguſt. ſer. 18. de ſanctis, qui eſt 2. de Annunt. Dominica, diſcriminans Euam à Maria, & inter vtramque diſſidiũ ſtatuens,

ſic

ſic tenet: *Mater generis noſtri pœnam intulit mundo, genitrix Domini noſtri ſalutem attulit mũdo. Auctrix peccati Eua, auctrix meriti Maria; Eua occidendo obfuit, Maria viuificando profuit; illa percuſſit, iſta ſanauit, &c.* *S. Auguſt.*

Tritemius lib de miracul. Mariæ, ſic ad eam fatur: *Tu es reparatrix noſtra.* Et poſt pauca: *Maria nobis vitam innocentiæ reſtituit, quam Eua cunctorum mater, prima mortalium, ſuadente diabolo, amiſsit.* *Tritemius.*

In 4. littera, I, Dominam noſtram illuminatam, & illuminatricem eſſe conſtat. De cuius ſplendoribus ſapientiæ Bonauẽtura in Spec. Virgin. c 7. teſtatur ad illa: *Aue gratia plena, Dominus tecum, &c. Benè ergo plena dicitur Maria; ſed qua plenitudine?* Satiſfacit: *Plena inquam illuminatione ſapientiæ, &c.* *S. Bonauẽ.*

Apocal 12. *Amictam Sole, & Luna ſub pedibus eius*, Deiparã Ioannes intuitur. Sed ſubtiliter Venerabilis Beda perſcrutatur; Cur Maria, Sole, & non alio Planeta, aut ſydere ſicut amicta, refulget? Rationem reddit & cauſam; quia ſicut Solis ſplendore omnia clareſcunt, ſic præſente Maria nihil nõ cognitum, non illuminatum. *Quando* (ait) *B. Virgo Eliſabeth ſalutauit, Spiritu ſancto ipſi Eliſabeth ſcienntiam præſentium, præteritorum, & futurorũ dedit. Præſentiũ quidẽ, quia, ipſam Dei matrem eſſe cognouit: & fructum ventris ſui eſſe benedictum, prædicauit. Præteritorum autẽ, quia conſenſum Mariæ credentis intellexit. Futurorum verò, quia à Domino perficienda illa, quæ illi dicta fuerat, enuntiauit.* Subdit deinde Beda: *Quis ergo dicere, vel ſtimare ſufficiat; quod tunc gratia Spiritu, ſancti Deigenitricẽ repleuerit, cùm tanta in matre Præcurſoris lux cœleſtis emicuerit, &c.* Quid plura de Maria Sole illuminata, & illuminante? Si ex præſentia Mariana tãta in Eliſabeth cœleſtis lux deſcendit, & irradiat; quanta in Maria? Quis ſplẽdor? Quale lumen? *Apocalipſ.* *Beda.*

Tandem extrema littera, A, *Aduocatam* dicit pro nobis ad Deum intercedendo.

1. Reg. ad Abigail, Dauid eo quod obſtaret, ne de aduerſarijs vindictam ſumeret: *Benedictũ eloquiũ tuum, quæ prohibuiſti me, ne vlciſcerer me manu mea, ecce audiui vocem tuã, & honoraui faciem tuam, &c.* Non aliter perſonante voce Maria, eiuſque venuſtiſsima facie apparente, pro debilibus, pro peccatoribus ad filium aduocante; quid, niſi miteſcat Deus, honoret faciem potentis, eiuſq; nomini, ac voci indulgeat? *O homo* (ait Bernard. ſerm. in Cantic.) *ſecurum acceſſum habes ad Deum, &c.* Et poſtea: *Filius oſtendit Patri vulnera, & latu, mater oſtendit filio pectus, & vbera Nulla er-* *1 Regum.* *S. Bernar.*

ro,&c. De quibus alibi profertur: *Et palea non dabatur*. Quid rarius? Quid eſt, quod illis, quibus anteà, nec palea elargiebatur, modo argento, & auro onuſti proficiſcuntur?

Magnum ſanè myſterium in hoc reconditur. Iſraelitæ in luto, in lateribus, in paleis colligendis apud Ægyptios demorātur: ſed dum Ægyptum, ſæculi typum, omittunt; iam in argento, & auro, & diuitijs multis locupletati apparent; quod diuitiarum pondus in Ægypto minimè conſequi, valuerunt. Eleganter Euſebius Gallicanus ſermone caſtigatorio: *Ecce* (ait) *filios Iſrael inimica Ægyptus, mundi ſpeciem præferens, dum incolitur, afflixit, dum relinquitur, locupletauit; ſic eſt, chariſsimi, magnā ſæculo rapit prædam, qui ſe abſtrahere, contendit, è ſæculo, &c.* Hæc Euſebius. Ingens diuitiarum munus, permagnam ſubſtantiæ abundantiam mūdus tibi parat, calcatus, non amatus, deſpectus, non dilectus. Si enim obliuiſceris populum tuum, & domum patris tui, omniaque ſeculi oblectamenta calcaueris, Deum tibi paras, cuncta tibi reſeruas: dum omnia fugis, dum omnia ſpernis, Deum tibi, omnia cōtinentem, accumulas. Aſt ſi mundi affectibus immergeris, ac illius oblectamentis irretitus fueris, incunctanter perdis omne bonum, protinus amittis.

Euſebius Gallican.

Canticorum 3. Amaſsia ſic de ſponſo, non inuento, conqueritur: *Quæſiui illum, & non inueni, ſurgam, & circuibo ciuitatem per vicos, & plateas; quæram, quem diligit anima mea, quæſiui illum, & non inueni, &c.* Sciſcitatur ſpōſa per vicos, & plateas; ſed fruſtraneus circuitus eius; quare fruſtra laborat ſponſa? Sanè, in terreſtribus locis, vbi mundani ſæcularibus bonis immerſi, degunt, ipſum inquirit, ipſum inſequitur. O quàm velle Ambroſius de Virginitate! *Non in foro* (ait) *Chriſtus reperitur, Chriſtus eſt enim pax, in foro lites; Chriſtus iuſtitia eſt, in foro iniquitas; Chriſtus operator eſt, in foro innane otium; Chriſtus charitas eſt, in foro obtrectatio; Chriſtus fides eſt, in foro fraus, atque perfidia exiſtit.* Hæc Ambroſius. Tu ergo attende, ò homo, ſi Deum apprehendere curas, ſi illud æternæ fœlicitatis brauium accipere, deſideras; ſi illā pretioſam beatitudinis Margaritam comparare, cupis; mundum peſſunda, mundum relinque, vicos, vbi ſagittæ in pharetra linguæ parantur, fuge: plateas, diaboli laqueos, Sathanæ retia, deuita; & te, in ipſa terreſtrium abnegatione, locupletabit Dominus, perenne ſui fruitione ditabit, ac in æternum augebit.

Canticorū.

Ambroſ.

ARO-

AROMA XIX.

Expenditur nomen MARIA *per quinque litteras, quinque beneficia orbi collata, exprimentes.*

EX Hebræis peritiſsimis compertum exiſtit; hoc ſacerrimum nomen ab altero Hebraico fuiſſe deductum, ſcilicet, *Rurautaranti*: quod apud nos poteſt interpretari, altitudo, ſublimitas, magnitudinum collectio, ſiue beneficiorum omniũ epilogus. Quæ interpretatio, ſi attentè introſpiciatur, maximè in præclariſſima ac appellatione relucet, quòd ipſa cunctorum munerum, diuinarum largitatum collegium ſit: vt ex ipſis patebit elementis.

M, Eam *Mediatricem*, diſcordias priſtinas ſedantem, & lites dirimentem, deſignat. Nata eſt mundo Maria, orta eſt hæc puerpera, vt genus humanum per filium ſuum Deo reconciliaret, deiectum, & mortuum in vitam fœlicem erigeret.

Subtiliter rogat B. Albert. Magn. ſuper Miſſus eſt, c. 14. Quare matri ſuæ Deus, non Euæ, ſed Mariæ nomen impoſuerit? Quid interpretatur Eua? Viuentium mater. *Et vocauit nomen eius Euam; eoquod eſſet mater omnium viuentium*, Geneſ. 3. Nonne Maria viuentium etiam mater eſt? Quis ambigit? Dicatur ergo Genitrix Dei, Eua. Etſi vlterius Eua vita interpretatur, Maria etiam vita dicitur, vt canit Eccleſia: *Vita, dulcedo.* *Geneſis.*

Apage, mater Dei Maria, Eua vocanda. Audi cauſam ex noſtro B. Alberto Magn. *Eua enim dãnat, Maria ſaluat; vnde ipſa nomen Euæ mutauit. Illa enim omnes homines generat in mundũ, iſta in cœlũ; illa mater carnalis, iſta ſpiritualis; illa mater miſeriæ, iſta miſericordiæ; illa principium mortalitatis, iſta principium regenerationis; illa gratiam perdidit, iſta gratiam inuenit; illa tranſiuit, & nos tranſire fecit de gratia in culpã, iſta nos ſurgere fecit de culpa in gratiam, &c.* Hæc Beatus Albertus Magnus. Et quam perpulchrè! Eua, prima mulier, prius hominibus propinauit ſtragẽ, quã obtulit fortunam; prius mortis, quam vitæ, & ſalutis fuit occaſio. Aſt, Deipara, noſtræ vitæ, noſtræ ſalutis, extitit fons, extitit ſcaturigo; & mortem, quam Eua intulerat mundo, penitus exploſit, diſcordias, quas illa ſeminauerat, iſta fugauit. Quapropter iure immutauit nomen, vt pro comperto habeatur, Mariam *Mediatricem* eſſe, priſtina Euæ incommoda redigentem. *B. Albert. Magn.*

Mediatrix vlterius dicitur, quia in medio ipſius fœdus pacificũ operatum eſt.

ſic tenet: *Mater generis noſtri pœnam intulit mundo, genitrix Domini noſtri ſalutem attulit mũdo. Auctrix peccati Eua, auctrix meriti Maria; Eua occidendo obfuit, Maria viuificando profuit; illa percuſſit, iſta ſanauit, &c.* *S. Auguſt.*

Tritemius lib. de miracul. Mariæ, ſic ad eam fatur: *Tu es reparatrix noſtra.* Et poſt pauca: *Maria nobis vitam innocentiæ reſtituit, quam Eua cunctorum mater, prima mortalium, ſuadente diabolo, amiſit.* *Tritemius.*

In 4. littera, I, Dominam noſtram illuminatam, & illuminatricem eſſe conſtat. De cuius ſplendoribus ſapientiæ Bonauẽtura in Spec. Virgin. c. 7. teſtatur ad illa: *Aue gratia plena, Dominus tecum, &c. Benè ergo plena dicitur Maria; ſed qua plenitudine?* Satiſfacit: *Plena inquam illuminatione ſapientiæ, &c.* *S. Bonauē.*

Apocal. 12. *Amictam Sole, & Luna ſub pedibus eius*, Deiparã Ioannes intuitur. Sed ſubtiliter Venerabilis Beda perſcrutatur; Cur Maria, Sole, & non alio Planeta, aut ſydere ſicut amicta, refulget? Rationem reddit & cauſam; quia ſicut Solis ſplendore omnia clareſcunt, ſic præſente Maria nihil nõ cognitum, non illuminatum. *Quando* (ait) *B. Virgo Eliſabeth ſalutauit, Spiritu ſancto ipſi Eliſabeth ſcienntiam præſentium, præteritorum, & futurorũ dedit. Præſentiũ quidẽ, quia, ipſam Dei matrem eſſe cognouit: & fructum ventris ſui eſſe benedictum, prædicauit. Præteritorum autẽ, quia conſenſum Mariæ credentis intellexit. Futurorum verò, quia à Domino præficienda illa, quæ illi dicta fuerat, enuntiauit.* Subdit deinde Beda: *Quis ergo dicere, vel ſtimare ſufficiat; quod tunc gratia Spiritus ſancti Deigenitricẽ repleuerit, cùm tanta in matre Præcurſoris lux cœleſtis emicuerit, &c.* Quid plura de Maria Sole illuminata, & illuminante? Si ex præſentia Mariana tãta in Eliſabeth cœleſtis lux deſcendit, & irradiat; quanta in Maria? Quis ſplẽdor? Quale lumen? *Apocalipſ.* *Beda.*

Tandem extrema littera, A, *Aduocatam* dicit pro nobis ad Deum intercedendo.

1. Reg. ad Abigail, Dauid eo quod obſtaret, ne de aduerſarijs vindictam ſumeret: *Benedictũ eloquiũ tuum, quæ prohibuiſti me, ne vlciſcerer me manu mea, ecce audiui vocem tuã, & honoraui faciem tuam, &c.* Non aliter perſonante voce Maria, eiuſque venuſtiſſima facie apparente, pro debilibus, pro peccatoribus ad filium aduocante; quid, niſi miteſcat Deus, honoret faciem porentis, eiuſq; nomini, ac voci indulgeat? *O homo* (ait Bernard. ſerm. in Cantic.) *ſecurum acceſſum habes ad Deum, &c.* Et poſtea: *Filius oſtendit Patri vulnera, & latus, mater oſtendit filio pectus, & vbera. Nulla er-* *1 Regum.* *S. Bernar.*

go ibi poterit eſſe repulſa, vbi tot ſunt charitatis inſignia, &c. Recole eundem Doctorem ſerm. de Natiui. Deipar. vbi eam *Aduocatã* hominum interpellat. Quod munus in elemento A, clareſcit.

AROMA XX. AD COERCENDOS mores.

O quam grata Deo beneficiorum gratitudo! Quamque ingrata, & execrabilis ipſorum obliuio!

QVinque nobiliora beneficia hominibus à Deo exhibita, elementis nominis Maria exprimuntur; vt, dum tã ſuauiſsimũ nomen continuo in ore hominum circunfertur, taliũ beneficiorum recordemur, atque pro ipſis hilares impendamus gratitudines. Quid gratitudine gratius? Quid verò ingratius ingratitudine? Nunquam nobis inanis acceptorum beneficiorum recordatio, & ſupputatio. Quinimò ipſum largitorem ad multa maiora deuincit. Adeoque illi gratiarũ actio, grata, atque beneuola exiſtit, vt ipſum prorſus nobis deuictũ reddat. Quare, qui ſe Deũ ſibi ſemper obnoxium habere deſiderat: hoc præſtet, vt eius beneficia accepta, frequenti ſupputatione memoret.

Leuiticus. Leuitic. 6. num. 12 Sic Deus Moyſi alloquitur. *Ignis in altari ſemper ardebit.* Ad quid perpetuus ignis in altari? Quid enim ignis nunquã extinctus, figurabat? Præclarè Philo Hebræus: In ipſo perpetua beneficiorum recordatio ſignabatur, & ad hoc, vt iugis ipſorum memoria adſiſteret; ſic lib. de victimis offerentibus edocebat: *Meritò, vt equidem arbitror; nam quia perēnes Dei gratiæ non deficiunt, nec intermittuntur, ſed interdiu, noctuque fruendas ſe præbent nobis hominibus, gratiarum actionem hac flamma figurat, ſemper inſtaurandam, ne quãdo extinguatur.* Hęc Philo. Exardeſcat ſemper in cordibus noſtris ignis gratitudinis, gratiarumque Deo crebra, atque continua exhibitio. In bonis enim gratias exhibentes debitum perſoluimus. In malis, Deum deuitorem conſtituimus.

Paulus. Ad Romanos 16. ſic epiſtolam ſuam Paulus finit, & frequenter alias ſimiliter terminat: *Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus vobis amen.* Quid eſt rogabat Ambroſius, quòd ſæpe numero Paulus moneat fratres in concluſione epiſtolæ gratiarũ actionem? Pulchrè ſatisfacit Doctor:

S. Ambroſ. *In concluſione* (ait) *Chriſtum ponit, per quem facti, & iterum reformati ſumus gratia eius, vt mentibus noſtris hæreat. Quia ſi beneficiorum eius memores ſimus, ſemper*

per nos tuebitur. Sicut dicat; Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationẽ ſaculi. Hæc Ambroſius. Et quid non obtineat à Deo grata acceptorum beneficiorum recordatio? Nihil adeò difficile exiſtit, quod gratus animus ex Dei manu non capiat; gratus enim animus ita omnipotenti gratus, vt miror, ſi quãdoque fruſtrari queat. Sed quidquid deſiderat, certò exequetur, incunctanter obtinebit.

Cum Dominus Lazarum è monumento eſſet ſuſcitaturus, Ioannis 11. ſic eloquitur: *Pater gratias ago tibi, quoniam audiſti me. Ego autem ſciebam, quia ſemper me audis. Sed propter populũ, qui circũſtat, dixi, vt credat, quia tu me miſsiſti. Hæc cum dixiſſet, voce magna clamauit Lazare veni foras, & ſtatim prodijt, qui mortuus fuerat ligatus pedes, & manus, &c.* O ſtupendũ miraculum, vel potius miraculorum miraculum! O quot impoſsibilia ibi ſuperata, atq; euicta fuere! Quatriduanus mortuus ad vitam ſuſcitatur, ligatus pedibus, iã ſolutus, protinus ambulabat; fœtidus inter aſtantiũ ſuſcipitur brachia; qui lachrymarum fluentium erat occaſio, iam plenæ lætitiæ, ac vniuerſalis gaudij anſam præbet. Sed in præſentiarum diſcutiendum obuenit, cur antè horum omnium oſtenſionem, gratias Dominus Patri agat. Gratiarum enim actio opus patratum ſequitur, non antecedit. Cur ergo ante miraculi operationem gratus Dominus Patri omnipotenti exhibitur. Nimirum, vt oſtenderet nobis viam cuiuslibet magnæ difficultatis ſuperandæ, ac Deum ad noſtrum nutum capiendi; ſcilicet per gratitudinem, actionemque gratiarum. Hæc enim ſemper Deum nobis largitorem magnificum, liberalemquè deuinciet, gratum reddet, pronum demonſtrabit. Quò aſpectans Euthimius ad prædictum Lazari euentum fatur. *O maximum, ac duplum miraculorum! Non ſolum, qui iam olebat, reſurrexit; ſed etiam, qui deuinctus erat, exiuit à monumento. Itaque gratiarum actio diſpenſationis erat iuſsio, ac opus authoritatis.* Hæc Euthimius. Gratiarum actionem præmittit, ac miraculum perfecturus gratus Patri oſtenditur, ne mors, fœtor, ſepulcrum, ligamina, ac aliæ occurrentes difficultates impedirent, quominus Lazarus, & fœtidus in ſepulchro reſurgeret, & ligatus deambularet. Per pulchrum hominibus ad ardua perpetranda documentum, atque ad vinciendum omnipotentem dilucidum exemplar, qui & gratis regratiatur, & gratiarum actione aſtrictus de nouo redditur. Sicut & ingratis terribilis, ac infenſus oſtentatur.

Ioan.

Euthim.

Non finita cœna vltima, cùm nondum à Cœna Dominus ſurrexiſſet, ſed adhuc ſuis manibus eſcam ſuis porrigeretur; dicitur

tur de Iuda: *Et poſt buccellam introiuit in eum Sathanas.*

Quare poſt buccellam, & non poſt ſui Magiſtri proditionem, aut poſt patrata ab ipſo ſcelera turpia, in quibus continuò rotabatur? Nimirum, quia ipſe, vt ſacer commemorat textus: *Cùm ergo* S.Ioan. *accepiſſet buccellam* (verbis Ioannis cap.13.vtor) *exibit continuò.* Nihil demoratus eſt, non expectauit pro accepto pane gratiarum actionē, ſed bucella in ore poſita, mutus, & ingratus exiuit. Quid mirum, vt in exitium miſerum abeat; quia execrabilior, & deteſta- Ambroſ. bilior Deo Iudas ingratus, quam Iudas proditor. *Quando* (ait) *vltima cœna communicauit Iudas nocte illa poſtrema, cæteris omnibus recumbentibus, ipſe ſe prorripiens, exceſsit. Illum imitantur, & iſti qui ante vltimam gratiarum actionem diſcedūt. Niſi enim exiſſet ille, proditor factus non eſſet.* Hæc Chryſoſtomus. Sanè ingratitudò eum proditorem redidit, & beneficiorum obliuio in tantum miſeriæ pelagus induxit.

Euſebius. Ferè eadem habentur ex Euſebio: *Illi enim* (ait) *ortum traxit, quod in oratione non perſtiterit; cum enim panem primus omnium accepiſſet, pedem extulit, ac ſtatim Sathana in ſe ingreſſo, in proditionem properauit.* Sic Euſebius. Vbi tanti Doctores occaſionem proditionis, ac tanti lapſus aſsignant, eoquod dimiſſa gratiarum actione, exceſſerit Iudas à Chriſti Domini altari. Potuiſſet gratitudo panis, ne ad tantum raperetur lapſum, illum detinere; potuiſſet gratiarum actio, Deum beneuolum reddere, ipſumq; miſerum cuſtodire, ne tantæ perditionis laqueis detruderetur; ſed permanſit mutus, extitit ingratus; ſic pernix ad præcipitium accurrit Caue, caue, & tu in tantis beneficijs ingratū te exhibere. Sanè ingratitudo, beneficiorum obliuio infernum ditat, Tartarea lætificat habitacula, aëreas poteſtates gaudio afficit; cœlos, etereamque regionem ciuibus, incoliſque euacuat. Chriſtianorum proculdubio miſera ſtrages ingratitudo, excitans iram Dei.

ARO-

Digitized by Google

AROMA XXI.

Nomen MARIA *commendatur ex deriuatione eius amari. Ipſum aduerſariorum ſtrages, totius libertatis fidelium initium, ſcaturigo, fons.*

ACerua Ægyptiorum tyrannide Iſraelis populo oppreſſo; iam, iamque diu varijs laboribus diuexato. Miſertus eſt Dominus. Ad cuius libertatem præſtandam eligit, ſuſcitat Moyſen fidelem amaſsium. Sed vnde eum eduxit? Quo numine præditum? Quibus armis inſtructum ad tantum opus parat? Certè potentiſsimos hoſtes ſeruilem, ac debilem plebem deuellare: Pharaonis reſiſtere potentiæ; armorum apparatui, viribus, robori, pauperculũ paſtorem, arduum, ac per difficile apparet. Non vtique, non vtique; quia nomen Maria obumbratum vires Moyſi affluenter impertitur, ſimulque cum illo ad Iſraelis libertatem, Ægyptiorumque ruinam congreditur. Sic de Moyſe effatur ſacra pagina Exodi 2. in cap. *Expoſuit eum* (ſcilicet Moyſem) *in carrecto ripæ fluminis.* Aquis exponitur Moyſes in initio liberationis Iſrael, aquis exponitur in principio cladis Ægyptiorum, vnda marina in vtroque concomitatur euentu: etiam ex aquis deductum eſt nomẽ Maria: *Congregationes aquarum appellauit maria.* Quid mirum, vt populo Dei remedium libertatis pateſiat, cum ibi nomen Maria figuratum luceat, obumbratum deſignetur, inuolutum conſpiciatur? Quod Auguſtiſsimum vocabulum ſemper, ſemper extitit liberationis exordium, ſemper inimicorum perdities. Sic Auguſtin. dilucidè: *A fluctibus miſtica lingua, Moyſes nomẽ accepit, & Pharaonis necem, quam parauerat, in nomine, in flumine maris inuenit, &c.* Itaque à voce *mare* ruina Pharaonis exorta; quæ vox non alia, niſi nomen *Maria*; à quo proculdubio omne bonum, cuncta fœlicitas in aduerſariorum deuaſtatione, amicorum libertate apparet, clareſcit. Innuit Chryſologus ſermon. 146. *Maria mater vocatur, & quando non Maria Mater? Congregationes* (inquit) *aquarum appellauit maria, &c.* Quid dulcius? Exod. Auguſtin.

Iterum Mariæ appellatio à mari deriuatur; quia ſi cũcta flumina intrant in mare, & ab ipſo per terram exeunt; ita omnes gratiæ intrant Beatam Virginem; & ab ipſa in nos eius obtutu deriuantur.

Eccleſiaſt. 24 Sic Virgo de ſe ipſa alloquitur; *In me omnis gra-* Eccleſiaſt.

rum. Quoad primum, in Maria eſt principium omnium gratiarum, à quo fluunt, & emanant diuerſæ aquæ. A Maria omnis ſanctificans gratia prouenit. Quamobrem ſanctus Bernardus ſermone 61. ſic fatur: *Non timeo dicere, quod omnium gratiarum effluxus quandam iuriſdictionem habuerit hæc Virgo, de cuius vtero quaſi de quodam diuinitatis Occeano riui, & flumina emanant omnium gratiarum, &c.* S. Bernar.

O Regina Virgo! O pulcherrima puella! O tota amabilis creatura! Ad omnem peccaminis labem ortus concluſus, ad omne hominum auxilium fons ſignatus; à te, ô lux fulgens, ac cœlorũ lucida porta, omnis noſtra ſanctificãs gratia prouenit, omnis ſanctitas iuſtificans, tua interceſsione emanat.

Conſule ad hec illud Lucæ primo: *Et factum eſt, vt audiuit ſalutationem Mariæ Eliſabeth, exultauit infans in vtero eius.* Vbi ſi attentè perpendas, conſpicies ad Mariæ vocem, & peccatum explodi, & gratiam infundi. Quod perpulchrè notauit Alcuinus ſermon. de Natiuit. Virgin. ad ipsã eloquens. *Tu bellatrix egregia, primò eum qui primus Euam ſupplantauit, expugnare viriliter aggreſſa es.* S. Lucas. Alcuin.

Paſsim inter Doctores quæritur, cur teſtamenti arcæ Deipara Virgo aſsimiletur? De quo multi multa, ſed breuiter, ac ſuccintè. Per arcam, quatuor inter alia porrigebantur beneficia. Primò in periculis magnum auxilium; vt Numerorum 10. patet. Nã cum eleuaretur arca, dicebat Moyſes: *Surge Domine, & diſsipentur inimici tui, & fugiant, qui te oderunt à facie tua.* Secundò, in dubijs bonum conſilium. 1. Regum 14. vbi Saul Deum conſulere, optans, ad ſuos ita affatur: *Applica mihi arcam.* Tertio, in aduerſitatibus magnum ſolatium: vt 3. Regum 2. fertur: Salomon Abiatar ſacerdoti dixiſſe: *Vir quidem mortis es, ſed hodie nolo te interfici, quia portaſti arcam Domini.* Quarto benedictiones per arcam porrigebantur. Sicut 2. Regum 6. dicitur, Quod ad introitum arcæ fœderis Domini in domum Obededon Deus ei copioſam, ac ſuperabundantem benedictionem elargitus eſt. Numer. 1. Reg. 14. 3. Reg. 2.

Sanctus Ambroſius in quodam ſermone octauo, Mariæ, ſic ſimilitudinem inter Arcam, & Mariam componit: *Arca intrinſecus portabat teſtamenti tabulas; Maria autem teſtamenti portabat heredem; illa intus, foriſque auri nitore radiabat: ſed ſancta Maria intus, foriſque virginitatis ſplendore fulgebat. Illa terreno ornabatur auro, iſta cœleſti.* Hæc Ambroſius. Vbi concinnè, ac perpulchrè Mariæ ad Arcam ſimilitudinem demonſtrat. Sicut iſta fulgoribus radiata; ſic illa virtutum ſplendore redimita. S. Ambroſ.

Digitized by Google

Sed quod ad noſtrum redolet inſtitutum de ſimilitudine inter Mariam,& Arcam,eoquod Maria origo ſalutis exiſtat,perpēde,iuxta Arcam eſſe propitiatorium,vt dicitur Exod. 25. Sic iuxta Mariam reperies noſtræ ſalutis propitiatorium. Ipſa enim eſt, quæ propitiatur omnibus iniquitatibus tuis: (*O piè Chriſtiane*) *quæ ſanat omnes infirmitates tuas, quæ redimit de interitu vitam tuam,quæ coronat te in miſericordia,& miſerationibus*. Quæ etſi alio ſenſu de Deo Optimo,& *Maximo* concinnat Regius Vates, non intempeſtiuè ad *Mariam*,cœleſtis propitiatorij Arcam flecti valent,cuius aſpectu,& infirmitates ſanantur, & miſericordia celeriter,& tuto aduolat.

Exod.

Accedat,& in lucem veniat S.Ildephonſus Toletanus Antiſtes,ſermon.de Aſſumpt.piè,ac eleganter hoc ſcribens. *Rectè Arca Sacramentorum Virgo Maria fuit,ſupra quam propitiatorium, & Cherubim hinc inde obumbrantia,figurantur;quia Mariæ nullū obrepſit peccati contagium;ſed intus omnis cuſtodia legis, & mannā fuit;quod eſt mirabile Sacramentum, & propitiatiō ſalutis humanæ,&c.* Expunge,diſcute hæc vltima verba: *Et propitiatio ſalutis humanæ,&c.*

S. Ildephō.

Conſule Originem ſuper Numeros,homil. 5. vbi ad præſens ſatis conſonum,ſic de propitiatorio ait: *Propitiatorium dici poteſt Virgo Maria,quæ Deum nobis propitium reddidit,&c.*

Origen.

Arcam vtique Sacramentorum appellat noſtram Deiparam *Mariam* alumnus eius Ildephonſus;& quare talem appellationem accommodat? Quare talem ſimilitudinem attribuit? Reuera,quia ſi Sacramenta gratiam elargiuntur,ſic *Maria*,eius nomen,opera, verba,interceſsio,iuſtificationem hominum,gratiam,ac munera cœleſtia regulariter impendunt frequenter impertiuntur.

Rogabat S.Epiphanius,lib. 3. hæreſ. 79. Cur Deus amaſsiæ *Mariæ* baptiſma diſcipulis miniſtrare,non permiſsit? Cur benedictionem non tribuere? Cur alia ad hominum ſanctificationem redolentia,quæ ad ſacerdotum munus expectant,Virgini parenti ſuæ,omni dignitate excellentiori, nonn conceſsit? Quæſitum dirimit Doctor ſic: *Non permiſsit Deus Beatæ Mariæ dare Baptiſma, non benedicere diſcipulos,non imperare in terra,iuſsit;ſed ſolum ipſam ſanctificationem eſſe, volait,&c.*

S. Epiphan

Habes,peccator,in *Maria* non virtutem ſanctificandi, non efficacem dumtaxat interceſsionem, non intercedendi munus. Sed quid? Ipſam, inquam, ſanctificationem,vt ſecurus accedas, fretus apropinques, confiſus ad eius brachia, ad ipſius vmbram, peccatis tuis abluendus,confugias.

2. In

Digitized by Google

2. In mari attenditur omnimoda aquarum plenitudo. Sic in *M*aria non aliter gratiarum omnium cumulus & complementum. Eccleſ. 24 *In me omnis gratia viæ, & veritatis*. Ad quod annuit S. Hieron. ſer. 1. de Deipara, per hæc: *Totam repleuerat eã Spiritus ſanctus gratia, totam incenderat eam diuinus amor, ita vt etiam in ea nihil eſſet mundanum, quod violaret effectum, ſed amor continuus, & ebrietas perfuſi amoris.* Eccleſ. S. Hieron.

Doctor mellifluus ſuper miſſus eſt: ea obiter exponens Eccleſ. 24. *Et in plenitudine ſanctorum detentio mea.* Sic canit: *Verè in plenitudine ſanctorum detentio Virginis Mariæ, cui non defuit fides Patriarcharum, ſpes Prophetarum, zelus Apoſtolorum, conſtãtia Martyrum, ſobrietas Confeſſorum, caſtitas Virginum, fœcunditas Coniugatorum; ſed neque ipſa puritas Angelorum, &c.* S. Bernar.

Idem ſerm. 61. *Non timeo dicere, quod omnium gratiarũ effluxus quandam iuriſdictionem habuerit hæc Virgo, de cuius vtero quaſi de quodam diuinitatis Occeano, riui, & flumina emanabant omnium gratiarum, &c.* S. Bernar.

3. In mari amaritudinem aquarum reperies & in *M*aria ob filij ſui amiſsionem, & diram paſsionem, amaritudinem attẽdas. Quare *M*aria rectè mare amarum interpretatur. Ad illa procul-dubio ſic afflictam, doloribus concuſſam, ac amoris ſui Ieſu mortem deplorantem, expectabant Threnor. 2. c. verba: *Cui cõparabo te, Virgo filia Sion, magna eſt enim, velut mare, contritio tua, &c.* Ipſaque Virgo, gladio tormentorum ſui filij eius animam pertrãſeunte, eructare poterat illud Ruth. 1. *Ne vocetis me Noemi, id eſt, pulchram, ſed vocate me mara, hoc eſt, amaram, quia amaritudine repleuit me omnipotens.* Tanta amaritudine perfuſa ſtabat. Vt de illa dixerit Arnold. Carnot. tract. de ſept. verb. Domin. *Quòd moriebatur, & non poterat mori. M*oriebatur, quia vi tormentorum impellebatur, vt caderet; ſed ipſam, ab acerrruitate impulſam, Dominus ſuſcipiebat. Thren. Ruth. Arnol Carnot.

Iacobus de Voragine ſic ad præſens fatur ſermone de Virginis planctu: *Maria ſtabat iuxta crucem lachrymis plena, & doloribus immerſa.* Vbi refert D. Anſelm. ſic Virgini alloquentem: *O Domina, quos fontes lachrymarum dicam erupuiſſe de pudiciſsimis oculis tuis, cum attenderes vnicum filium tuum innocentem coram te flagellari, ligari, mactari, & carnem de carne tua ab impijs crudeliter diſſecari?* De qua *M*ariæ amaritudine oritur, vt magis amaricatis compatiatur. Iuxta illud *M*antuani 1. Æneidos. Iacob. Vor. Anſelmus.

Non ignara malis, miſeris ſuccurrere diſco.

De quo alibi.

Digitized by Google

AROMA XXII. AD REGVLANDOS mores.

Cuncta hominum fœlicitas, ex amaritudinibus, ac huius maris laboribus venanda.

MARIA mare amarum, nũquam Dei matris celſitudinẽ, attingeret, nũquam ſtrictiori vinculo filio necteretur, niſi immenſorum tormentorum diluuio ſupernataret: opus fuit tot dira dolorum tempeſtas, vaſtus ille pœnarum gurges, vt Deifera arca ſuper aſtra, ſuper cęleſtia omnia ſublimis euolaret. Vnde pulchrè D. Ambroſ. ad illa: *Stabat iuxta crucẽ, &c. Sed nec Maria* (ait) *miror, quam matrem Chriſti decebat, fugientibus Apoſtolis, ante crucem ſtabat, quaſi totam fœlicitatem Mariæ maior eius tormentorum; ac laborum cruciatus oſtenderet, & ab hoc ærumnarum profundiſſimo pelago altius ſublimaretur, &c.*

S. Ambroſ.

Ioannes Apocalip. 6. Cùm vidiſſet triumphans Dei templũ, Principeſque ibi propinquiores agnouiſſet. Hos ſolum meminit dicens: *Vidi ſubtus altare animas interfectorum propter verbum Dei, &c.* Nonne erant ibi alia animarum cœleſtia agmina? Non erant innumeri alij ſpirituum exercitus? Non erant millia milliũ miniſtrantium ei? Erant equidem. Sed qui maiori fruebantur fœlicitate, & frequentiores apud Deum, ipſique propinquiores erãt, (vtpotè clauem auream habentes, quia continuò ad Regem auderent) hi erant, qui in huius mundi amaritudinibus immerſi, mortificati, laboribus excarnificati, præſſuris interempti, perſecutionibus attriti, ærumnarum atque tormentorum felle amari. Iſti tãdem proximiores exiſtebant Deo, illiuſque delicijs recreati, honoribus euecti, ac iucundiſsima animi voluptate maiori dulcedine potiebantur. Sic egregiè Tertulianus lib. de Anima: de inferis tractans affatur: *Ioanni in ſpiritu paradiſi regio reuelata, quæ ſubijcitur altari, nullas alias animas apud ſe præter Martyrum oſtẽdit, quia nullis romphea paradiſi ianitrix cedit, niſi qui in Chriſto deceſſerunt; agnoſce differentiam, ſi crucem tuam tollas, & ſequaris Dominum, vt ipſe præcepit, tota paradiſi clauis ſanguis tuus eſt, &c.* Regi cariores, ac illi amaſsij à claui aurea diſcernuntur. Sic enim à laboribus, & ærumnis, ſæculique amaritudinibus, propinquiores Chriſto cognoſcuntur. Vt hinc ſciant homines, amicitiam cũ Deo non molli vita, aut voluptuoſè viuendo comparandam. Nullus vnquam ſic obtinebit, nullus tantam fœlicitatem cõſequetur, niſi

Apocal.

Tertul.

niſi magno laborum, ac dolorum pretio. Quiſquis enim Dei viſionis fœlicitatem quæris, non longas ambages inſtitues, crucem laborum aſcende, & ſic ſecuriſsimè, ac citiſsimè perturbulentum, ac laborioſũ ſæculi mare laborib⁹ patienter toleratis ad ſalutis portum appellere, facient.

Zacheo in arbore exiſtenti, vt inde Chriſtum videret tranſiturum, ſic Dominus effatur Lucæ 19. *Zachæe feſtinans deſcẽde, quia hodie in domo tua oportet me manere; & feſtinans deſcendit, &c.* Illum gaudens, ac lætabundus excepit. Vnde Zacheo tam ingens fœlicitas? Vnde tanta ſalus publicanorum Principi? Sanè, quia in arborem, crucis typum, aſcẽdit; in qua labores, ac ærumnæ deſcribuntur. Statim enim, ac arbor aſcendit, & labores ſubijt; tunc integram fœlicitatem obtinet, omnem conſequitur gloriam, ſummum pertingit bonum. Quem euentum apprimè perpendens D. Laurent. Nouarin. hom. de pœnitent. inquit: *Zachæus puſillus corpore factus eſt præclarus opere: flagitioſus conceptus, fœlix ſubito naſcitur: modicus aſcendit arborem, vt videretur à Chriſto, & publicaretur in mundo. Arbor optabilis, ſalubri medicamine plena, quæ in ſolo aſpectu ſubuenit peccatori, & ſanctificauit prophana, &c.* Quid elegantius? Neſcit, neſcit enim tardari præmium, quod à laboribus emanat, quod ab amaritudinibus perquiritur. Neſcit amitti fœlicitas, quæ per ærumnoſam vitam comparatur. *Lucæ.* *D. Laurẽt. Nouar.*

Matth. 8. Petri ſocrum violenter affectam fortis febris vrgebat, validique lampas ardoris, æſtuantibus acriter medullis, inſederat. Cumque veniſſet Ieſus in domum Petri, eius egram iacentem, ac febricitantẽ vidit: cuius animæ trepidantis ſors pendebat ambigua inter funus, & vitam: gælidæque mortis aduentu flamma membrorum nimis coquebatur. Hic protinus aſtat Chriſtus. *Matth.*

Sed quid eſt in domo Petri, quòd tantam ei fœlicitatẽ, ideſt, præſentiam Dei pertrahat? An aureus ornatus? An ſeneſcentia vina? An diuitiæ? An famulantium concurſus? Appage, in tota Petri domo nihil aliud eſſe memoratur, quã fœmina doloribus febris amaricata; ipſius, inquã, dolentis quetimoniæ, ſuſpiria, lachrymæ, anxietates: hæc enim omnia tantã cõparãt fœlicitatẽ, tã per magnumquè bonorum cumulum trahunt. Subtiliter explicabat Chryſol. ſerm. 18. *In domo Petri (inquit) non vina, ſed lachrymæ fundebãtur, turbabat ibi familiam, non cura conuiuij, ſed cura languentis, hæc ſunt diuinæ fœlicitatis aquæductus.* Quid elegantius? *Chryſolog.*

Numerorum 16. poſt enarratũ duriſsimũ ſuplitium rebellibus immiſſum, pergit textus: *Murmurauit autem omnis multitudo filiorũ Iſrael ſequenti die contra Moyſem, & Aarõ, dicẽs: Vos interfe-*

Digitized by Google

fec iſtis populum Domini. Cumque orire tur ſeditio, & tumultus in-creſceret: Moyſes, & Aaron fugerunt ad Tabernaculum fœderis, quod poſtquã ingreſsi ſunt, operuit nubes, *& apparuit gloria Dei.*

Expende, quomodo tunc apparuit gloria Dei; quare non alibi? Quare dum trementes, anxij, perſequuti tabernaculum intrant, tunc confeſtim gloria fulgens apparet? Quare Moyſes dum zelo legis raptus Ægyptios interimit, ſapientes illud Pharaonis, aliaque patrat mirabilia, gloriam Dei non videt, ſed quando ingenti agitatus perſecutionis tempeſtate, nimio terrore perculſus, anxius ad tabernaculum currit? Pulchrè Origenes hom. 9. quæſitum dirimit per hæc: *Nõ legimus antea, quod obtexerit tabernaculum, & operuerit Maieſtas Domini intra nubem Moyſem, & Aaronẽ, niſi tunc, cum inſurrexit in eos populus, & voluit lapidare Diſcamus ex hoc, quanta ſit vtilitas in perſecutionibus Chriſtianis, quãtũ gloriæ conferatur, quomodo propugnator fiat Deus &c.* Hęc Origenes. Tunc enim quando anguſtiati tabernaculũ intrant, quando laboribus, ac iniurijs afficiuntur, confeſtim illis gloria Dei apparet. Ne quis putet ſibi in magna dulcedine quieſcenti gloriam Domini eſſe apparituram.

Origenes.

Aſt, non ſolum labores nos in Deum ferunt; verum, ſi fas eſt dicere (parcat Deus) nos in Deos transferunt, & quodadmodo diuinos conſtituunt, Deificoſque reddunt.

Recole Apoſtolorum Principem Petrum Actorum 12. vinculis ligatum Herodianis, ab illiſque tandem virtute Angelica ſolutum. Cuſtodes tandem vacuum carcerem inueniẽtes, valdè obſtupeſcũt. *Tunc* (ait textus) *non modica inter milites ſuſcitatur turbatio, quidnam factum eſſet de Petro.* Græcus tenet, *dubitabant, quid tandem Petrus factus eſſet.* Quaſi à laboribus perpeſsis, non poſſet niſi aliquid obtinere diuinitatis, aliquid conſequi Deificũ. Quod Caietanus eleganter præmit, introducens milites dubitãtes; *An conuerſus fuiſſet Petrus in aliquod numẽ.* Sanè congruẽter exiſtimabant in aliquod diuinum conuerſum fuiſſe illum, qui tot amaritudinibus, tot ærumnis, totque angoribus vallatus erat. Tãta hominibus fœlicitas è laboribus accreſcit.

Act. Apoſt.

Lit. Græca.

Caietanus.

Hìc, ò fratres, gloria noſtra abſcondita; hìc noſter ſummus honor reconditus. Hìc noſtrarum fœlicitatum ſcaturigo. Hæc ſunt Chriſtianæ familiæ, fidelium vera ſtemmata; nimirum tribulatio amaritudo, pœnæ, lachrymæ &c.

De Chriſti Domini, ac Mariæ commitatu indiuiduo, quis ambigit? Quis dubitat? Semper enim, præclariſsima Maria, pulcher-

Digitized by Google

cherrima Luna, amore vnici ſui incenſa, ipſum ab ortu vſque ad Occaſum aſſectatus eſt Solem, commitatus eſt dilectum. Solum die quadam ſolemnis Paſcuæ orbata filio extitit. Cùm factus eſſet annorum duodecim, aſcendentibus illis Ieroſolymam, ſecundum conſuetudinem diei feſti, conſummatiſque diebus, cum redirent, remanſit puer Ieſus in Ieruſalem, & non cognouerunt parentes eius. Cumque exiſtimaſſent in commitatu eſſe, iter diei venerunt, & inter cognatos, & notos, requirentes Dominum, amorem, ac puerum ſuum, non inuenere.

Cur Dominus amplexus refugit maternos? Cur brachia Mariana dereliquit? Nonne eructabat ſponſa: dilectus meus mihi, & ego illi? Nōne amaſsia exultabūda canebat, faſciculus myrrhæ inter vbera mea commorabitur? Sanè hæc omnia vera ſunt, verum in celebritatibus, ac mundi feſtis adeò periculoſus exiſtit diuinus commitatus, vt etiam ſi lætitiæ honeſtæ ſint, quia lætitiæ ſunt mundi, fortaſis Deum amittunt. Accipe Ludolphum à Saxonia de vita Chriſti pp cap. 15 *Conſidera hìc, quod Beata Virgo de terra ſua expulſa, & in Ægypto fugata, in tanta tribulatione poſita, filium non perdidit, at poſtquam ad feſtiuitates iuit, ipſum amiſsit. Per quod datur intelligi, quod Ieſus ſæpè in aduerſitate cuſtoditur, & in proſperitate perditur, &c.* *Ludolph. à Saxonia.*

En quomodo Maria dum amara filium ſequitur, ipſum amplexatur, iuxta crucem ſtat, ipſa ſpiritualiter ſuffixa cruce. Dum autem ipſa proſperitatibus, ac feſtis iucūditatis adeſt, Deus abeſt, perdidit filium, dum feſtiua acquirit; & dum amaritudinibus defungitur, à filio corporaliter aberrat.

(?)

ARO-

Digitized by Google

AROMA XXIII.

De numero ſyllabarum nominis MARIA, *eiuſque miſtica acceptione. Vbi de eiuſdem nominis accentu.*

IN Superioribus ſancitum eſt de numero litterarum, tum Latinè, tum Hebraicè; ſupereſt ad compoſitionem ſyllabarum, & accentum accedere.

In primis expendendum eſt, adeô ſuper excellens vocabulũ eſſe Mariæ nomen, vt Spiritus ſanctus Canonicam hiſtoriam terminauerit in eo: quaſi quidquid celeberrimũ, ac Auguſtum in ſacra pagina fuerit, aut fari quæuis lingua potuerit, in hoc nomine reconditum, & comprehenſum fore; ſanè, vt diuinitatis ærario, & priuilegiorum, ac gratiarum aſsylo. Audi Lucam Actorum 1. numer. 14. *Hi omnes erant perſeuerantes vnanimiter in oratione cum mulieribus, & Maria matre Ieſu.* Accedat Gerſon Mariam eloquentem aduocans: *Hoc autem vltimum de me in canone Scripturæ Catholicæ verbum reperitur, quòd ſum* Maria *mater Ieſu. Sed ò ſapientiſsime Domine Deus, ſalutaris meus, quãta, & quam multa facta ſunt præter hæc dicta, docta, collataque, quæ ſi per ſingula ſcriberentur, nec ipſum arbitror mundum capere eos, qui ſcribendi ſunt, libros. Et quoniam finis legis Ieſus Chriſtus; & huius ego appellor Maria, mater Ieſu, &c.*

Actorum *Geroſon.*

Nomen *Maria* in Hebræo diſſyllabum eſt, duplici tantummodo ſubſcriptum ſyllaba, ſcilicet, *Mir, iam*: ſic enim habent Hebræi, & Chaldei. Sed Græci, & Latini poſteriores hoc nomen men ad ſuæ linguæ ſtylum aduocantes, ex diſſyllabo *Mariam* fecerunt triſyllabum, vt in alijs multis nominibus fecerũt, quod apud omnes iam eſt in vſu.

Maſoretæ corrumpunt puncta, & legunt *Miriam* cùm Septuaginta. Sed Hieronymus, & Syrus, omneſque veteres legerunt Mariam, per A, & non per I. Inſuper Angelus Caninius in nominibus Hebræis noui teſtamenti, exiſtimat, M. initiale in hoc nomine *Maria* eſſe ſeruile, non radicale; ac tandem propter hoc interpretari *exaltata*, vel *excelſa*.

Angelus Caninius.

Huiuſmodi ergo duæ ſyllabæ, ex quibus cõponitur tale Mariæ nomen, nempe *mir, iam*, varias claudũt ſignificationes. Prior, ſcilicet, *mir*, *mare* ſignificat. Poſterior (miſsis, quæ apud Blaſium Viegas ad Apocalypſ. 12. ſect. 1. per doctè ſcribuntur) ex multipli-

Viegas.

ci

ci Hebraica radice, à qua poteſt deduci, multa ſignificat. Sed principalius idem, *ac dominium*. De quibus, poſteà redibit ſermo.

Ad præſens ergo inſtitutum, exiſto ſyllabarũ numero, in Hebræo, binario, & apud Græcos, & Latinos, ternario; nõ mediocris Deiparæ dignitas conſurgit.

In primis binarius in iſto nomine, Hebraicè accepto, miſticus eſt, & vnitatẽ deſignat, teſte Ambroſio tract. de 42. manſionum filiorum Iſrael: Illã (inquã) quæ inter filium, & matrem reperitur; tantoquè, atque ſtrictiſsimo modo, ac in ſolubili nexu, vt nõ duo, ſed vnum perſpicatiori oculo appareant.

Geneſ. 1. Ad ſerpentem, pro victoria de homine reportata, inimicitias, inter ipſum, & fœminã, omnipotens irrefragabili decreto ſanciuit: *Inimicitias ponã inter te, & mulierẽ; ait Domin⁹*. Quid ergo in tali diſcrimine mulier cõſequetur? *Ipſa cõteret caput tuũ*. Græca littera tranſtulit: *Ipſe cõteret caput tuũ* Quomodo hæc ſibi cohærere, poterunt, ſi quod Vulgata *ipſa*, Græcus, *ipſe*, tranſtulit? In primis hæc verba de Virgine capienda eſſe, cõmunis Patrũ cõſpiratio docet. E quibus D. Cyprian. id argumentum cõprobat ſic. *Inimicitias ponã inter te, & mulierẽ. Nõ dicit, pono, ne ad Euã pertinere, videretur; ſed ponã, ideſt, ſuſcitabo mulierẽ, quæ repudiata facilitate credendi, non ſolũ non te audiat, ſed ab ipſo etiã Gabriele deferente verbũ, rationẽ de promiſſorũ exigat nouitate*. Hæc Cypr. Geneſ. Græc. lit. D. Cypria.

Nec minus eleganter D. Epiphan. lib. 3. contra hæreſ. id ipſũ cõprobat. *Quia ſubijcitur, inter ſemen tuũ, & ſemẽ illius. Nuſquã autẽ* (ait) *reperitur ſemen illius mulieris, niſi in Maria. Proinde nõ poteſt totũ in Eua compleri*. Sic Epiphan. In quibus vterque Doctor, *per mulierem*, Mariam, & non aliam capiunt. Epiphan.

Quibus prænotatis: modo ſic inſurgo. Si ipſa conteret caput draconis venenati; cur apud Græcum vertitur: *Ipſe conteret Deus*? Satisfacit doctiſsimus Salazarius lib. de Concept. c. 3. nu 3. Quia Deus, & Maria, quaſi vnũ exiſtunt, & Maria eiuſdẽ filij imago exactiſsima eſt. Aio igitur, poſt Chriſti humanitatẽ, in qua per vnitatẽ ſuppoſiti, totius diuinitatis plenitudo exiſtit, nullibi Deũ digni⁹, & glorioſius fuiſſe, quã in Maria. Nã primo eius in vtero per nouẽ mẽſes fuit tãquã Princeps in regia ſede, tãquã Deus in tẽplo, deinde in ea tanquã in expreſsiſsima, abſolutiſsimaquè ſui ipſius imagine, atque idea Deus fuit. Refert præfatus Doctor cõmune D. Aug. dictũ: *Si formam Dei te appellem, digna exiſtis*. Et poſtea anectit. *Et quidem mirabile eſt, Mariam Dei Ideã, & formam appellari: nã in Deo formas, & ideas ponim⁹ creaturarũ, quæ ipſi veluti exẽplaria ſunt, ad eas faciẽdas; at Deũ ipſum in creatura aliqua veluti in ſui* Salazar.

Digitized by Google

ipſius idea, & forma eſſe. Mirabile equidem, & dignum pleniſſimo Mariæ fulgore, &c. Hæc Doctor, & concinnè.

D. Auguſt. Sed D. Aug. proloquiū ſerm. 35. de tēpor. *Si formā Dei te appellē digna exiſtis.* Profundius pungamus. Hoc nomen *forma*, idē ſonat, ac ſpecies, vel faciei venuſtas, iuxta illud Pſ. 44 *Specioſus forma præ filiis hominum, &c.* Ac ſi diceret, ſi pulchritudinem Dei te appellem, digna exiſtis. O egregia Mariæ laus! Quid pulchrius, quòd facie Mariæ conſpecta, eiuſquè pulcritudine oculis hominum patefacta, Dei pulchritudo, Dei venuſtas ipſa conſpiciatur?

Pſalm 44.

Aliter forma accipitur pro notione, ita vt forma Dei, ſit notio Dei, hoc eſt illa nota, ſeu inſigne, quo viſo, ſtatim Deum agnoſcimus; quia huiuſmodi forma ab omnibus aliis diſcernitur. Quo ſenſu apud Ciceronem lib. de offic. *Species forma, & notio boni viri.* Et de Oration. *Cum queritur, quæ forma, & quaſi naturalis nota, cuiuſque ſit, vt ſic quæratur auari ſpecies, ſeditioſi, glorioſi, &c.* In hac ergo acceptione, mirum ad modum, & præclariſſimum de Maria refertur: nam idem eſt, illam ideā Dei buccinare, ac ipſam deitatem, vel quid diuinum, illo, inquam, modo, quo alibi protulimus. Vt omnibus inoteſcat, quā aptè diſſyllabum Mariæ vocabulum exiſtat, vnitatem indicans; illam ſanè, quam cum filio ſuo, & omnipotente creatore, mirabili fulgore poſsidet.

Ciceron.

Iſaias. Hanc Verbi, & Mariæ ſimilitudinem prævidebat Iſai. c. 16. in clamore illo Prophetico: *Emitte Agnum Domine dominatorē terræ de petra deſerti ad montem filiæ Sion.* Cur de petra deſerti agnum mundo adaptari optat? Sanè Paulus 1. ad Corinthios 10. de Chriſto alloquens: ſic ait: *Bibebant autem de ſpirituali, conſequente eos petra, Petra autem erat Chriſtus.* Vbi, *Chriſtus petra*: & *Maria petra*; de qua oriri expectabant, ſimiliterquè *petra deſerti*, vt ſic ſimilitudo inter vtrumque comprobetur. Eleganter docuit Guarricus ſermon. 2. Annunt. *Si ergo* (ait) *petra Chriſtus, vt ait Apoſtolus, non degenerat à matre filius, quando & ipſa petræ nomine cenſetur. An non rectè vocatur petra, quæ & in amore integritatis, propoſito firma, affectu ſolida, ſenſu quoque ipſo aduerſus illecebras peccati tota inſenſibilis erat, & lapidea?* En lapidea Maria, ſi Chriſtus lapis; & ſi petra erat Chriſtus, Agnus iſte de petra, hoc eſt, de Maria emittitur; vt omnibus Mariæ, & filij ſimilitudo pateat.

Paulus.

Guarricus.

Apud Latinos, & Græcos tres ſyllabæ in Mariæ ſacerrimo nomine myſteriis non vacant, nec in ipſa non prædicant diuina Sacramenta, ac perpulchra myſteria. In primis triſyllabū in tali nomine

mine trinitatem indicat perſonarum. In ipſa porrò Deipara, ſanctiſsimæ triados opera enodatius, ac diſtinctius fulgere, dicuntur ob incarnationis myſterium in illa perfectum, in quo, & diuina bonitas maximè diffuſa eſt, & perſonarum diſtinctio ſummopere innotuit. Quandoquidem inibi ſecunda perſona, Deique filius ſecum in eadem hypoſtaſi naturam coniunxit humanam, factus homo; Spiritus ſanctus ſua operatione Virginem fœcundauit, & naturam à Verbo aſſumptam, perfecit. Pater verò vtramque perſonam ad idem myſterium complendum miſsit; & licet vna, atque eadem operatione à tota Trinitate idem myſterium fuerit patratum in Virgine, ipſa tamē in ſe indiſtincta diuinas perſonas quodammodo refert; ita, vt omnes tres ſuo modo in Maria reperiātur, ac mirabiliter eluceſcant.

Huc accomodandum ſpectat illud commune dictum ex Heſichio Ieroſolymitano Presbytero deductum ſermon. 2. de laudibus Deiparæ in principio, & à Patribus paſsim prolatum. *Hæc* (ait Heſichius de Maria alloquens) *vniuerſum Trinitatis complementum.* Quod non ita intelligendum, quod ipſa quidquam Trinitati contulerit, quo in ſe Trinitas perficiatur. Appage, (Abſit enim quod creatura Creatori quidquam conferat) Cæterum complementū dicitatur à Patribus, quatenus ex Incarnationis Dominicæ myſterio, in Maria Trinitatis opera (ad extra accipe) ſingulari fulgore reſplenduerunt; ipſumque Trinitatis myſterium pleniſsimè patuit: Cum tres diuinæ perſonæ ad illius myſterij effectionem in Maria operatam, ſimul ſuo modo cōſpirauerint. Quod perſpicuis enodauit verbis præfatus Heſichius, quando ſic teſtatur loco citato. *Et Spiritus Sanctus adueniebat, atque hoſpitabatur, & Pater obūbrabat, & Filius vtero geſtatus inhabitabat.* Sic Doctor. *Heſichius.* *Heſichius.*

Doctus Pater Salazarius de Conceptione cap. 3. numer. 11. præfatum Heſichij dictum profundius rimatur, aſſerens Mariam adinſtar candidiſsimi Speculi ſanctiſsimæ triados diuinas proceſſiones in ſe quodammodo referre, & mirabiliter reddere. Quia Virgo inuiolata Deum genuit, ac peperit. Quæ integritas æternarum originum vmbram, & imaginem non obſcurè continet; quapropter S. Gregorius Nazianzenus in poemate de laude Virginitatis, ſic canit, *Salazar.*

Greg. Naz.

Prima trias Virgo eſt, nam Patre natus à narcho
Filius eſt. Nec enim Pater ortum traxit ab vllo.
Mente, nec humano generauit ſemine natum.

Digitized by Google

Quibus verbis Trinitatem ipſam, ideò primam Virginem eſſe,dicit;quia perſonæ diuinæ integritatem ſuam minimè violantes; alia aliam producit.Non ergò abſurdum videbitur in Deipara Virginum Regina, in ſuoquè triſyllabo nomen trinitatis ſignari, quæ prima Virgo eſt propter ſuarum proceſsionum puritatem: quæ & inſuper ſummę Trinitati delectabile,ac iucundum præſtat habitaculum.

De accentu huius vocis *Maria*, illud non ſilebo à Valla, & Celio Curione;*Mariam*,apud Hebræos dici Mariám, & Miriàm cum accentu in vltima ſyllaba,& indeclinabile nomen eſſe,vt Adam, Abraham,&c.ex quo colligitur,temerè à nonnullis ſcriptoribus ſtatui,Mariám originem trahere à Mario Romano, proptereaque proferendam eſſe Mariàm accentu in antepenultima. Quis hanc ethymologiam non irrideat?Quaſi Maria fuiſſetnatione Romana,& ſuum ortum habuiſſet è familia Mariorum;quin auſim affirmare vllam fœminam Romanam fuiſſe vnquam,quæ Maria cognominaretur,cum alioquin fuerunt multæ *Octauiæ*, *Antoniæ*,*Corneliæ*,*Liuiæ* à familiijs Octauianis,Antonianis, Cornelianis,Liuianis,& alijs compluribꝰ. Dicat quiſpiam,da illud falſum eſſe,& hoc nomen Maria in latium inuectum, & Latinitati donatum,debet corripi in penultima,vt Marius,& Liuius, ex præcepto regulæ,valis ante vocalem, ideòque corripuiſſe eam iuuẽcum, Claudianum,& alios. Sic Prior.

Iuuencus Claudian.

> *Tunc maiora de hinc idem mandata miniſter*
> *Detulit,ad Mariæ demiſſus Virginis aures.*

Sic poſterior.

> *Iam munera nuptæ*
> *Præparat,epulchros Mariæ,ſed luce minores*
> *Eligit ornatus,&c.*

Hæc teſtimonia parum me nouent; maximam tamen mihi facerent fidem,ſi hæc vox *Maria* non eſſet propria; nominibus enim propriis vtuntur Poetæ nullis obſtricti legibus ſyllabicæ quātitatis;quod cernere tibi liceat apud Maronem Poeticæ facultatis obſeruantiſsimum.

Maro Virgilius.

> *Italiam fato profugus,lauinaque venit,&c.*
> Lib.1. Æneidos.

Vbi

Vbi in dictione Italia produxit primam, at, in ſequēti breuiauit.

Nulli fas Italiam tantam ſubiungere gentem.

Deinde Siculus vſurpatur ab eodem prima breuit, vt.

Vix è conſpectu Siculæ telluris in altum
Velabant læti, &c. Lib. 1. Æneid.

Sicelides producitur, vt.

Sicelides Muſæ paulo maiora canamus. Ecclog. 4.

Idem dixit.

Tum manus Auſoniæ, & gentes venerè Sicanæ. Lib. 8.

Prima, breui; ſecunda, longa: contrà eodem libro & habet, producens primam, & breuians ſecundam: audi illam.

Inſula Sicanium iuxta latus, Æoliamque.

Quid poteſt inueniri magis diſentaneum, ac diſpar? Vides, quomodo nomina propria nihil curent regulas Proſodiæ, etiam in dictionibus Latinis? Quid arbitraris Poetas facturos fuiſſe in nominibus propriis peregrinis? Hebræa nomina præſertim propria ſuo ſe iure tuentur. Itaque nos debemus illa non aliter proferre, quam ſacri Scripturas proferunt. Apud illos Mathias, Sedechias, Abdias, Vrias, Elias, penultima producta efferuntur. Cur iſti audaculi Poetæ aliam tenere viam, malunt, contemnentes propriū idioma, veterata ſpernentes ac nouos innuſitatoſque ſtylos admittentes?

Sunt plurimi, qui meliori conſilio ducti, *Mariam* media in ſyllaba prolongant. Audi Sodes.
Sedulius lib. 2. Carmin. *Sedulius.*

Sic Eua de ſtirpe ſacra veniente Maria.
Idem in Hymno.
Virgo Maria nitet nullo temerante pudorem,
Poſt partum puerili Virgo Maria nitet.
Venantius de partu Virg.

Sic quoque, qui fundauit eam eſt Altiſsimus ipſe,
Et Sion Mater Virgo Maria fuit.

Idem de Natiuitate Chriſti ex lib. 2.

Agnoſcat omne ſæculum
Veniſſe vitæ præmium, &c.

Et inferius.

Maria ventre concipit
Verbi fidelis ſemine.

Poſtremo rogo hos omnes Latinæ linguæ amatores, ſi trahant ad latium hæc propria nomina Hiſpanica, quibus noſtrates vtuntur cum accentu in vltima *Gamboà, Balboà, Monguià, Menciá;* num ipſi in his ſeruabunt regulam: vocalis ante vocalem? Non credide rim, niſi inſaniant.

Hæc ſufficiant pro huius Auguſti nominis grammatica, & accentu, in quo diuino nomine, nec hæc materialia ſpiritu vacãt. Audi Bartholomeum Piſanum lib. de Virgin. fruct. 8. vbi ait: *Et non ſolum litteræ, ſed etiam ſyllabæ declarant eius magnitudinem. Sũt enim duæ ſyllabæ, & vna littera. Prima ſyllaba,* Ma, *dicit maternum affectum Mariæ ad fideles. Secunda,* ri, *demonſtrat rigorẽ eius ad dæmones;* A, *verò acceptionem precum noſtrarum à Deo ipſius interuentione oſtendit, &c.* Hæc Bartholom. Piſanus. Nec obſcurè indicat myſterium huius accentus Sanctus Antoninus titul. 15. capit. 4. pagina 4. *Et dicitur Maria media producta non correpta, quia ſemper aucta eſt in virtutibus.*

Bartholm. à Piſa.

S. Antonin

(1)

ARO-

AROMA XXIV. ADMORES componendos.

Vbi vnitas, ibi Deus; vbi diuiſio, & diſcordia, diabolus nequit non eſſe.

ELementa, ſyllabæ, accentus in nomine *Maria*, concinna vnione copulantur: quid mirum, vt ex illis omnibus tam Auguſtiſſimum vocabulum ſurgat, omni gratiarum cumulo refertum, decoratum.

Abraham litaturus Deo, vaccam triennem, & arietem trimum, columbamque, & turturem, ſacro iam ſtabat altari: quid tunc? De illo Geneſ. 15. qui tollens vniuerſa hæc, diuiſit ea per medium, & vtraſquè partes contra ſe altrinſecus poſuit: *Aues autem nullatenus diuiſit.* Sic habet textus ſacer, Vacca, capra, & aries diuiſæ inter ſe membratim ſacris altaribus ponuntur, ſed aues minimè diuiduntur. Cur aues non diuiſæ, quando reliqua diſecantur animalia? Perpulchrè ſatisfacit ſanctus Petrus Damianus epiſtol. 15. ad Alexand. II. *Terrena* (ait) *animalia contra ſe altrinſecus opponuntur, quia terreni quique contra proximos iurgijs, & contentionibus ſæuiunt, vel certè occultis aduerſus eos odiorum fomitibus inardeſcunt. At contra qui ſeſe in altum cæleſtis deſiderij pluma ſuſtollunt, dum ſacrificium Deo ſemetipſos offerunt à mutua dilectionis glutine non recedunt.* Hæc ſanctus Petrus Damianus. Punge illa: *Qui ſeſe in altum cæleſtis deſiderij pluma ſuſtollunt, &c.* Et illa: *A mutua dilectionis glutine non recedunt, &c.* Intuere charitatem, vinculumquè vnionis in auibus non diuiſis; hoc eſt in illis, qui volatu virtutum Deo appropinquare nituntur, quia vbi charitas, ibi Deus nequit non reperiri.

Geneſ.

S. Pet. Da.

Hæc enim ſit prima cura eorum, qui Deo ſe ſe approximare ſtudent, vt fraternam dilectionem integram, puramquè, & ſanctā in pectoribus ſuis obſeruent. In hoc enim ſigno diſcernuntur, qui Tartarorum portis appropinquant, ab his, qui ſe ſe volatu magno ætherea conſcendunt; nimirum terrenos, & iurgia, & diſſidia, & lites diuidunt; at cœleſtes, vnio, charitas, & concordia conglutināt. Ad præfatum Geneſeos locum obſeruat Iſidorus Archiepiſcopus Hiſpalenſis; patria Carthagine: quod vbi Vulgata tenet: *Deſcenderunt volucres ſuper cadauera.* Septuaginta, & alij ex Hebræo tranſtulerunt: *Super cadauera diuiſa.* Quare (rogat doctiſsimus Præſul) volucres illæ ad cadauera tantummodo diuiſa deſcenderunt?

Geneſ.

Septuag.

Iſidorus.

runt? Quid hoc? Cur eſca volucrum, non aues, ſed reliqua animã-tia eſſitere? Certè, quia iſta diuiſionẽ, aliæ verò aues vnionem obſeruarunt. Et ſic volucres, immundorum ſpirituum imagines, nõ audent vnioni appropinquare, quando nimia auiditate, aliàs, in diuiſionem, & diſcordiam inſurgunt. Verba Doctoris pando. *Per volucres cœli deſcendentes ſuper cadauera diuiſa, ſpiritus immundi ſignificantur; paſtum ſuum de animalium diuiſione quærentes.* Hęc Iſidor. Eſca, inferorũ, diuiſio; cibus malignorũ diſcordia, hi diabolici exercitus diſcordia paſcuntur, inſaciabilem, profundumque ventrem iurgiis diſsidiis, litibuſque hominum explēt; quare nullatenus in aues inſurgunt, quæ cùm integræ, & indiuiſæ perſiſterent, cœlorum cibum per dulciſsimum figurabant.

Ioannes. Ioan. 13. Iudas ille Scariotes à Magiſtro ſuo benigniſsimo in hoſpitio, ac cœnaculo recipitur, ad ſuæ ingratitudinis confuſionem ſacratiſsimi ſui Creatoris pabulo paſcitur: *Cæterum poſt buccellam* (ait textus) *introiuit in eum Sathanas.*

Quare poſt inſtinctum panẽ, poſtquè buccellã auſus eſt dæmõ, & non antea in corpus proditoris abire? nõne ante illã buccellam iã inanimũ venerat, ſuũ tradere Magiſtrũ? Nonne peccatũ iã erat patratum? Haud dubiũ; ſi ergo iam peccatũ animo, & affectu cõceptũ eſt, quomodo in illũ Sathanas non ingreditur? Ad quid exhibitionẽ buccellæ expectat pro Sathanæ ingreſſu? Pulchrè Theophi-

Theophil. latus ad prædictum Ioannis caput: *Quandiu* (ait) *vnus illorũ videbatur, & ex ſancto illo choro, nõ habebat ad eũ acceſſum Sathanas. Sed poſtquã diuiſit illũ Dominꝰ, & ſeparauit ab alijs diſcipulis, traducto eo per panem; tunc inuaſit in eũ diabolus, vt à Domino derelictum, & à diuino conſortio ſeparatum.* Quid pulchrius? Perpende illa: *Sed poſtquã diuiſit, & ſeparauit ab aliis diſcipulis, &c.* Iudã etſi iam affectum peccato, etſi iam mente ſua patrato peruerſiſsimo Deicidę facinore, etſi Chriſti, iam pectore reuoluentem, & machinantem traditionem, attingere, apprehẽdere diabolus timet, reformidat, in ipſum irruere non eſt auſus; quia nondum erat diuiſus, nec ab aliorum conſortio ſeparatus. Quandò autem per buccellam diſcernitur, & à Chriſto oſtenditur, diuiſus, & diſtinctus ab aliis; tunc corpus ſuum iam diaboli eſca, iam ſpirituum immũdorũ Iudas diuiſus perdulciſsimus cibus.

1. Reg. 23. Hoc ſignũ electorũ, ac reproborũ aiebat Dauidi Abigail 1. Reg. 23. *Erit anima Domini mei cuſtodita, quaſi in faſciculo viuentiũ apud Dominum tuum. Porrò anima inimicorũ tuorũ rotabitur, quaſi impetu, & circulo fundæ, &c.* Quibus verbis amicorum, aut inimicorum Dei ſigna demonſtrat, non aliter quã, vel ab vnione,

vel

Digitized by Google

vel à ſingularitate. Disertè Eucherus: *Iuſtos faſciculo, reprobos lapidi fundæ aſsimilat. Faſcicul⁹ enim cōſtringitur, vt integer maneat, & cōſeruetur: lapis in funda expeditus ponitur, vt abijciatur.* Quid diſſertius? Lapis in funda, non ligatus, quia inde proijciendus. Virga in faſciculo eſt fortiter alligata, ne poſsit ſeparari. Sic, qui cœleſtibus aſſeruatur, in viuentium faſciculo eſt, cū proximis vnitus. Aſt, qui proijciendus à beatorum cōſortio; diuiſus eſt, nō vnitus.

Matth. 13. Bono ſemine à Patrefamilias in agro ſeminato: cum dormirent homines: *Venit inimicus, & ſuperſeminauit zizania in medio tritici, & abiit.* Cū autē creuiſſet herba, & fructū feciſſet, tūc apparuerunt & zizania. Seruis autē rogātibus quid facturi erant? ſic occurrit: *Sinite vtraque creſcere vſque ad meſsē, & in tēpore meſsis, dicā meſſoribus; colligite primū zizania, & alligate ea in faſciculos ad cōburendū: triticū autē congregate in horreū meū, &c.* Cur triticū ad horreū congregatur, & zizania in faſciculos ad cōburendū diuiduntur? Nonne cōgregabuntur zizania, ſicut & triticū copulatur ad horreum? Abſit, reſpondet Angelicus Doctor D. Thom. *Quia triticum electos, & prædeſtinatos ſignat, hi autem nō niſi per vnionem in horreum cœlorum ingrediūtur: iuxta illud Pſ. Cōgregate mihi ſanctos meos, &c.* Zizania verò, reproborū typus, in faſciculos diuidātur ad comburendum, quia reprobi propter diſsidia, diſcordias, ac lites in baratro Tartarorum detrudētur. *Matth.* *D. Tho.*

AROMA XXV.

Nonnulla nominis MARIA *interpretationes elucidantur.*

NOn fortè euenit, *Mariæ* vnum, ac indiuiſibile nomen tot ſignificationes parturire, tot etymologias, ac deriuationes geminare, vt oſtēdatur, Mariæ dignitatem, eiuſque per excelſum vocabulum, verbis extricari nō poſſe, ſicut nec & Dei. Et idcirco pluribus vtimur nominibus, vt per ea, tanquā per inſitionem quandam, & partitionem valeamus penetrare. Sic S. Bernardin. Senēſ, tom. 3. tract. de B. Virg. ſerm. 1. *Neque immerito nō vnam tātū nominis habet interpretationem, nullū enim nomē, vnū puto, Virginis gloriā poſſe enūtiare, ſicut Deū ipſū non vnū tātū nomine nominamus, ſed multis, & ſic eius incomprehenſibilitatem enūtiemus, &c.* *S. Bernar. Senenſ.*

De cuius incōprehenſibili diuerſitate, non abſre erit, ſi doctiſsimorū Patrū varias interpretationes, aut deriuationes nominis Mariæ ſubijciā, de quibus poſtea enucleatius, & ſigillatim redibit ſermo.

In

Digitized by Google

Ludouicus Alcaçar. In primis non deſunt, qui idem eſſe aſſerant hoc vocabulum Maria, ac *Stellam* maris, quibus accinit Ludouicus Alcaçar ad cap. 12. Apocal. aduertens ibi, hoc nomen pulchrè Mariæ poſitũ ad deſignandam Margaritam, ſeu vnionẽ, qui ex ſtillicidio cœleſtis roris gratiali virtute coaleſcit; de quo Plinius libro 9. cap. 39.

Deduci autem hoc Mariæ vocabulum exiſtimatur, vel à verbo, *Marach*, quod *rebellionem* deſignat; vel *Marar*, & *Iam*, quod *amarum mari* interpretatur, vel à *Mon*, & *Iam*, *Myrrham* Maris licet appellare; vel à verbo, *Iarach*, quod ſignificat *docere*, vel *proijcere*; vel à *Morehiam*, quod perinde eſt, ac ſi dicas *pluuiam maris temporaneam*. Vel partim à *More*, quod eſt Syriacum, partim à *Iam*, quod eſt Hebraicum, vnde *Domina maris* confici poteſt. Vel à verbo *Scir*, & *Iã*, quod *Illuminatricem maris*, aut ſicut alij vertunt, *Stellam* maris denotat.

Poteſt etiam hoc Auguſtiſsimum nomen deriuari à מרה *Mara*, quod eſt idem, ac fel amarum, Hebraicè [illegible] *memorat, petanim*. Vel etiam poteſt deduci à [illegible] Hebraico nomine, *Mordoror*, quod Hiſpanicè vocatur, *Almiſcle*. Nonnulli Hebraiſantes autumnant trahi Marianum vocabulum à [illegible] *Hemru emri el*, quod Latinè ſonat idem, ac *mutatio*. Vel aliter deduci valet à [illegible] *Vmoràlo ya aly al rojo*, quod eſt idem, ac nouacula. Nec imperitè alij accipiunt nomen à [illegible] *Vayet marmar melx hanegbeb*, & Latino idiomate, *Eleuatio*, vel *Sublimatio*.

Si ex Chaldaica radice vertamus hoc vocabulum *Maria*, idẽ ſonat, ac [illegible] *mari maljin*, & Latinitati datum *Regina Regum*, vel *dominans dominantiũ*. Syrij pro nomine *Maria* vertunt מרה *Mor*, ideſt, *Magiſtra*. Vel מר *Mar*, quod ſonat *aceruum*.

Nec in lingua Arabica caret hoc nomen deductionibus, ad eius magnitudinem ſpectantibus. Poteſt enim trahi à مرا *Mra*, quod eſt idem ac *mulier*, quæ interpretatio arridet his, quæ Ioannis 2. & 19. referuntur, quibus Chriſtus Dominus Mariam parentem ſuam vocauit mulierem.

Iterùm Arabicè ſonat idem, ac مارل *Marà*, quod eſt *ſignum*. Illud, inquam, magnum, myſterijſque refertum, quod Ioannes in Apocalypſi conſpexit cap. 12.

Mirabile equidem, & auditu digniſsimum, quod à pluribus Arabibus ſumma animi alacritate, ac cordis dulcedine auditũ per ſæpè

Digitized by Google

ſæpè Madauræ in Africa, vulgò, *Orán*, vbi hæc ſcribo, Prior Conuentus Sancti Dominici, & Commiſſario Sanctæ Inquiſitionis cõtra hæreticam prauitatem fingens; nempe idem eſſe Mariam apud peritiores ſuæ linguæ, ac مرة *Merrà*, quod eſt *ſemel*, quaſi hoc opus mirabile maternitatis virginalis Mariæ ſemel dumtaxat à Deo ſit peractum. Accinit his, quæ ab Eccleſia decantãtur. O Virgo Virginum, quomodo fiet iſtud? Quia nec ſimilem primam viſa es, nec habere ſequentem.

Non deſunt quamplures, qui in iſto Arabico idiomate idẽ ſonare huiuſcemodi vocabulum Maria, produ͂t, ac المراة, *Elmirá*, quod eſt Latinè, *Speculum*. Quæ expoſitio, aut interpretatio nominis conſonat cap. 7. Sapientiæ; vbi de Maria enuntiatur, *Speculũ* ſine macula, & Imago bonitatis ipſius.

De ſingulis harum interpretationum fuſius pertractabimus; & vnde hoc Hebraicum nomen principalius deducatur.

Modo ad primam accedo, & ad verbum *marah*, quod *rebellionem* deſignat. Quid eſt Mariam rebellionem dici, cuius præſẽtia omnia bella deuellata, cunctaque in pace conſtituta ſunt? Vtique Deiparam inſurrexiſſe in illum peccati ſomitem, cunctos ſeruituti adijcientem, miſerrimæque legi mancipantem, & de medio ſubſtuliſſe; ita vt ipſam, omni prorſus fomite caruiſſe, compertum & euidens ſit.

Ex hac ergo rebellione Mariæ, & ex oppoſitione ad communes naturæ affectus omnem puram naturam inficientes, & in lege peccati captiuantes; aprimè arbitramur, in ipſa à primæ rationis exordio, peccati fomitem, non ſolum ligatum, aut conſtrictum, ſed prorſus reſtinctum, & ſuffocatum fuiſſe.

Cui hoc in honorem tantæ Virginis non placeat? Fomitem deſcribens Præceptor Angelicus 3. part. quæſt 27. art. 3. ait: *Eſſe* D. Tho.
inordinatam concupiſcẽtiam habitualem ſenſibilis apetitus. In quo duo attendenda occurrunt. Alterum eſt; ipſa aſſentientis apetitus propenſio in ſuum obiectum. Et eſt quaſi ipſius fomitis materies.

Alterum eſt, eiuſdem inclinationis deformitas, vitium, & peruerſitas, quatenus à rationis regula deflectit, & aberrat, illiuſque imperium negligit, frangit.

Deſeruit ergo in homine fomes, vt domum peccati figat, eãque peccatis ipſis, ceu diuerſorium quodam, & habitaculum aperiat. Quare Magiſter Sententiarum lib. 2. ſentent. diſt. 30. Ipſum *Tyrannum* appellat. Baſilius, *innatum dæmonem*, omnia praua Mag. Sẽt.
ſuadentem. Chryſoſtomus *Lernam ſerpentem multicipitem*. Sic er- Baſilius.
go fomes tyrannus animæ exiſtit, quomodo Altiſsimus à taber- Chryſoſt.

Digitized by Google

nacalo ſuo tyrannum non propulſaret? Dæmonem nõ expelleret? Serpentem non contereret? Quis ergo aſſerat, vel etiam conniueat; in ea, quæ Dei turris fuit, & ars Sion à Deo impenſius adamata, quam etiam contra hoſtes ſuos omni præſidiorum genere inſtruxit, & ex qua Deus humana carne obarmatus, & cataphractus proceſsit, tyrannum iſtum degere, vel dæmonem contra Deum arma mouentem, vnquam continuiſſe?

De hoc ergô fomite num in Deipara Virgine fuerit, necne, ſemel autem admiſſus, an liber, an ligatus, vel extinctus, extiterit; non eadem Theologorum ſententia, nec in ea exactè diſcutienda in præſentiarum immorari, opus eſt. Hoc omnibus eſt planè omnino commune, nullum vnquam in Deipara Virgine fomitis motum, quantumuis minimum extitiſſe; id quod vt Scholaſtico more dicamus, in ea fomitem in actu exercitu, ſiue in actu ſecundo nũquam fuiſſe. Nam de illis, qui cum à prima ſanctificatione extinctum, & ſuffocatum fuiſſe, aſſeuerant, nempè Thomas de Argentina 3. diſtinct. 3. q. vnica, art. 3. ad 4 Marſilius in 3. q. 4. art. 1. par. 2. Cordoua q. 17. art. 4. diſput. 4 ſect. 5. Caniſius lib. 2. cap. 4. Barradas tom. 1. lib. 8. cap. 3. Salazarius de Conception. cap. 2. nihil omnino dubitandum ſupereſt.

Thomas de Argentina. Marſilius. Corduba. Caniſius. Barradas.

Alij verô, qui prima ſanctificatione fomitem non penitus euulſum, ſed nexum dumtaxat fuiſſe, docent. Hoc ipſo, quod illum conſtrictum, & illigatum aſſerunt, vniuerſam illi motionem adimunt; illumque in ſolo actu primo, omni prorſus actu ſecũdo deſtitutum, perinde ac ſi penitus extinctus foret, conſtituunt. Sic D. Bonauentura in 3. diſtinct. 3. part. 1. per docto teſtimonio conſignat: *Fomes eſt* (ait) *ad promotionem non ſimpliciter, ſed ſecundum naturæ lapſæ, in quo homo facilis eſt ad deſidiam, & ſuperbiam; ideò eſt ei vtilis ſtimulus propter exercitationem ad expellendam pigritiam, & propter humiliationem ad remouendam ſuperbiam; quoniam ergo B. Virgo erat repleta charitate, & humilitate, & confirmata in vtroque, ideo fomitis ſtimulo non egebat.* Hæc D. Bonauẽtura. Quæ ſanè pulchra eſt ratio, & elegans teſtimonium.

D. Bonau.

In nobis vtique fomes coronæ occaſio eſt, quatenus animi elationem deprimit, plurimaſque reportandæ victoriæ in eius impetu cohibendo, ac motu effrenando, anſas præbet; quod in Deipara locum non habuit. Quid enim illa humilius? Quid illa ſibi abiectius? Propter cuius humilitatem excelſam, beatã ipſam omnes prædicauerunt nationes?

Alia etiam ratione Mariæ fomes non licuit; cum Deipara præſtantioribus præuenta diuinitus adminiculis, & ad ſublimio-

ra inſtituta vocata;& euecta eſſet; nihil exinde commodi referre, ſed plurima pati incommoda, potuiſſet.

Si tandem fomitem illam luctam, quæ inter ſpiritum, & carnem, inter corpus,& animam, inter affectus inferiores, & ſuperiores, capiamus; proculdubio à Maria remoueri, compertum eſt: cũ ex ipſa cuncta prælia brachio Dei omnipotentis ablata ſint, omniaque in pace, deuellatis aduerſarijs, conſtituta.

Venite,& videte. Canebat Regius Vates: *Opera Domini, quæ poſuit prodigia ſuper terra, auferens bella vſque ad finẽ terræ.* Quæ eſt iſta terra, à qua cunctus armorum apparatus auellitur, & omnia in pace ſtabiliuntur? Quæ eſt iſta terra, in qua prodigia relucent? Dauid.

Richardus de Sancto Victore, lib 2. de Emanuele capit. 29. Deiparam deſcribi, arbitratu: *Quæ eſt iſta terra*(ait) *de qua bella omnia auferuntur, niſi illa, de qua idem Propheta alibi proteſtatur: veritas de terra orta eſt. De hac itaque terra omnis pugna tollitur, in hac terra pax plena reparatur: in arcu, & ſagitta percuſio quidẽ eſt, non tam virtuoſa, quàm artificioſa. E contra in gladio, & aſta percuſio quidem eſt, non tam artificioſa, quàm virtuoſa. Per arcus ergo intelligamus tentationes fraudulentas: per arma verò tentationes violentas. Attende itaque, in quantæ ſecuritatis arcem te erexit; ad quam nec violenta, nec fraudulenta tentatio nullum de cætero acceſſum habere potuit, &c.* Quid elegantius? Quid pulchrius? Richard.

Superſt ergo, vt Auguſtiſsimum nomen Maria aduerſum diabolum, aereaſque poteſtates ſit rebellio, pugna, & deuellatio; ad cuius vocem omnis regio Tartarea contremiſcit. Sanè gemnales exercitus ſuæ triumphatricis, atque deuellatricis Mariæ imperio, ſpecie ſolum intuita, nomine perſonante, attoniti, & obſtupefacti expaueſcunt: conſilij, ac firmitatis inopes, quò ſe vertant, ignorant; ipſumque inferorum horrorem anhelantes: inquirunt. Quod dilucidè contemplabatur Seraphicus Doctor in Speculo B. Mariæ lection. 2. *Non ſic timent hoſtes viſibiles hoſtium multitudinem copioſam, ſicut aereæ poteſtates Mariæ vocabulum.* Et poſt aliqua annectit *Fluunt, & pereunt, ſicut cera à facie ignis; vbicumque inueniunt crebram huius nominis recordationem, deuotam inuocationem, ſolicitam imitationem.* Hæc Doctor. Vbi vides, qualiter ſacerrimum nomen Maria contra phalanges infernales *rebellio* ſit: quomodo deuaſtato, ſuperatoque potentiſsimo, ac robuſtiſsimo huius mundi Principe, nempe dæmone, vocabulo Maria, eiuſque dumtaxat enuntiatione; ſtatim inſurgit homo, militat, viriliter S. Bonau.

agit,

Digitized by Google

agit, fortiterquè accigitur, & aduerſarius contremiſcit, ac penitus euaneſcit.

Iſaia. Ad illa Iſaiæ 7. *Ecce Virgo concipiet*, tranſtulerunt aliqui, *Ecce alma, ſancta, pura, candida.* Alij ad præfatum locum legerunt, *Lamarbeth*, quod ex duabus dictionibus coaleſcit, nēpè *Mar*, ideſt, *Mater*, & *beth*, quod interpretatur *Meſsia*, & in vnum collecta, *Meſsiæ Mater.*

Nec omittam Rabbi Limphi lectionem, aut potius ad prædi ctum locum interpretationē: exiſtimat nomen *Lamarbeth* ex duobus confici, ſcilicet, *Lamriam*, & *Sarach*. Quæ in vnum collecta conſtituunt *Domina Maria.* Denique alij idem eſſe hoc nomē, ac *donum Dei*, vel *munus diuinum* perſonare, arbitrantur. Sic Greg. Nyſſen. orat. de natiu: Chriſti. *Maria* (ait) *ipſo etiam nomine teſtatur acceptum munus à Deo, &c.* Quid pulchrius?

Rabb. Limphi.

S. Gre. Niſ

Rutil. Rutiliū Benzoniū ſilētio non prætermittā. Hic lib. 2. ſuper Magnificat, c. 22. dub. 5. exiſtimat, quod idē eſt nomen *Maria*, ac *imitatrix*, quę expoſitio poſt modū ſapientibus non diſplicuit, ſed vt concinnam, & aptiſsimam ipſi Deiparæ amplexi ſunt.

Alij nomen Virginis *Mariā à Ieſu* interpretandū eſſe autumāt. Quod præcipuè indicauit inclytus Martyr Ignatius temporis illius nobiliſsimus author, cui epiſt. 2. ait: *Sunt, & hic multæ de mulieribus noſtris, Mariā Ieſu videre, cupientes, &c.* Quibus verbis, ſecundum piorum placitum, nomen exprimitur Mariæ. Sed ſi rigorosè capiantur verba, potius *de cognomine*, quam de nomine Mariano accipienda ſunt.

S. Ignat. Mart.

Inſuper *glorioſam*, ſiue *glorioſiſsimam*, Mariæ nomen eſſe, frequens apud Patres habetur ſermo; ita vt idem ſit Maria, quod *glorioſa*, ſic S. Amadæus hom. 5 de laud. Virg. ita loquens: *Tam pro nati morte, quā pro Iudæorum perditione ineffabili dolore glorioſæ pectus vrebatur.* Et hom. 6. ait: *Inuito vos ad epulas glorioſæ, ad conuiuium Deigenitricis, &c.* Et poſt pauca annectit: *Pariter tu glorioſa, natum ab inferis aſcēdentem, vidiſti.* Hom. 8. in calce de triumpho alloquens Mariano ſic fatur: *Gaudebunt confeſſores videntes glorioſam, quam in terris poſiti dilexerunt, &c.* Quin *glorioſa* Virginis Mariæ nomen proprium fuiſſe idem S. Doctor ho. 7. repetit, & hom. 8 corroborat. Quô expectat illud Richardi ad Iſai. ca. 11. v. 4, *Erit ſepulchrum eius glorioſum, &c.* Et alij transferunt: *Erit requies eius glorioſa*, ideſt, glorioſa Domina erit requies eius: vnde ipſemet dicit Pſ. 131. *Hæc requies mea in ſæculum ſæculi, &c.*

S. Amad.

ARO-

Digitized by Google

AROMA XXVI. MORALE.

Non omnis amicitia amiciſsima Deo, neque concordia concors Deo.

A Romate elapſo Virginem Deiparam belligerantẽ, & ad bella paratam, vidimus; turrem illam & arcem omnipotentis mille clypeis, & omni offenſionis genere vallatam, & circumamictam inſpeximus, & quam præclarè? quia nec omnis amicitia amica Deo, neque inimicitia inimica ipſi.

Eleganter pertractat D. Bernard. ſerm. 24. in Cantic. de aliquibus peccatoribus ſermonem faciens: *Ineunt* (ait) *familiaritatẽ ad maledicendum, concordes ad diſcordiam, conciliant inter ſe inimiciſsimas inimicitas.* Taliter Bern. Huiuſcemodi amicitia, talis cõcordia, non Chriſtianorum amicitia, & concordia, ſed dæmoniorum æſtimanda eſt, cum diabolus eam doceat, eã prædicet, ipſam euulget, & eiuſdem ſtudioſiſsimus exiſtãt author. S. Bernar

Diuus Thom. 1. p. q. 109. art. 2. rogat: *Sit ne in dæmonibus prælatio?* Cuius ſecundum argumentum ſic extat: *Vbi non eſt obedientia, & ſubiectio, non eſt prælatio, hæc autem ſine concordia eſſe non poſſunt, quæ in dæmonibus nulla eſt; ſecundum Prouerb. 13. inter ſuperbos ſunt iurgia. Ergo in dæmonibus non eſt prælatio?* D. Tho.

Huius argumenti neruum, & vires ſic Doctor Angelicus diluit. Ad ſecundũ dicendũ: *Quod concordia dæmonum, qua quidem alijs obediunt, non eſt ex amicitia, quam inter ſe habeant, ſed ex communi nequitia, qua homines odiunt, & Dei iuſtitiæ repugnãt. Eſt enim propriũ hominũ impiorum, vt eis ſe adiungant, & ſubijciant ad propriam nequitiam exequendam, quos potentioribus viribus vident.* Hæc D. Thom. Expunge & profundè nota illa: *Eſt enim impiorũ, vt eis ſe adiungant, & ſubijciant, ad propriam nequitiam exequendã.* Sed Proh! quã ingens ſcelus! quam grandis nequitia! Vtinam Deus vnitatis, & pacis author inimicitias inter ipſos opponeret, diſcordias ſeminaret, quia ſæpenumero ex iſtorum amicorũ concordijs diabolicis plurima emanant incommoda, quam plures inſurgunt ruinæ.

Ad ipſos ſpectat Ieremiæ 6. locus: *Vt æs, & ferrum vniuerſi corrupti ſunt, &c.* Quare ſicut æs, & ſicut ferrũ, & non vt peracuti gladij & rompheæ terribiles? Ad quid vt æs, & ferrum? Brixianus eleganter interpretatur ſic: *Æs ſiue calibs coniungitur ferro, vt ex eo fiant arma; ſic alter alteri adhæret ad facienda mala.* Et Ieremĩ Brixianus.

S.

Digitized by Google

S.Hieron. S.Hieronymus non longe à noſtro intellectu eadẽ dilucidat verba: *Ex mutua* (ait) *malorum vnione, nihil niſi perniticſum hominibus erumpere, poteſt, &c.*

Hæc eſt illa prauorum clamantium vox, Sapiẽnt. 2. quam impij apud ſe non rectè cogitantes, exploſa omni prorſus, animaduerſione, toruè, impiè, & hoſtiliter, eructarunt: Sapient. *Opprimamus pauperem iuſtum, & non parcamus viduæ, nec veterani reuereamur canos multi temporis. Sit autem fortitudo noſtra lex iuſtitiæ. Quod enim infirmum eſt, inutile inueniatur. Circunueniamus ergo iuſtum, quoniam inutilis eſt nobis, & contrarius eſt operibus, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata diſciplinæ noſtræ; grauis eſt etiam ad videndum, quoniam diſsimilis eſt aliis vita illius, & immutatæ ſunt viæ eius, &c.* En quomodo peccatores aliquoties forti vinculo annectuntur, prauo glutine copulantur, non vt legem diuinam obſeruent, ſed vt lacerent, & tranſgrediantur; nõ vt proximo munera, & eleemoſynas piè offerant, ſed vt ipſos diuexent, & affligent.

Matth. Matth. 10. Ad ſuos Chriſtus Dominus diſcipulos ſic effatur: *Non veni pacem mittere, ſed gladium, &c.* Obſtruſa quidem verba. Nonne Chriſtus Dominus ab ipſius natiuitatis exordio vnitatem prædicat? Vnionem commendat? Haud dubium.

Sanè quando è Virginis matris clauſulis egreditur, per aera militia cœleſtis exauditur, accinens: *Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis, &c.* Cùm ad prædicandum, Apoſtolos mittit, binos in amoris, & beneuolentiæ ſignum præcipit, proficiſci. Quando in AraCrucis Oſtiam ſe placabilem Patri offert; in illis: *Dimitte eis, &c.* Vnionem buccinat, concordiam monet. Occurrens diſcipulis ſuis, iam ſuſcitatus, de hoſtibuſque victoria reportata, pacem tribuens apparet. Cur modo venire ſe, ad gladium mittendũ, prædicat?

Nodum difficultatis extricat Auguſtinus ad noſtrum inſtitutum initio concionis 2. ad Pſalm. 36. S. Auguſt. *Duo mali vix ſe patiuntur, & quando ſe videntur diligere, malitiam ſibi debent, non amicitiã; tunc ſecum concordant, quando in perditiem iuſti conſpirant; non quia ſe amant, ſed quia, qui amandus erat, ſimul oderunt. In quos Dominus non pacem, ſed gladium mittere venit.* Hæc Auguſtinus. Talis ergo affectus, non amicitia, non pax, ſed potius læthale, & infernale odium vocari debuerat; cùm ex diſcordia ortum trahat filius exiſtat prauitatis, ac tandem ad proximum hoſtiliter feriendum deflectitur.

Geneſ. Genel. 3. Ob ſcelus a prima muliere patratum, ſic Deus alloqui-

quitur: *Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & ſemen tuum, & ſemen illius.* Cur ergo, qui pacis author acclamatur, inimicitias ſpargit, diſcordias ſeminat, idque non tantum quoad propenſionem, aut occultas inimicitias; ſed actuales, apertas, & in nocendi conatum erumpentes? Eleganter exponit Oleaſter. *Vides Deum* (ait) *diſcordiæ eſſe authorem, vt diſcas nō eſſe minoris virtutis malos amicos, ſeu illorum amicitiam diſoluere, quàm bonum fouere.* Sic Oleaſter. Diſpergat ergo Deus in virtute ſua concordias iſtas; diſsipet impiorum impiè commorātium vnionem. Deſtruat, & euellat prauorum nexum, cùm ex talis vnionis genimine, nō niſi peccata, ac grauia exoriantur incommoda. Gen. 3. Oleaſter.

Ad huiuſmodi pernitioſas concordias furor Regis Dauid ferebatur, Pſam. 72. ſic clamantis: *Zelaui ſuper iniquos, pacem peccatorum videns.* Verbum illud, *zelaui*, ſic exponit S. Greg. Nyſſen. *Æſtuabā, mœrore que confectus eram, &c.* Zelus enim eſt quidam feruor, & ardor animi comedens cor, & tenens illud quaſi inter ardentiſsimas flāmas. Quare ergò Regius Vates ita eſt vehementer infenſus? Quid eſt, quòd in tantā aduerſus peccatores iſtos irā eſt prouolutus? Mirū valdè, quòd aliàs tanta lenitate prǽditus, modo excandeſcat, modò hoſtiliter iraſcatur. Pro illo quod nos *pacē* habemus, in Hebræo eſt, *Selom*, quod *vnionē*, aut *cōcordiā* ſonat. Quaſi ingentes irarū motus Propheta in ſe cōcipiat, vnionē peccatorū contēplās, diaboli pacem videns. Hoc ergo animus iuſti efferbeſcit, hoc illum manſuetiſsimum Agnum in rugiētem vertit leonem. Dauid. Greg. Nyſ.

Exponat Chriſtus Dñs cœleſtiū author præceptorū, veritatis regula, charitatis rectam ſemitam, veræque vnionis regalem viam. Ioannis 15. miſſurus ſuos ad prædicandum Euangelium Apoſtolos, ſic effatur: *Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem, ſicut dilexit vos.* Ecce normam dilectionis ſtatuit, modum diligendi præbet. Sed quare adiecit, *ſicut dilexit vos?* Nonne ſufficiebat, legem amandi decernere? Ad quid annectitur, ſicut dilexi vos? Perpulchrè expendit ſanctus Gregorius Magnus ſuper Ioan. 15. homilia 27. *Aliqui* (ait) *proximum diligunt, & tamen illa ſublimia dilectionis præmia non aſſequuntur, quia amorem ſuum non ſpiritualiter, ſed carnaliter impendunt. Proinde cùm Dominus diceret, hoc eſt præceptum meū, vt diligatis inuicem; protinus ait. Sicut dilexi vos, ac ſi aperte dicat: Ad hoc amate, ad quod amaui vos.* Sic Magnus Gregorius. Quid pulchrius? Nō enim prǽcipitur quæcunque amicitia, non iubetur quodcunque amoris vinculū, nec quæuis hominum Ioan. S. Gregor. Magn.

vnio,ſed illa ſolum,adinſtar Chriſti Domini:*Vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos.* Nam amoris vinculum, quod Chriſti Domini dilectioni aduerſatur;non amor,ſed odium;non concordia, ſed diſcordia exiſtimari valet.

Sed proh dolor! quam peruersè amicitiæ vinculum, ac leges obſeruamus! Geneſis 3. verſ. 13. ſic ad Dominum Adamus in ſui excuſationem proferebat. *Mulier,quam dediſti mihi in ſociam, dedit mihi,& comedi,&c.* Quid eſt,quod Adamus, Euam tam ſtricto vinculo amicitiæ coniunctam,ſic accuſat,ſic eius illecebris illectum præcepta violaſſe;palàm oſtentat? Vbi amicitiæ leges? Vbi amoris vincula? Oleaſter: *Boni amici eſt,non peccare propter amicũ, pœnas tamen nõ libenter dare propter ipſum. Quot ſunt homines hodie in mundo,qui non ſolum propter amicos, ſed propter eos, qui ad malum inuitant, mille peccata committunt, qui tamen illis, propter quos talia peccata perpetrant,non darent vnum ducatum, ne obolũ, dicam,&c.* Hæc Oleaſter.

Geneſ.

Oleaſter.

AROMA XXVII.

Quid de ſuauitate nominis MARIA *Doctores ſancti dulciter proloquantur.*

EST nomen tuum, Deipara Virgo,omni ambroſia dulcius,omni nectare ſuauius,& quouis melle melitius,merum mel aticũ, pura ſuauitas,& quidquid dulcedine nobilitatum eſt,ſuperat, euincit,longè antecellit.

Apud Ioannem 7. Iudæi de Ieſu ſciſcitantes,ſuppreſſo nomine, ſic clamabant: *Vbi eſt ille?* Quis? Ieſus. Quare proprium Chriſti nomen nõ euulgant? Chryſoſt. apud D. Thom. in ſua Catena ſic ait: *Ex multo odio,& inimicitia,nũquã eũ nominatim vocare,volebãt; ſanè ſicut ex nominis reticentia odiũ,ſic ex praſluenti eius repetitione amorẽ,& beneuolẽtiã indicamus,&c.* Obquã rationẽ ſancti frequenter Marianũ nomẽ euulgant, animi alacritatem indicantes, Angeli eo congaudent, & patria cœleſtis ipſo,quaſi ſpeciali fruitione, veatur.

Cant. 1. *Oleũ effuſum nomẽ tuũ,&c.* Cur oleũ Marianũ nomẽ, & nõ alius licor? Ideã de S. Geminian. lib. 3. de vegetalib. & plãtis c. 16. aſſerit,quòd deuotio aſſimilatur oleo,ſicut in oleo mollities eſt propinqua,ſic deuotioni,non aliter lenitas ineſt;omni enim amatũ cor ad Mariæ nomen liquefit deuotione,eiuſque dumtaxat, voce perſonãte, anima affectibus ſpiritualibus dulcoratur, O quã dul-

Cantic.

Gemin.

Digitized by Google

dulciter S.Bernar. Senen.ſerm.3.de nomine Deipar. de tã excellenti nomine effatur! *Teſtis(ait)conſcientiæ meæ eſt Dominus, quia ſi aliquando cœleſti gratia largiente, exterioribus curis exemptus laudibus Virginis valeo, vel per oram occupari, tanta mentis lætitia ſaucio, tantaque interius ſuauitate perfundor, vt cunctis mundi vanitatibus, & concupiſcentijs conculcatiis nihil aliud, aut appetam, quam cum ipſo lætitiæ ſpiritu* (ſi daretur) *ſtatim exilire ad Dominũ, antequã illud gaudij ſpiritualis, curis iterũ reddeũtib⁹, auferatur, & ſtimulante memoria delictorũ, cithara conuertatur in luctũ, & iubilus in lamentum.* Hæc Bern. Sen. Quid pulchrius? S. Bernar. Senenſ.

Et poſt pauca iterum humanam excitat mentem ad gaudiorum ponderationem, quibus ſancti perfruentur gloria accidentali, contẽplandi Mariã, ſanctorũ agminibus vndique ornatã. Accipe eius præclara verba: *Vide igitur, quãtæ ſit fœlicitatis, & gloriæ, in illa patria Deigenitricẽ, & Virginẽ benedictã, ſtipatã ordinibus Angelorũ, Choris Virginũ comitatã, vultu pleniſſimo gratiarũ, in ſuo dignitatis ſolio præſidentem reuelata iam facie contẽplari. Quãdoquidem in ſordibus carnis, adhuc, & mundi luto degentibus, tam læti contingit in eius nominis contemplatione ſentire? Ad ipſum denique Mariæ nomen, iterum contemplandum, iterum, atque iterum deſcendere libet.* Vides dulcedinem? Experiris Mariani nominis ſuauitatem? Totum dulcedo, totum ſuaue, totum lenitate refertum; qua ratione rectè oleum dicitur. Cant.1. *Oleum effuſum nomẽ tuum, &c.*

Doctiſsimus Pater Idiota libr.2.de contemplatione Virginis, perſpicuis verbis ad Mariam alloquitur: *Tanta eſt*(ait)*tui nominis ſuauitas, ò ſemper benedicta Virgo Maria, quod admirabiliter emollit, & penetrat duritiam cordis humani, &c.* Hæc Doctor. Quis tam ſaxeus, qui non liquefiat? Quis tam diamantino corde, qui non ſicut cera fluat inuocatione tui ſanctiſsimi nominis? O in quantis huic nomini debitores ſumus? Sanè illud hominem periculis euacuat. Terrena hæc nos in ſummum periculum adducunt: quotidie illorum laqueis irretiti, tribulamur, aporiamur; ventis ſuperbiæ modò iactari, modò penè in profundum peccatorum immerſi, ſed tũc nomine Mariano ſuffulti, omnia noxia depellimus, & fœliciter vitamus. S. Idiota.

Depingit ſibi S. Bernardus Abbas ſerm.1. hominem periculis mundi fluctuantem, eumque toto animi affectu rogantẽ, vt manũ auxilij porrigat, & tabulam, qua naufragium fuget, libenter impendat. Cui ſic occurrens, tale remedium adhibet, ſcilicet, vt Mariæ nomẽ ab ore nõ recedat, de labijs nõ defluat. *Si criminũ* S. Bernar.

Digitized by Google

Oleum eſurientem reficit, ægrotantem ſanat, membra defatigata mitigat, odorem parit, flammam nutrit. Sic, & in laude Virginis reficimur, exemplo eius ad virtutum medicamina inuitamur, aduerſitatibus feſsi eius patientia recreamur, nomineque eius perſonante, totus iubilat populus. Et non ſolum oleo, ſed & oleo efuſo nomen eius comparatur; quia ſicut oleum effuſum, magis redolet; ſic quanto magis nomen Virginis dilatatur, perſonat; tanto magis gloria augetur, terra lætatur, ac cœleſtes ſpiritus reboant cantu, ingentique lætitia.

Oleum, ſi non effuſum, non plenè odorem emittit, neque extranei odorantur. Si verò effundatur, omnes ſubolent, ac licorem olfaciunt. Marianum vocabulum extrà os non effuſum, non ita odoriferum, nec odorem integrum reddit; prolatum tamen, ex ipſo mira odoris ſuauitas, cunctos lætificans, efflatur.

Illud quidem de me fateri, valeo; nunquam tam ſuaue nomẽ deſcendere ad os meum, ac palato adhærere: quin eius dulcedo omne nectar, ac ſuauiſsimam ambroſiam ſuperet. Vtique labia mea gaudent, tripudiant, cùm illi cantant, omnique dulcedine ſuperfuſa tali vocabulo, tanquam placidiſsimo delectantur concentu. Placeat, placeat filio tuo, dominatrix mea, vt nuſquam ab ore meo talis recedat dulcor, nuſquam affectus à corde remoueatur; ſed ſemper, die, nocte, veſperè, manè, lætificet cor meum, effundatur nomen tuum ſuper labia mea: ita, vt dictare cum Bernardo ſuper Salue Regin. in laudem ipſius ſemper hæc carmina, valeam. *Authoris deprecatio ad Mariæ nomen.*

Infreta dum fluuij current, dum montibus vmbræ
Luſtrabunt, conuexa polus dum ſydera paſcet: *S. Bernar.*
Semper bonos, Nomen que *tuum, laudeſque manebunt.*
Spes mea, Virgo pia, Virgo ſacra, Virgo Maria.

Et quid mirum Marianum nomen ſuauitatem inhalare nimiam: cùm ſæpè contingat, ſi amici abſint, ad leniendum eorum abſentiæ abſynthium, nomina pronuntiari. Quæ dumtaxat enunciata vocabula ſuauitatem præbent, dulcedinem emittunt. Dauid vehementer triſtatus ob Saulis, & Ionathæ obitum, eorum nomina ore verſabat dicens: *Saul, & Ionathas amabiles, & decori in vita ſua.* 2. Regum 1. verſ. 23. Et vt quid hæc nominum tam crebra repetitio. Sanè, vt dum eorum nomina efferuntur, dolorem leniant, triſtitiamquè temperent. Sic Chryſoſtom homil. de Dauid: *Quoniam* (ait) *præſentia illorum corpora non licuit, amplecti, nomina illorum coniuncta, complexus eſt, ſuum dolorem hiſce* *2. Reg.* *S. Chryſoſt.*

 modis

modis quatenus licuit, leniens, & calamitatis magnitudinem mitigans, &c. Ecce nomina prolata amicorum dolorem temperant, amaritudinem abſentiæ dulcorant. Et quomodo dulciſsimũ Mariæ vocabulum hanc non obtinebit dulcedinem? Iſtam non inhalabit ſuauitatem?

Illius vtique dulcedine mortis acerbitas aufertur, maris amaritudo in dulcorem transfertur, ac quidquid amarum, aut acerbum eſt, dulcoratur. Recole apud 4. Regum 4. verſ. 40. illam tumultuantium vocem, clamantium *mors eſt in olla* propter acerbitatẽ, quam ſenſerant; iterum contemplare, quomodo vas illud ſal continẽs, aquas amaras ſaporauerit? Quis tãtæ ſuauitatis cauſa? Quid tantæ dulcedinis occaſio? Sanè *Maria*, quæ ibi quaſi in figura obumbrabatur, omne illud amarum repentina conuertit tranſmutatione in dulciſsimum nectar. Sic excogitauit Methodius homil. purificat. aſſerens ad Mariam: *Te quoque* (ait) *Eliæ ſucceſſor Eliſæus, à ſapiente Magiſtro ſacris initiatus, tanquam iam exiſtentem, quæ tamen nondum exiſtebas, præfigurans, ſupra naturam ſignis quibuſdam, rerum earum, quæ poſtea futuræ eſſent, veris indicibus auxilium, medicinamque indigentibus, attulit: nunc per nouam hydriam ſalutare in ſe ſal continentem, aquas exitiabiles ſanans, ad oſtendendum, mundum per Sacramentum in te iam editum, recreãdum. Partim verò farina acima partus tui ſatu immunis typo reſpondente mortis acerbitatem à cibis profligans*, &c. En quo modo dulcedine Mariano mortis eſfrenatur acerbitas, amaritudoque maris in dulcorem transfertur.

4 Reg.

Methodius

Obſignet præfata Seraphicus Bernardinus Senenſis, qui aſſueta dulcedine, feruidoquè in Mariam ſpiritu, ſic ad eam ſupplex deprecatur, tom. 3. ſerm. 1. *Da mihi, Virgo, virtutem, ingenium, ſermonem, vt fidelibus, & deuotis tuis immenſis enuntiem ad gloriam, & deuotionem tuam, & ſolamen omnium lugentium*, &c. Hæc Bernardinus Senenſis.

S. Bernar. Senenſ.

Solamen eſt nomen Maria, cunctum triſtitiæ nubilum diſpellens, animi dolorem, luctum oculorum abſtergens, omnem amaritudinem in dulcedinem conuertens. A Richardi mente habes libro 1. cap. 2. *Triſtatur aliquis? continuò ad nomen Mariæ cedit nubilum, ſerenum reddit, ecce quomodo illuminat oleum iſtud*, & c.

Richard.

Amaricatus degebat vitam Ioſeph, Mariæ dulciſsimus ſponſus; infixus in animo dolor, dum eam grauidam conſiderat, prægnantem inſpicit, rationem ignorat. Turbato apparet cœleſtis ſpiritus, vt eum confirmet, triſtitiam abigat, mentem lætificet. Quibus rationibus? *Ioſeph fili Dauid* (ait) *noli timere, accipere Mariam.*

Ma-

Digitized by Google

Mariæ nomen in lucem profert, palàm demonſtrat vocabulũ Maria; vt trepidantē, hoc nomine, redderet tranquillum; & eius prolatione ſedatum. Quem, curæ honoris oppreſſum tenebant, auditio talis vocis permulceret conſolatione, erigeretque lætantem.

AROMA XXVIII. PRO MORIBVS.

Lingua deuota proferens, ſanctitatis euidens ſignum.

DE Suauitate Mariani nominis ſancti proloquuntur; & quomodo non ſancti, ſi in ipſorum linguis laudes Mariæ perſoluuntur, ac pia ipſius reſonant præconia? Ex nullo enim magis noſcitur ſanctitas, quã ex lingua: hæc virtutis nota, hæc probitatis manifeſtatio, hæc ferè diuinitatis manifeſtum indicium. Ex nullo enim ſanctitas ſic exprimitur, vt ex ore pia proferente.

Id abſque dubio effulget in illis Pſalm. 15. *Exultauit lingua mea.* Vbi Hieronymus ex Hebræo vertit: *Exultauit gloria mea.* Idemque habet Paraphraſis Chaldaica. Quomodo autem cohærere poſſunt hæc duo: *Exultauit lingua mea*, & *Exultauit gloria mea?* Sunt ne idem gloria, & lingua? Porrò in lingua hominis, ſi bona eſt, maior eius gloria refulget, cum ſermo pudicus, & caſta, ac pia loquela ſanctitatem demonſtrent, virtutem prædicent. Sic præfatum locum extricauit Brixianus: *Quod* (*inquit*) *in Hebræo eſt gloria, Græcus reddidit, lingua: nam ſermo eſt, quo præcipuè dignitas hominis conſtat, vnde illud colligitur, dignitatem, gloriã, & virtutem cuiuſvis hominis facile colligi, & probari ex ſermone eius.* Sic Brixianus. Lingua benè ſonans, rectè proferens, perinde apud Deum eſt, ac gratia, & gloria, quia ex nullo alio euidentius ſanctitatis totius gratiæ, & gloriæ ſignum manifeſtari valet, quam ex voce benè ſonante, pia proferente, deuota eructante.

Dauid. *Hieronym.* *Paraphraſ. Chaldaica.* *Brixianus.*

Marci 14. Vinctum Dominum in hortu tumultuari captant ſuperui carnifices; & ciuitatem cum præda ingredientes, in domũ Caiphæ Pontificis, vbi totus Pontificius Seniorum Iudæorũ conuentus aderat, transferũt. Hic Dominus clamoribus probroſis plenus, iniuriis affectus, irriſionibus laceratus, ſiſtitur. Stetit reus, ipſa ſanctitas coram nequitia iudicante. Qui Dominus de doctrina, ac diſcipulis ſciſcitatus, ſic à iudice obiurgatur. *Exurgẽs* (ait textus) *Summus Sacerdos in medium, interrogauit Ieſum dicens: Non reſpondes quidquam ad ea, quæ tibi obijciuntur ab his?* Vt quid Caiphas Chriſtum Dominum alloquentem deſiderat? Vt quid eius ver-

Marcus.

Digitized by Google

verba auſcultare expectat? Quid eſt, quòd ipſum effari, concupiſcit? Quem omnes eius ſatelites blaſphemum acclamant, quem miniſtrorum ſuffragium reum eſſe, declarat, ſolus Pontifex alloquentem exoptat? Sanè Chriſtum verba proferre, deſiderat iudex, vt loquela ſua ipſum manifeſtaret, & ex eius verbis, qualis ipſe eſſet, agnoſceretur. Sic meditatur Sanctus Laurentius Iuſtinianus de Chriſti triumpho, ca. 10. *Obſeruabat Caiphas* (ait) *calidè, ſi fortè ex ore mediatoris aliquem in compoſitum ſermonem agnoſceret. Propterea cernens, quod nihil falſis obiectionibus reſpondiſſet, ſi quomodo ipſum ad loquelam incitaret, prouocat. In tacentis quippè lingua nihil reperitur indignum, &c.* Quid pulchrius? Eſt enim morum hominis efficax argumentum, ex qua, qualis vnuſquiſque ſit, manifeſtè diſeritur; quapropter Caiphas iudex Chriſtum eloqui, deſiderat, vt ex ipſius loquela, qualis Chriſtus eſſet; fortiſsimo roboraret fulcimẽto. Nulla enim res tam diuinum prodit acceſſum, quã lingua: ac ſalutis latitantis in corde, lingua exiſtit euidens ſignum.

D. Laurẽt. Iuſtin.

Actor. 2. Aſcendens Chriſtus, in altum dona hominibus aſſluẽter, id eſt, Spiritus ſancti munus ſæpè promiſſum, vt ſuper ſuos adueniret, maturauit: Intonat cœlum, & totam Eccleſiæ nauem ardens ſuperni Spiritus lampas occupat. Apparuerunt que diſcipulis diſpertitæ linguæ tanquam ignis, ſeditque ſupra ſingulos eorũ Spiritus almus, & repleti ſunt omnes Spiritu ſancto. O magnificum, ac præſtantiſsimum donum! Sed cur præſentiam diuini Spiritus in pectoribus Apoſtolicicis linguæ diſpertitæ exprimunt? Cur iam non in columbæ ſpecie? Cur non in nubis figura? ſed in linguæ forma Spiritus diuinus comparet? Rectè ergò, quando diuini Spiritus chariſmata ſuper Apoſtolos deſcendunt, lingua eos deſuper ardet, nam lingua ſonans, non reliquit dubium de Spiritu diuino aſsiſtente, ſed ſanctitatem inhabitantem, gratiamque diuinã infuſam diſſertè ac euidenter demonſtrat. Ita excogitauit D. Proſperus epiſt. ad Demetriad. circa fin. *In ſpecie* (ait) *linguarum apparuit ignearum, vt dubium non eſſet, per ipſius inſpirationem vtilem effectum, rationabilem ſermonem animis fidelium miniſtrari.* Hæc Proſper. Vbicunque enim lingua verbis diuinis ardet, ibi diuina virtutũ dona aſsiſtere, clarè proditur. Porrò diuini Spiritus chariſmata, Ieſu dona magnifica, gratia à Deo infuſa, reliquarumque virtutum corona, nonniſi per ardentem linguam, verbaque ſanctitatem redolentia, manifeſtantur, ac prodeunt.

D. Proſp.

Matth. 5. Dominus Ieſus aſcendit ad montem: *Et cum ſediſſet, acceſſerunt ad Deum diſcipuli eius, & apperiens os ſuũ, docebat*

eos dicens: Beati pauperes ſpiritu, &c. Chriſtus Dominus in hac montis ſublimitate diuinitatem ſuam, ac increatam ſanctitatem prædicare, ſtudebat. Eaque hominibus euulgare, conabatur. Quapropter os ſuum aperit, labia eius myrrham primam diſtillant; quia ſanctitas, quia diuinitas in nullo ſic exprimi valet ſicut in benedicente lingua; in labijs proba proferentibus. Sic Tertulianus. Audi eum li. 4 in Mar. efantem: *Sic ex lingua Filium, & Æterni Patris eſſe, filius conuincit; venio nunc ad ordinarias ſententias eius, per quas proprietates doctrinæ ſuæ inducit ad edictum Chriſti. Beati mendici quoniam ipſorum eſt Regnum cœlorũ Iam hoc ipſum, quod à benedictionibus cœpit, Creatoris eſt, qui vniuerſa, prout edidit, nulla alia voce, quam benedictionis, dedicauit. Eructauit* (inquit) *cor meum ſermonem optimum; hic erit ſermo optimus, benedictionis, ſcilicet, qui & noui teſtamẽti initiator agnoſcitur de veteri exemplo.* Hæc Tertul. Quo nihil profundius, nihil elegantius. En iam quomodo lingua benedicens, ſanctitatem manifeſtat. Os bonis ſermonibus ad dictum, vitæ probitatem annuit; ac labia, quæ frequenter ædificatorijs collationibus, ac Chriſti, Mariæ, Sanctorumque laudibus incumbunt, diuinitatis inhabitantis ſignum proferant.

AREOLA SECVNDA.

DE NOMINE *MARIA* PROVT interpretatur *Spes.*

AROMA I.

Patrum placitis* MARIAM SPEM *interpretatam abundè adſtruitur; Theophilique Hiſtoria communitur.

ALIA Dominæ, ac matris noſtrę nuncupatio, quæ apud Epiphanium, & alios frequenter ſe offert, longa piorum conſuetudine roborata, ſæpèque multis conſolationem ſanctam excitans, *eſt*, *ſpes*. Apud quos Patres, perinde eſt vocabulum Maria, ac *ſpes*. Sic Epiphan. orat. de Laudibus Deiparæ: *Mariam* (ait) *interpretari ſolemus Dominam, atque etiam ſpem; peperit enim Dominum, qui eſt ſpes totius mundi, nempe Chriſtum.* Hæc Epiphanius. Quem Principem huius interpretationes inuenio Qui floruit anno Domini 370. ſub Valēte, Gratiano, & Theodoſio Auguſtis Salaminæ Cypri Epiſcopus. *Epiphan.*

Inno-

Digitized by Google

Innocentium Pontificem Maximum, ſimulque peritiſsim ũ Theologum (ſub quo Lateranẽſis magna Synodus celebrata fuit) ſilentio præterire, non debeo: quoniam plurima de Mariano vocabulo commiſcens, tandem ſermon. 2. Aſſumptionis, præſcriptæ interpretationi arridet. *Cùm Aurora* (ait) *ſit finis noctis, & origo diei, meritò per Auroram deſignatur Maria Virgo, quæ finis damnationis, & origo ſalutis fuit Finis vitiorum, & origo virtutum. Oportet enim, vt ſicut per fœminam mors intrauit in Orbem, ita per fœminam vita redderet in orbem.* Et poſt pauca efficacitatem nominis Mariani indicans, ad ipſum reſalutandum, totoque affectu reſpiciendum, ſic monet: *Qui iacet* (ait) *in nocte culpæ, reſpiciat Lunam, deprecetur Mariam, vt ipſa per filium cor eius ad compũctionẽ illuſtret. Quis enim de nocte inuocauit eam, & non eſt exauditus ab ea? Ipſa eſt mater pulchræ dilectionis, & ſanctæ ſpei. Qui vero ad diluculum pœnitentiæ reſpiciat Auroram, deprecetur Mariam, vt ipſa per filium cor eius ad ſatisfaciendum, illuminet. Quis enim deuotè inuocauit eam, & nõ eſt exauditus? &c.* O quàm præclara verba! Vides iam efficatiam vocabuli Mariani. Quod ſi à peccatore inuocetur, ſtatim, ac talè nomen aurem Dei penetrat, ad eiuſquè conſpectum venit, totus Deus, veluti ſupplex ad tam deuotam flectitur inuocationem. Nec multo poſt annectit hæc Innocentius. *Quiſunque ſentit impugnationem ab hoſtibus, vel à mũdo, vel à carne, vel à dæmone, reſpiciat caſtrorum aciem ordinatam, deprecetur Mariam, vt ipſa per filium mittat auxilium de ſancto, & de Sion tueatur.* Ecce quomodo, & nominis *Mariæ* efficatia probatur, & interpretatio præfata deſcribitur. Quam tandem cõprobat Hymnus eiuſdem Innocentij cum hac perſpicua inuocatione.

Innocẽtius Pontifex.

Aue mundi ſpes Maria,
Aue mitis, aue pia,
Aue charitate plena.
Virgo dulcis, & ſerena
Sancta parens Ieſu Chriſti
Electa ſola fuiſti,
Eſſe mater ſine viro,
Et lactare modo miro
Angelorum Imperatrix
Peccatorũ conſolatrix
Conſolare me lugentem
In peccatis iam jacentẽ
Precor te Regina cœli

Me

Me habeto ſcuſatum
Apud Chriſtum humanatum.

Extat huius interpretationis corroboratio in illo ſolemni cantico, *Salue Regina*, qui paſsim ab Eccleſia concinitur, quamuis illũ corrigere, reijcere, & abolere hæretici Nouatores ſatagant. Cuius authoritas antequam in lucem euulgetur, eius vetuſtatem ex Caniſio, & alijs priuatis authoribus accipe.

Germanicum Imperium Enrico Quarto adminiſtrante anno Domini 1003. Vir generis nobilitate, nec doctrinæ ſolum, ſed etiam ſanctitatis præſtantia illuſtris, Comes de Veringen Germanus contractus, Sueuus apud Germanos floruit, quẽ Trithemius lib 2. de Viris Illuſtribus Benedictinorum capit. 84. tanti facit, vt appellet virum in omni litterarum ſæcularium genere peritiſsimum. Et Belarminius Virum nobiliſsimum, filium cuiuſdam Comitis, & Monachum Augienſem valdè pium, Philoſophum, muſicum, Aſtronomum, Poetamque celeberrimum, qui multa è Græco, & Arabico ſermone Latinè verterit. Hic prætereà, cum a puero contractus eſſet (vnde & contracti nomen accepit) à Diua Virgine, quam crebrô inuocabat, per viſum ad paciẽtiam valdè fuit confirmatus, & ſingularem accepit promiſsionem doctrinæ comparandæ, quam excellentem poſtea conſecutus eſt. Hic ergo Germanus inter alia, quæ in lucem protulit, deuotione Deiparæ affectus, canticum *Salue Regina* venuſtè, ac artificioſè compoſuit. Et licet ex alijs Eccleſiæ vetuſtioribus ſcriptoribus Maria, ſimilibus, ac etiam præſtantioribus præconijs, iam olim ſalutata, ac publicè decorata fuerit, qui primum hoc canticum condidit, ac palàm euulgauit, Germanus extitit. Sanctus Antoninus 4 part. cap. 14 §. S. Damaſceno tribuit, qui ante ipſum Germanum floruit circa annum Domini 731 quod priuſquam in vſum Eccleſiarum induceretur, à doctiſsimus examinatum, & approbatum fuit, vt certè conſtaret, quidquid in eo contineri, Deo, & Mariæ gratum, Chriſtiq; fidelibus pium, & frugiferum eſſe. Quod poſtea crediti, ac ſapientes iam ſolemne factum, explanarunt, vt D. Bernardus ſermon. de Salue Regina, & alij Nec defuere miracula, quibus Deus ſibi ſuaue, ac delectabile eſſet, crebró confirmaret. Et videre eſt apud GuilleImum Eiſengrenium lib. 12. de vrbe Spirentium.

Inter alia igitur præconia, quibus in hoc cantico Mariam exornat Eccleſia; præcipuum eſt *Spes noſtra*; quod certè viſitatum ab Eccleſia agnoſcitur; quæ iterum in Litanijs eam ſpẽ Prophetarum interpellat, quam ſanctorum Doctorum cuneus imitatus eſt.

Sanctus Bernardus pijſsimus, ac doctiſsimus, in hunc modū ſcribit, ſerm. de Natiu. Virginis: *Exaudiet vtique matrem filius, & exaudiet filium Pater. filioli hæc peccatorum ſcala, hæc mea maxima fiducia eſt, hæc tota ratio ſpei meæ. Quid enim? Poteſt nè filius repellere, aut ſuſtinere repulſam? Non audire, aut non audiri filius poteſt? Neutrum planè.* Hæc ſanctus Bernardus. Præme illa, *hæc mea maxima fiducia eſt.* Et illud: *Hæc tota ratio ſpei meæ.* Ac ſi diceret. Hæc patrocinium meum, hæc ſacrarium, ad quod fidenter, ſimulque frequenter confugiendum exiſtimo. Hæc, per quam Chriſtum iudicem placandum eſſe, puto. Hæc tota ratio ſpei meæ. Nam ſi ego peccatis obolutus, ad Chriſtum immediatè accedam, quomodo propter ſcelera mea ab ipſo non repellar? Quæ erit tunc fiducia mea? Nulla certè. Opus eſt ergo mediatrice ad mediatorem illum, nulla vtilior quam Maria, ait Bernardus, quia per eam, & per ſui dulciſsimi nominis inuocationem Chriſtus Dominus ſeruulis ſuæ gratiæ munera libenter elargitur. Sic teſtatur præclariſsimus Abbas ſermo. 4. Aſſumption. *Dulciſsimum* (ait) *Mariæ nomen cum laude inuocantibus ſeruulis. Per te, Regina clemens, gratiæ ſua munera largiatur Ieſus Chriſtus, qui eſt ſuper omnia benedictus in ſæcula, &c.* Vbi vir tantus Mariam eximiè quidem commendat, ſed vt Chriſti tamen honori nihil vellit, eſſe detractum, cuius incomparabile beneficium toties grauiſsimè laudat, & illuſtrat maximè.

S. Bernar.

Idem.

Quod autem dicit: *Per te gratiam, & ſalutem*, à Maria in nos, affirmat, redundare. Hoc non eo ſenſu, vt *illam vitæ fontem conſtituat*, aut Chriſto illam exequet, (quis enim fons vitæ niſi Chriſtus Dominus, de cuius plenitudine omnes accipiunt(quæ plenitudo ſe ipſam exinaniuit, vt fieret nobis iuſtitia, ſanctificatio, & redemptio.

Hæc ergo ſantiſsima Regina vniuerſo generi humano, abſque Dei præiuditio *Spes* ſalutis facta eſt, ita vt nullus ipſam abſq; Mariæ auxilio conſequatur, cum ea noſtræ præparationis adiutrix, noſtri remedij fiducia, in hoc ſæculo à Domino collocata ſit. Qui alioquin eleganter ſer. 2. ſic de Mariæ ſpe alloquitur: *Ad Beatā Virginem, ſicut ad medium, ſicut ad arcā Dei, ſicut ad rerum cauſam, ſicut ad negotium ſæculorū reſpiciūt, & qui in ſæculo ſunt, & qui in terra, & qui in inferno habitāt, & qui nos præceſſerunt, & nos qui ſum⁹, & qui ſequntur, & nati natorū, & qui naſcentur ab illis. Illi qui ſūt in ſæcuro, vt reſtaurētur: & qui in inferno, vt eripiātur, & qui erūt, vt Prophetæ fideles inueniātur: & qui ſequūtur,*

D. Bonau.

vt

vt glorificentur Qui præfatus Doctor inſuper ſermo. 98. proprius
Idem. ad nomen ſpei accedens, ait: *Per te Virgo ſancta, cœlum impletum eſt, infernus euacuatus, inſtaurata ruinæ cœleſtis Ieruſalem, miſeris ſpectantibus perdita vita data.* Hæc Bernard. Præme illa: *Miſeris perdita vita data* Quaſi Maria fuerit ſpes, ad quam, pro vita reparanda, fideles confugerint.

Typum huius Deiparæ, ac deriuationis vocabuli geſsit illa
Ioan. Ieroſolymitana per celebris Piſcina; de qua Ioannis 5. *Eſt autem Ieroſolymis probatica piſcina, quæ Hebraicè cognominatur Bethſaida, quinque porticus habens, in his iacebat multitudo languentium expectantium aquæ motum, vt ad priſtinam reuocarentur incolumitatem.* Hæc Ieroſolymorum Piſcina, cui greges Loti nomen dederunt, *Probatica.* Confluxus aquarum ex tẽplo, *Bethſaidam*, denominarunt, & præ cæteris illam nominatiſsimam fecerunt omnigenæ ſalutes, quæ, Angelo mouente aquas, in hominum vitam ſaliebant, figuram Mariæ geſsit, typum eiuſdem prætulit. Sic Abbas
Abb. Clun. Cluniac. ſer. 35. in quadrag. vbi ait: Per hanc piſcinam myſticè intelligi poteſt *Maria.* Sed quæ ſimilitudo Mariæ ad Piſcinam? Hæc aquarum motibus conturbata, Maria ſemper clara, & ſerena; illa fluens, & refluens, iſta nuſquam in peccati fluxum dilapſa; illa in terra, & abiecta tellure poſita, huius fundamenta in montibus ſanctis. Quæ igitur inter vtramque ſimilitudo? Perdocte difficultatem diluit Abbas Cluniacenſis multas Deiparæ illius Piſcinæ proprietates adaptans. Prima: *Quia in hac Piſcina deſcendit Angelus magni Conſilij: de quo Canticorum 5. Dilectus meus deſcẽdit in hortum meum, vt lilia colligat, ideſt, medicus paradiſi in vterum meum venit, vt herbas colligat, ad medicinam componendam, ideſt, humanitatem noſtram: vnde fecit cathaphaſmata, ad ſanãdos dolores noſtros. Secunda: Mota eſt aqua Piſcinæ, quoniam turbata eſt in ſermone Angeli. Tertia: Vnus ſanabatur; quia nonniſi in vnitate fidei permanentes, & Chriſto adhærentes, per hãc ſanãtur. Quarta: Erat quinque porticus habens: porticus enim deambulatorium eſt. Per primam porticum deambulant peccatorum magnitudine deſperati, quia eſt eorum ſpes, & refugium. Per ſecundam, errantes à via recta ad ſalutis portum; & ideo ſtella maris dicitur. Per tertiam, ignorantes ad lumen veritatis accedunt, & ideò dicitur, Pulchra vt Luna. Per quartam, tentationibus vexati, ad eam tanquam ad refugium tendunt, & ideo dicitur terribilis; vt caſtrorum acies ordinata. Per quintam, ſi ij famelici gratia, & veritatis panem accipiũt, & ideo dicitur Canticorum 7. Oculi tui Piſcina in Eſebon, quæ interpretatur cingulum mœroris, quia oculi eius omnibus per nitentiã*

ma-

Digitized by Google

mærentibus ad modum Piſcinæ ſanitatem conferunt animæ, adiutorium, & conſolationem, &c. Quid pulchrius? Quid elegantius? Quid perſpicius? Deambulemus per primam porticum, & expungamus illa verba: *Per primam porticum deambulant peccatorum magnitudine deſperati, quia eſt eorum ſpes.* Quis? Maria Deipara. Iſta proculdubio debilium ſpes, deſperantium fiducia, imbecillium fortitudo, errantium via, nauigantium portus, ac denique omnibus omnia facta, vt omnes in Dei reduceret agnitionem; vt meritò cum Bernard. ſermon. 3. eructare valeamus: *Sicut à te deſpectus, & auerſus, neceſſe eſt, quod pereat; ſic ad te reuerſus, & à te reſpectus, impoſsibile eſt, quod pereat. Filioli hæc peccatorũ ſcala, hæc mea maxima fiducia, &c.* S. Bernar.

Huius præclaræ Virginis ſpes, in arca illa teſtamenti figurata, excitabat Regium Vatem, vt lætabundus, & ſaltans ante illam proſiliret, 2. Regum 2. fertur, quod porrexit Deus, & adduxit arcam de domo Obededon, ad cuius reductionem omnia gaudio ſuperfuſa ſunt. Erantque cum Dauid ſeptem chori, & victima vituli: *Cumque tranſcendiſſent, qui portabant arcam Domini ſex paſſus immolabat bobem, & arietem, & Dauid ſaltabat totis viribus ante Dominum, &c.* Quid ſibi vult, hæc tam excelſa ſublimitas tanta abiectione copulata? Quomodo Regia authoritas greſsibus tam infimis, ac deſpicabilibus vacillat? Rex, cuius caput ſydera tãgit, cuius tempora redimita regali lauro reſplendẽt, ante cuius conſpectum tantorum curbantur genua ſubditorum, prouolutus adorat, ſaltãs ad inſtar hiſtrionis coram tam numeroſo populo conſpicitur? Quid eius excitat pedes? Quid greſſus ſtimulat? *Sanè* ſpes Mariæ futuræ, ipſaque in arca figurata ad tripudia commouet, ad ad ſaltationem pulſat. *S*ic Ambroſius 3. tom. ſermo 80. *Ergo* (ait) *ſaltauit Dauid ante arcam; arcam autem, quid niſi Sanctam Mariam dixerimus. Siquidem arca intrinſecus portabat teſtamenti tabulas; Maria autem ipſius teſtamenti portabat hæredem, illa intra ſemet legem, hæc Euangelium retinebat. Illa Dei vocem habebat, hæc verbum verum: tamen arca intus, foriſque auri nitore radiabat, ſed & Sancta Maria intus, foriſque virginitatis ſplendore fulgebat. Illa terreno ornabatur auro, iſta cœleſti, &c.* O fœlix Maria, ô fœlix Puerpera, ô dignisſima Deiparens: cuius ſpes in arca obumbrata, ita Regium Vatem gaudio circumfudit, ita cor eius alacritate cumulauit, vt depoſitis regalibus ornamentis, demiſſa regia authoritate, propalata magnifica pompa, veluti forman accipiens ſerui, lætabundus ſaltat, & incomparabilibus tripudijs totus dulcedine affectus, alacritate plenus, miro cordis ſui inenarrabili

2. Regum.

S. Ambroſ

bili gaudio, ante arcam iucundiſsimè exultat.

Tandem prædictam interpretationem comprobant Seraphici Doctoris Bonauenturæ pia ſuper Salue Regina carmina: ad verſum *Spes noſtra*, ſic concinit.

S. Bonauē.

Et Spes noſtra, & ſolida Virgo Maria,
Virga Ieſſe florida, vt in Iſaia,
Rore cœli madida, dicit prophetia.
Pulchra, vt nix candida mater Dei pia.

In huius rei, ac interpretationis teſtimonium Theophili Oecono mi Hiſtoriam haud ambiguam inducere, non renuam, quæ præcla rè noſtrum aroma communit.

Cùm Cæſar Iuſtinianus rerum potiretur, Theophilus quidā in oppido Siciliæ Adana *Oeconomus*, ſiue, vt alij vertunt, *Archidiaconus* Eccleſiæ fuit; multis quidem ille gratus, & Epiſcopali munere, quod tamē inconſtanter detrectauit, dignus exiſtimatus. Is ab æmulis immeritô accuſatus, ac de officio œconomi eiectus, in tantam animi impotentiam, ac impietatem deuenit, vt hortante Mago Iudæo, Chriſtum, Matremque eius Mariam, turpiſsimè abnegans, Sathanæ imperio audacter ſe traderet, dataque ſyngrapha, miſſerrimè manciparet. Proh dolor! O miſera calamitas! Poſt aliquot temporis tam nefarij criminis iam ſibi conſcius, totuſque perturbatus animo, iratoquè Deo, ſe dæmonum, ac Tartarorum mancipium cogitans; Theophilus ad Virginis templum procurrit, atque vt offenſo Deo per pœnitentiam reconcilietur, ſedulo, ac deuótè contritus nomē Mariæ reiteratis vicibus inuocat. Quadraginta diès in hoc Mariæ templo perdurans, nullumque orandi, plorandique finem faciens, continuô Mariam interpellabat, ac eius per dulciſsimum nomen acclamans, lachrymis ædem irrigans; præter alia hæc offerebat verba: *Quis enim, ò Domina mea, ſperauit in te, & pudore eſt affectus? Scio enim, ſcio, ò benedicta, poſt Deum non eſſe aliam hominis defenſionem, nullamque humanæ naturæ* Spem, *niſi te, tuumque præclariſsimum nomen Maria te enim protectionem habeo, ſpē colloco, defenſionē acclamo, &c.* Quid multis?

Demum opitulante Maria, nomine eius fabente, ſuam ſcriptam, & conſignatam diabolo ſyngrapham recepit; in Deique gratiam, peccatum vitrô confeſſus, reddiit. Eô per pœnitētiam ſanctitatis faſtigium aſcendit, vt Sanctorum Cathalogo adſcriptus, ſolemnis eius memoria quarto Februarij quotannis in Eccleſia cele-

celebretur. Tantum enim valuit apud Deum Mariæ per dulciſsima inuocatio.

Confirmat hiſtoriam Methaphraſtes, eamque ex Euthichiano Patriarcha Ieroſolymitano dilucide roborat, qui, Theophili compatriotam & familiarem, hiſtoriæque ocularem teſtem fuiſſe, aſſeuerat. Qui vltrô inter cætera hiſtoriæ veritatem, præſentemq; Mariæ interpretationem eleganter depingit per hæc: *Canamus ergo nos quoque, ô dilecti cum Theophilo intenſe hymnum eius, qui tã miſericorditer exaudiuit eum, qui ad ipſum acceſsit per interceſsionem intemeratæ parentis, quæ eſt hominibus penes ad Deum ſpes eorum, qui ſpem abiecerunt, refugium eorum, qui ſunt vexati, quæ humana natura ſuhſtulit maledictum, &c.* *Methaph.*

Tum præter prædictos Authores corroborat hiſtoriam Honorius ſerm. 1. de Aſſumpt. S. Antonin. 4. p. tit. 15. S. Petr. Damian. ſerm. 1. de Natiu. Virg. cuius verba aurea non recondam. *Quid tibi* (ait) *negabitur, ô Maria, cui negatum non eſt, Theophilum de ipſis perditionis faucibus reuocare, infœlicem animulam, totũ illud, quod inteſactum eſt, proprio charactere denegantem de luto fæcis ad miſericordiam ſubleuari. Nihil tibi impoſsibile, cui poſsibile eſt deſperatos in ſpem beatitudinis releuare, &c.* Preme ea: *Deſperatos in ſpem beatitudinis, &c.* *Honorius. S. Antonin. S. Pet. Da.*

AROMA II. IN MORVM ORDINATIONEM.

Temporalibus ne ſperes, terrenis ne fidas; nam in ipſis quandoque fœlicitas infœlicitas, proſperitas ruina.

O Quoties temporalibus bonis hominum latitat perditio, eorumque ruina abſconditur. Nam ipſa dum prudenter nõ poſſidentur, dum religioſè non tractantur, poſſeſſores perdunt, ac ipſos in miſerum præcipitant barathrum.

Lucæ 16. Diues ille, qui quotidie ſplendide epulabatur, coccinum, ac purpuram induebat; poſt huius vitæ delicias, poſt huius curſus delectationes, poſt huius peregrinationis commoda ferni tormentis immanibus abſortus eſt. Sepultus itaque Tartareis regionibus, eleuans oculos ſuos, vidit Abraham à longe, & Lazarum in ſinu ipſius recumbentem. Protinuſque exclamauit. *Pater Abraham emite Lazarum, vt intingat extremũ digiti ſui in aqua, vt refrigeret linguã meã, quia crucior in hac flamma.* Sic eiu *S. Luc.*

lanti diuiti taliter Abrahã occurrit: *Fili recordare, quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus mala.* Sanè difficilia verba. Ac ſi diceret, diues iſte gloriam capeſſere non valet, quia in via proſperatus eſt. Quid ergo impedit proſperitas ad gloriæ adeptionem? Nonne Abrahã diues? Nonne Iacob onuſtus diuitijs? Nõne Ioſeph locuples, ac alij Prophtæ, & ſancti diuitiarũ ingens poſſederũt põdus? Quis hoc ambigit? Quare ergo iſti interdictio gloriæ in diuitiarũ poſſeſsionem reducitur? Eleganter ſoluit Chryſoſt. homil. 1. de Diuite epulone. Quia diuitijs iſte male vſus, ruinã ſibi parauit.

Chryſoſt. *Diuiti (ait) nauis erat mercium, ac ſecundo nauigabat ventu, verùm ad naufragiũ feſtinabat, quia omnes nolebat circunſpectè ferre, infœlix fœlicitas, quæ diuitem ab æternã infœlicitatẽ traxit, &c.* Sanè infœlix eſt fœlicitas mundanorum, eorumquè proſperitas quãdoque ruina magna. Quia dum terrenis fiduut, cœleſtia amittunt; & dũ caducis adhærent, à diuinis ſeparantur; & dum mundana cõplecti, toto cordis affectu concupiſcunt, à diuinis elongantur.

Pſalm. 72. Miror ſi huc non ſpectent ea, quæ à Vate Regio effata proferuntur: Pſal. 72. dũ de peccatoribus proſperatis ſermonẽ inſereret: *Deiecisti eos, dũ alleuarentur.* *Genebrar.* Genebrardus tranſtulit: *Dũ extollerentur in ſublime, dũ eleuarentur ad opes.* Non pa[rum] offert difficultatis, quo pacto conſona ſint, quæ à Propheta dictantur: *Deiecisti eos, dũ alleuarentur.* Quomodo aliquis dum proſtratur, eleuari valeat? Si ergo in ſublime tollitur, quomodo dũ ſublimatur, & in altum erigitur, in ipſa ſublimatione exercita ruere poteſt? Motus ſanè ſurſum & motus deorſum inter ſeſe cohærere, ac ſimul cõpati non poſſunt. Eleganter S. Greg. Magn. tom. 4. ep. 5. Theothiſſæ ſorori Imperatoris locũ exponit: *Neq; enim dixit, deiecisti eos* (ait *S. Gregor. Magn.* Doctor) *poſtquã eleuati ſunt. Sed dũ alleuarentur. Quia praui quippe dũ temporali honore ſuffulti, foras videntur creſcere, intus cadũt. Alleuatio ipſa ruina eſt; quia dum gloria falſa ſubnixi ſũt, à gloria vera euacuantur.* Vidiſti diuitem vſque ad nubes honoribus ſublimatũ terreſtribus, vidiſti ingenti diuitiarum copia locupletatum, vidiſti honore refertum, amicis, ac familiarium phalange circundatum; vidiſti in dies celeribus bonis cumulari: vidiſti promptuaria eorũ plena, oues, & bobes quotidie multiplicari? Ne inuideas eius properitati, ſed tam miſeram abundantiam lacrymare, quia ipſi peccatores dum foris videntur creſcere, intus cadunt, alleuatio eorum ruina; & dum gloria falſa, diuitiarum vacuitate ſubnixi ſunt, à gloria vera euacuantur, à perennibuſque cœli diuitijs lõgiſsimè aberrant.

Pſalm. Hinc idem Vates Regius Pſ. 36. Eorũ eleuationẽ, ac ſublimatam

natam proſperitatem ad inſtar fumi eſſe fatur: *Deficiētes, quemad modum fumus deficient.* Sanè aſcenſus iſtorum aſcenſus fumi eſt. Et ſicut fumus augetur, & creſcit, iſti peccatores mūdani aſcēdūt, & creſcunt. *Pſalm.*

Sed quid eſt in fumu, quòd eius aſcenſus peccatorum figuret eleuationem, ac ipſorū ſublimationem depingat? Angelicus Præceptor D. Thomas ad præsētē locum ſic tenet: *Sicut fumus*(ait) *quia ſi diſpergitur, non reparatur. Iacobi 4. Quæ eſt vita noſtra? Vapor ad modicū patiens.* Propter celeritatem ſui eſſe. Vitæ noſtræ figuram gerit fumus, quia ſicut ille celeriter euaneſcit, & perit, ſic vita noſtra citò pertranſit. *D. Tho.*

Sed aliter ad noſtrum inſtitutum vernanti calamo locū flectit S. Greg. Magn. Sicut enim fumus, dum creſcit, decreſcit; dū augetur, minuitur; dum eleuatur, perit, & eius ſublimatio eſt illius ruina: ſic peccatores proſperati, dum magis temporalibus augentur, diminuuntur; & dum ditantur corporaliter, ſpiritualiter egēt: ita, vt eius ſublimitas ruina miſera ſit. *Fumus*(ait) *quippe aſcendendo deficit, & ſe ſe dilatando euaneſcit. Sic videlicet fit, cum peccatoris vitam præſens fœlicitas commitatur, quia vnde oſtenditur, vt altus ſit, inde agitur, vt non ſit.* Hæc Magn. Greog. Et quàm bellè! Sanè vnde oſtenditur, vt peccator altus ſit, eius altitudo nimis eſt deploranda, eius magnificentia minimè inuidenda, ſed lugenda; quia talis altitudo maiorem præuenit caſum, profundiorem arguit ruinam; & vnde oſtenditur, vt ſublimior ſit, inde agitur, vt miſerabilius pereat, acrius ruat. *S. Greg. Magn.*

S. Ambroſ. ſerm. 81. ad ea Luc. 12. *Hominis cuiuſdam diuitis vberes fructus ager attulit.* Perpulchrè ad rem ſatis rogabat: *Cur ager hominis nihil boni operaturi, vberes attulit fructus?* Eleganti ſtylo ſatisfacit *Vt magis, magiſque Dei patientia cognoſceretur, dū ad huiuſmodi hos beneficia ſua benignitatis extendit. Pluit enim ſuper iuſtos, & iniuſtos; & Solem ſuum oriri, iubet ſuper bonos, & malos. Verum talis benignitas Dei, ſicut per nimiam patientiam facultatem cōuerſionis, & emendationis indulget, ita & maiora, & grauiora ſupplicia coacerbat, vt conuertat in ingratos, &c.* Caue ergo peccator de proſperitate tua, & ne ipſis inaniter fidas, ne fortè ſis zizania illud, cuius augmentum vſque ad ignem, ad Tartarorum plagam expectatum eſt. *S. Ambroſ.*

AROMA III.

Sicut ſpes ardua, & aſpera temperat, ſic nomen MARIA *amara dulcorat, inſipida condit.*

O Quam pulchrè ſuauitatem huius præclariſsimi nominis Seraphicus Præceptor D. Bonauentura in ſuo Speculo cap. 4. percepit. *Nomen illud* (ait) *affectuoſum, & dulciſsimum. Nomen id gratioſum, & nobiliſsimum. Nomen id glorioſum, & digniſsimum optimè conuenit Beatæ Virgini Dominæ noſtræ.* Hæc D. Bonauentura. Sanè omni ambroſia, & nectare ſuauius hoc nomē. Quocunque ſaccaro delectabilius, ac dulcius. Quod enim nectar non ſuperet? Quod mel non antecellat?

S. Bonauē.

Eccleſiaſtic. 24. *Sicut cinamomum, & balſamum aromatiſans odorem dedi, & quaſi myrrha electa dedi ſuauitatem odoris.* Quid eſt in cinamomo, quod typus ſit Mariæ? Ioannes à Sancto Geminiano lib. 3. cap. 37. ſic tenet: *Aſsimilatur Maria cinamomo, nam hæc planta eſt ſicca, calida, & aromatica. Etenim Beata Virgo fuit ſicca in carne per temperantiam & parcitatem; calida in anima per feruorem, & charitatem; Aromatiſans in vtroque per munditiam, & puritatem.*

Eccleſ.

Ioann à S. Geminian.

Inſuper cinamomi bonitas ex quinque percipitur, in quibus, Mariæ eſſe vmbram, dilucide apparet. Primò, ex colore, quia non debet eſſe nec pallidum, nec nigrum, ſed ruſum, vt patet ex libro de proprietatibus rerum. Similiter Beata Virgo non fuit pallida per vanam gloriam, nec nigra per nebulam alicuius culpæ, ſed per charitatem ſuccenſam ſubruſa. Quare Hieronym. ſerm. Aſcenſion. eleganter effatur: *Totam ipſam incanduerat diuinus amor, totamque repleuerat Spiritus ſancti gratia; vt in ea nihil eſſet, quod mundanus violaret affectus; ſed ardor continuus, ac perfuſi amoris ebrietas.* Hæc Hieron.

Hieronym

Secundò, cognoſcitur ex odore aromatico cerebrum cōfortante, & fluxum reſtringente. Odor ſantitatis Mariæ confortat vires, dū ad benè operandum allicit, virtutemque affectiuam inflaflamat; cuius ſanctitatis puriſsimæ odor fluxum reſtringit carnalitatis.

Tertiò, agnoſcitur ex ſapore, eoquod appetitum acuit. Non aliter Maria appetitum ſtimulat, affectum acuit, deſiderium inflammat.

Quartò, percipitur ex ſubtilitate, quia quo ſubtilius, perfe-

Digitized by Google

fectius eſt;vt ex libro de proprietate rerum patet. Sic Maria, per humilitatem ſubtilis fuit;vt ipſa de ſe: *Quia reſpexit humilitatem &c.*

Quintò;cognoſcitur cinamomum ex virtute multiplici. Specialiter ex ea,quam contra labiorum defectum obtinet, teſte Plinio libro 12. Naturalis Hiſtoriæ. In quo Virginis ſilentium, & taciturnitas apparet,cui Deipara Virgo plurimum opere nauabat, ſemperque in ſermone verecunda,ſi quando neceſsitas eam loquĕdi, cogeret. *Plinius.*

Canticorum 4. Sponſus ſic ad pulcherrimam effatur ſponſam: *Sicut vita coccinea labia tua,& eloquium tuum dulce.* Quare Mariæ labia vitæ comparantur? Quid vita cum Marianis labiis? Præclarè Richardus à Sancto Victore in cap. 19. Cantic. ſatisfacit *Vitæ comparatur; quia ſicut vita conſtringit crines, ne diſſolutè defluant; ſic deuota anima labia ſua ligat, & cohibet, nè mala, vel inutilia loquatur* Ligabat *Maria labia ſua vita ſilentij,& ſicut cinamomum remedia contra labiorum adhibeat defectum.* Quis enim Mariani oris venuſtatem ſimilem in iuuenili corpore exprimet? In qua(verbis vtor Ambroſij)nihil toruum in oculis,nihil in verbis procax,nihil in actu inuerecundum, non geſtus fractior, non inceſſus ſolutior,non vox petulantior;vt ipſa corporis ſpecies,ſimulacrum fuerit mentis, figura probitatis. Vigili ergo cuſtodia Maria labia ſua conſtringebat,nè quid vnquam,aut leue, aut non neceſſarium,vel otioſum proferret, ſed cuncta illius verba ſuauiſſima,præſtantique elegantia prædita eſſent. *Canticorũ. Richard. à S.Victor.*

Sed vt ad noſtrum reuertamur inſtitutum, ad dulciſsimumque nomen Mariæ ſermonem flectamus Comparatur Maria cinamomo; quia ſi iſtius eſt, amara dulcorare, & omnes confectiones dulces,ac ſaporoſas reddere, etiam ad Mariæ inuocationĕ nihil amarum, quod non ſaporetur, neque inſulſum, quod dulcedine non miſceatur. Accipe Cluniacenſem Abbatem ſermone 3. de Annuntiatione Mariæ,eleganter dicentem: *Nomen*(ait) *Mariæ dulce eſt,& ſaporoſum. Poſt beneficium Incarnationis nihil ſapidum, nec ſermo,nec oratio,niſi nomine Mariæ miſceatur. Eccleſ.* 40. *In omni ore quaſi mel indulcabitur memoria illi*, *& ſicut cinamomũ, & balſamũ aromatiſans odorem dedi,&c.* Quid præſtantius? Nihil ſanè amarum Mariæ nomine conditum;nihil inſipidum,ſi tã dulciſsimo miſceatur vocabulo; ipſum fel dulcorat, & acerbitatem dulcedinem conuertit. *Clun. Abb.*

O quam peracerbus profecto cibus erat,quem ſuis liberis tetrica nouerca,& hæc ſerpenti,magis quam Deo morigera, ingeſ-

ſerat; peſtiferum quaſi virus, poſteris cun&ctis infundens. Aſt, Maria ſuccedens, dulciſsima ſuper mel, & fauum; obediens Deo, viris, ac mulieribus antidotum propinauit ſuauiſsimam; in qua omnia dulcedinem ſtillant, lacte fluunt. Ita vt Bernardus de ea ſerm. de verbis Apocalypſ. palam affirmet: *Frequentibus multorum experimentis compertum eſt: Cur obſecro, illam ipſo dulcedinis nomine non cohoneſtemus? Cur etiam tantæ voluptatis cupidi, ad illam cum Eccleſia ſuſpirando, non dicamus; trahe me poſt te, curremus in odorem vnguentorum tuorum. Fauus diſtillans labia tua ſponſa; mel, & lac ſub lingua tua, &c.*

S. Bernar.

Paradiſum illum voluptatis, à præpotente Deo à mundi primordiis concinatum, atque primis parentibus in habitationẽ traditum, cuncto arborum, fructuum, florum fulgore nitentem, ad omnem capeſſendam iucunditatem, præparatum, vmbram extitiſſe Mariæ, ipſamque Deiparam, eius virtutum amœnitatem, gratiarum, donorum amplitudinem, ac præſtantiam deſignaſſe, frequens apud Patres ſermo commemorat; etſi ratio in omnibus eadem non ſit.

Rupertus. Rupertus in Cantica lib. 4. quam plurima huius aſsimilationis adhibet motiua. Specialiter propter cunctarum germina gratiarum, ipſumque vitæ lignum Chriſtum Deum, & hominem. Quẽ Sophronius ſequitur ſermon. de Aſſumption. Deiparæ: *Verè hortus delitiarum* (aſſerit) *in quo conſita ſunt vniuerſa florum genera, & odoramenta virtutum, &c.*

Andr, Cre. Andreas Cretenſis ſermon. in Annuntiation. Deiparæ: Propter ſolatium; in filij voluptatem inſtitutum. Qui diuiniſsimis colonus ineffabili quadam potentia, fluminis inſtar viui parum vterũ Virgineum ingreſſus, & egreſſus; quatuor veluti initiis per Euangelium ſuum orbis faciem irrigauit.

Chryſipus. Chryſipus Ieroſolymitanus Presbyter exiſtimat ſimilitudinem hanc ineſſe, propter arborum, & florum flagrantiam ſermo. de Laudib. ſic fatur: *Aue, quæ es hortus Patris, Aue, quæ eſt pratrũ totius flagrantiæ ſancti Spiritus, &c.*

S. Baſ. Sel. Baſilius Seleuciæ Epiſcopus oration. de Verbi incarnation. propter perpetuam viriditatem, ac lignum ad omnium ſalutem plantatum; *Aue* (inquit) *perpetuo virens caſtimoniæ paradiſus, in quo vitæ lignum plantatum, omnibus ſalutis fructum fudit.*

S. Eprem. S. Ephrem, Diaconus Ediſſæ, oratione de Laudibus Deiparæ; propter immortalitatem; quam quaſi Maria in celera mortis reſurectione obtinuit. *Aue* (ait) *paradiſe delitiarum immortalitatis.*

Tan-

Tandem S. Petrus Damianus ſerm. Annunt. & D Bernardus ſerm. Natiuit. propter Auſtrum illum diuinum perflantem, vt vndique fluerent, & affluerent aromata eius, ſcilicet, gratiarum, inſtruunt; *S. Pe Dam* *S. Bernar.*

Sed prout ad noſtrum redolet inſtitutum, ſuauitatemque Mariani vocabuli confirmat, Egregiè concinit Rupertus loco citato. Vbi inter aliqua, quæ eleganter de paradiſo diſerit, affirmat, in illo, nihil amarum, nihil ſalſum, aut aſperum eſſe; ita, vt aquæ ex natura ſua ſalſæ, ſtatim, ac paradiſi faciem irrigabant, dulcedine afficiebantur. *Aquæ* (ait) *ſuaptè natura ſalſæ erant, & amaræ; aſcendendo autem per illam terræ mammam, ſcilicet, paradiſum, verſa ſunt in dulcedinem, vt dulces, atque potabiles irrigarent terram, & facerent habitabilem, ſeminumque feracem, &c.* Hæc Rupertus. Omnis amaritudo, ac aſperitas, omnis rigor, ſi illam terræ ſuperficiem attingebant; deperdita amaritudine, depoſita aſperitate, dulcedine perfundebantur; cunctaque voluptate plena erat. Quo abſque dubio attinent ſancti Bernardini Senenſis verba ſermone 1. de nomine Mariæ. *O nomen* (ait) *glorioſiſsimæ Virginis ſuauiſsimũ, nomenque iucundiſsimum! Certè non ſum dignus, te nominare. Sed ſi non ſum dignus propter me, ſum dignus propter te.* Et poſt aliqua ipſum nomen commendans, ſic effatur. *Per hoc nomen purgatur cor, mens refulget, animus inflammatur, liqueſcit pectus, dulceſsit guſtus, & decoratur aſpectus.* Sic ſanctus Bernardinus Quid elegãtius? Quid deuotius? Sanè huius ſanctiſsimi vocabuli dulcedinem egregiè ponderat Bernardinus, eiuſque mellitiſsimum ſaporem præclarè manifeſtat. *Rupert.* *S. Bernar. Senenſ.*

Lata à Præſide Pontio Pilato in Ieſum ſententia, omnibus ad crucifixionem confeſtim præparatis, triſtibus æreis ſonãtibus, clamoribus præconum perſtrepentibus, grauiſsimo ligni cõpreſſus pondere, ad Caluariæ locum venit; vbi nudus ligno diris clauis ſuffigitur, ſtratus ſolo. Tandem cruce in altum ſubleuata, inter latrones medius viſitur, furentium hominum, procaciumque linguarum factus ſcopus. Ibi ſepties verba myſteriis plena dat, & inter illa, aliqua ad Matrem referuntur; quæ, poſt diſcipulorum fugam, amicis hinc illucque diſperſis, iuxta crucem ſtabat, illo ſpectaculo lachrymabili aſsiſtens.

Stabat ſanè fida, animi plena, ſuique ſemper ſimilis, ſexu imbecillis, animo conſtans, Apoſtolis fortior; & licet impiorum, & immaniſsimorum hoſtium agmine circunſepta, filijque ſui conſperſa ſanguine, Agnum, ac filium ſuum igne ſuccẽſa, Deo offerẽs. Ad quam ſic filius cruce pendens, affatur. *Mulier, ecce filius tuus.* *Ioan.*

Ioan.

Ioan.19. Cur eam, mi Domine, proprio nomine nō appellas? Cur non inquis, Maria genitrix mea, ecce filius tuus? Baptiſta Mantuanus ſatisfacit quæſito, aſſerens; noluiſſe eam matrem, aut Mariã vocare, ipſius conſulens ſolatio, ne materno nomine amplius eius viſcera torquerentur.

Bapt. Mãt *Talibus, & monuit matrem, ſine nomine matris,*
Ne materna pium laniaret viſcera nomen.

Chryſoſto. Quod prius eleganter Chryſoſt. excogitauit, dicens: *Ideo factũ eſſe, arbitror; ne materno nomine amplius dolor excitaretur. Nō enim tempus tunc erat, matrē dulciter alloquendi, nec nomē matris exprimendi.* Hæc Chryſoſt. Sed aliter ad noſtrum inſtitutũ flectĩ, valet. Certè Chriſtus, ſicut ceruus ad fontes deſiderat aquarum, ita paſſionis ſuæ tormenta, angores, cruciatus, dira ſpicula, acerbiſsimos clauos, ludibria, ac probroſa verba, omniaque dolorũ genera deſiderabat. Quæ ſuffixus cruci, ardenti deſiderio, nimioq; affectu appetebat, in illis *ſitio.* Et vt Ambroſio placuit, *ad huc atrociora tormenta, acerbioraque vulnera cupio* Cũ autē Chriſtus Dominus immaniſsimos ipſos magis, ac magis cōcupiret cruciatus, nihilquod leniret, aut leuaret eos, aut minùs acriores redderet, adhibere, voluit. Et cũ Mariæ nomē dulcoret pœnas, reficiat laſſos, languidos curet, acria leuia, & acerba dulcia conſtituat: ideo Matrē proprio nomine *Maria*, non interpellat; ne ad tam dulciſsimi nominis inuocationē, magnitudo dolorũ leniretur, & acerbitas cruciatũ aliquali dulcedine perfunderetur.

O ingens tanti nominis dulcedo! O quam dulce, & ſaporoſũ eloquium tuum! Liceat mihi cum Seraphico Doctore Bonauentura tota cordis mei alacritate Pſalmum centeſsimum ad oris mei

D. Bonau. refrigerium cōcinnare: *Domina* (ait) *in virtute tua lætabitur cor noſtrum, & dulcedine nominis tui conſolabitur anima mea. De ſedibus mitte nobis ſapientiã, per quã in omni veritate dulciter illuſtremur. A carnalibus deſiderijs concede gratiã abſtinendi, vt lumē gratiæ cordibus noſtris oriatur. Quã dulcia diligentibus te eloquia tua, Domina; quàm ſuauia ſunt tuarum ſtillicidia gratiarum. Gloriam, & honorē pſalã tibi, & nomine tuo glorifabor in ſæculũ* Hæc Bona.

Iuxta Eccleſiam S. Seuerini (recenſet diſcipulus) in Colonia incluſus quidã, abſtractus à carnalibus delitijs, ac mundi blandimentis, habitabat. Hunc cum Matronæ, nobilioreſque ciuitatis fœminæ inuiſerent, & vna ei confeſſa fuiſſet, quod Dominæ noſtræ alloqui, non poſſet ſine mira quadam dulcedine, Cauſam tanti mu

neris

neris ſciſcitata, ſatisfacit. Singulis diebus in honore eius quinque Aue Marias cum totidem venijs dicere, conſueui. Per quæ tantã dulcedinẽ merui, vt omnis oris mei ſaliua tempore orationis in mel videatur conuerſa. Quod cùm incluſus audiſſet, deuotæ fœminæ exemplo per hebdomadam nomen Mariæ, Angelicamque ſalutationem præfato modo, & numero compleuit. Et ecce tantam dulcedinem ſentire, cœpit in illius dulciſsimæ ſalutationis, ac nominis prolatione, in ore, & gutture; vt mellis dulcedinem longè iſtius nominis dulcedo tranſcenderet, ac ſuauitas talis vocabuli omnem ſuauitatem euinceret. Hæc ex diſcipulo Cæſario, &c.

Magnam Hermani erga Mariani vocabuli pietatem, ſuauitatem, quam in eius enuntiatione præſentiebat, omittere, nollo. Qui pijſsimus Pater audiens Virginis nomen in terra proſternebatur; quia odorem ſuauiſsimum ex eo exhalantem ſentiebat. Rem pertratat Surius tom. 2. die 7 Aprilis.

Hermanus quotieſcunque feſtis diebus Conuentui Fratrum non interfuit, ad nomen illud amabile, & amatum velociſsimè ſe humi proſtrauit, & quoad potuit ſine ſcandalo, terræ ſic proſtratus adhæſit; cumque id crebrò faceret contra morem Ordinis, quidam ei familiaris obnixè petijt, eius rei cauſam ſibi explicari. Sentiens ille ſibi obtigiſſe hominem, cui hoc ſecretum poſſet impunè, & cum vtilitate commiti. *Ecce* (inquit) *quoties ad nomen ſacra Virginis humi me abijcio, odor omnium florum, & aromatũ tãta ſuauitatis copia è terra influit in nares meas, vt ſemper illic hære re vellem, ſi liceret Spe ergo recreationis huius ad proſtrandũ feſtinus ſum ſed quia ægre tãta priuor delectatione, tardus ſum ad ſurgendum* Quare nomen Maria Hebraicè, eſt idem ac מרדכר *Mordoror*, quod Hiſpanicè vocatur *almizcle*.

Hinc apud eundem authorem habetur, ſæpenumero Hermanũ iſtũ Beatam Virginem nomine roſæ Pro Mariæ interpellare, quia nomen eius, cunctaque ad ipſum ſpectantia, miram inhalant flagrantiam, ac ſuauiſsimum emittunt odorem.

De Ioſia ait Eccleſiaſticus 49. *Memoria Ioſiæ in compoſitionẽ odoris facta opus pigmentarij; in omni ore quaſi mel indulcabitur eius memoria, & vt muſica in conuiuio vini, &c.* Rectius ergo hoc de Mariæ per dulciſsimo vocabulo effari, & meditari poteſt; ad cuius prolationem, & ſonitum, quid non ſuaue, quid non dulce percipitur? *Colligamus* (annectit author) *quãta ſuauitate cor fratris huius aſſperſerit memoria matris Domini, ad cuius auditum nomen tantus è terra in eius aures invaſit odor. Vere dixerim memoriam* *Eccleſiaſt.*

Ma-

Mariæ in compoſitione odoris factam opus pigmentarij, In omni ore quaſi mel indulcabitur eius memoria, & vt muſica in conuiuio vini, redolens quaſi flos roſarum in diebus vernis, & quaſi lilia, quæ ſunt in tranſitu aquæ, & quaſi thus in odore ſuauitatis. Hæc author, & ſatis oportunè. Quibus verbis præclarè manifeſtat flagrantiam odoriferi nominis Mariæ; cuius elementa, ſyllabæ, accentus adinſtar florum, roſarum, liliorumque odorem ſuauiſsimum afflant, ſuauitatem emittunt, nidoremque placidiſsimum reddunt, quo totus liqueſcit animus, ac deuotiſsimè recreatur.

Hæc omnia pia monitione finiens vocatus iam author, ſic ad talis nominis *Mariæ* cultum fideles cohortatur: *Studeamus & nos nares noſtræ animæ, (quas puto, poſſe dici vim concupiſcendi) purgare ab omni delectatione peccati, vt in memoria abundantiæ ſuauitatis Domini, & chariſsimæ matris eius, noſque delectari, poſsimus, &c.* Sic ſcribit author ſatis piè & ſatis opportunè. Etenim tantum odoramentum, flagrantiaque Auguſtiſsimi nominis Mariæ, & peruerſæ vitæ fœtor, teterrimuſque vitiorum odor non ſe cohærent, non anectuntur, ſed ingenti, aduerſoque bello diſcriminantur.

Certè, ô piè lector, qui peccatis fœtet, qui immundis ſordeſcit culpis, cunctorum flagitiorum ac ſcelerum peſsima officina, libidinum vorago, turpitudinum gurges, omniumque iniquitatum colluuione fœdatus, quomodo odorē iſtum nominis Mariæ percēſere valebit? Non ſic, quia puritas, quia candor omnium elementorum eius non niſi à puris, & mundis percipi, poteſt.

Inſuper ad huius nominis dulcedinem conuocat Eccleſia in eius Officio, dum in laudibus accinit. *Labia mea laudabunt te, ô Maria, quia dulce eſt nomen tuum ſuper mel ori meo, &c.*

ARO-

AROMA IV. PRO VITIIS efrenandis.

Dum Deus præmiaturus adeſt, nihil aſperum, nihil arduum occurrit hominibus.

NAta eſt Maria in mundo, non ſolum ad pauperum auxilium, ſanctorum gaudium; verum in humani generis *Spem.* Quare, Damaſcenus oratione de dormition. Mariæ, præclarè eam acclamat: *Omnium moleſtiarum leuamen.* Cuius aſpectu, cuius nomine, cuius vocis dumtaxat ſonitu, omnes mundi acerbitates ſuaues fiunt, iucundæ apparent. Hæc ſpei natura. Talia ſpei munera.

Etenim ſpes amara dulcorat, aſpera lenit, præmiumque ante oculos apponens, quid non pedes pigrorum, manus oſcitantiũ ad ipſum capeſſendum, excitabit? Hinc ſanctus Eligius homil. 11. *Spes eſt dicta, eòquod ſit* Pes, *& progrediendi facultas.* Ipſa eſt, quæ claudis pedes, infirmis fortitudinem, egenis ſalutem impendit, mœrorem minuit, ac denique intuitu ſpei dolores leniũtur, afflictiones ſolatio permulcentur. *S. Eligius.*

4. Regum 2. De Elia iam iam in paradiſo profecturo, aſſeritur. *Ecce currus igneus, & equi ignei, & aſcendit Elias per turbinẽ in cœlum.* Quis non rotas flammigerantes pertimeſceret? Cui equi ignei ardorem euomentes, prorſuſque accenſi, pauorem non incuterent? Nonne inter elementa ignis terribilior? Haud dubium. Scribit Bernardus ſermone 5. de verbis Iſaiæ, de paradiſi illo cuſtode, Cherubim flammeo ſermonem vocans. *Neque incongruè* (ait) *forſitan Cherubim flammeus traditur, gladius à ligno vitæ pariter inciſo, & inceſſo; quibus nihil carni terribilius, manum prohibeant corporalem, &c.* Exiſtimat author, Cherubim flammeum in oſtio paradiſi appoſitum fuiſſe, cuſtodem, vt difficilior, imo terribilior, aut prorſus impoſsibilis, ignis horrore, creaturis aditus eſſet. Sanè hoc elementum formidinem opponit, deterret, horrorẽ incutit, minas iactat. *4. Reg.* *S. Bernar.*

Cur ergo Elias currus igneos territantes impauidus aſcendit? Cur flammantes ſpernit rotas? Cur animalia accenſa, terroremque inferrentia, non formidat? Non ſtupet? Etenim ſpes præmij, & paradiſus poſsidendus tantum horrorem ſuauitate perfundebat, & gaudium iam iam conſequendum hæc omnia facilima reddebat. Adeſt pulchrè Diuus Baſilius hom. de Baptiſm. *Elias* (ait)

Digitized by Google

D. Baſilius (ait) *currus, equoſque igneos minimè expauit, verum itineris ſuperni deſiderio incenſus, contra formidoſa eſt auſus; ac hilaris, gaudenſque flammantes aſcendit currus, cùm adhuc eſſet in carne.* Hæc Baſilius. Ducebat ad Deum currus ille; in quo vectus, in paradiſum Elias erat aſportandus; & ſic deuorantes flammæ aurę dulciſsimę erant; terribilitaſque furibundi elementi, lenis, ſuauis. Quæ omnia ſpernens Propheta, flammaſque ex carnifices obliuiſcens, intrepidus agreditur, ſpeque paradiſi, amoreque futuræ beatitudinis captus, nullum pertimeſcit incommodum.

Ioſue. Ioſue 1. Poſt mortem Moyſis ſerui Domini, ipſe in Ducem populi eligitur, cui ſic Dominus effatur. *Moyſes ſeruus meus mortuus eſt; ſurge, & tranſi Iordanem iſtum tu, & omnes populi tecum.* Preme illa: *Tranſi Iordanem.* Ac ſi diceret; tibi ex proprio iure Iordanis tranſitus adſcriptus eſt, & reſeruatus; & omnes populi tranſeant tecum; quia ſine te tranſire, prorſus impoſsibile erit. Quid hoc? Porrò, viuente Moyſe, non Iordanis, ſed mare amarũ tranſitur; at poſt Moyſis mortem, ducenteque Ieſu, iam non mare, nõ amaritudo, ſed dulces Iordanis vndæ trãſvadatur. Quid enim non dulceſcit ſpe Ieſum videndi, ac ipſius bonis in illa perenni patria fruendi? Egregie Origenes hom. 1. in Ioſue: *Cùm Moyſes educeret populum de Ægypto, tranſeunt aquas maris, aquã ſalſam,* Origenes. *nec quid quam in ſe dulcedinis cõtinẽs. Hæc, Moyſe Duce, geſta cognoſcimus. Cùm vero Dominus meus ducit exercitum; nuſquam iam mare, nuſquam ſalſus fluctus occurrit, ſed duce Domino meo Ieſu, venio ad Iordanem.* Hæc Origenes. Ducẽs Dominus iter noſtrum, nihil aſperum offendit, nihil auſterum occurrit. Lapides Stephano dulces fuere, craticula Laurentio ſuauis, ſagittæ amabiles Sebaſtiano, Cretes ferreæ lectus floridus Vincencio, trina vſque ad ſanguinis effuſionem flagellacio leuis, ac iucunda Dominico meo, carnis maceratio nectar pretioſum Parenti Franciſco, ſui ipſius profundiſsima abnegatio Societatis Ieſu Fundatori Ignatio pretioſiſsima. Quid mirum? Quis enim æternum illud inſequens Beatitudinis brauium, ipſumque apprehendere, currens, tumentes huius ſæculi amariſsimi difficultatum fluctus ſuaues non reperiet?

Pſalm. 118 Regius Vates Pſal. 118 ſic effatur: *Omnis conſummationis vidi finem, latum mandatum tuum nimis.* O quam ſpatioſum, ac dilatatum iter virtutum! Quot florum ridentes agri! Quot amœniſsimi hortuli, viſu delectabiles! Quot virtutum flores! Quot loca amœna penitendi virentia! Sed miror; quo pacto rex ita latum iter virtutum deſcribat, cum Pſalm. 15. de eodem ſic eloquatur itine- Pſalm 15

ros

re: *Propter verba labiorum tuorum ego cuſtodiui vias duras*. Si *Pſal. 15*
ſpatioſum virtutum iter, quomodo viæ eius viæ duræ, viæ aſperæ, inacceſsibiles, vndique montibus difficultatum vallatæ? Præclare dirimit quæſtionis nodum Guarric ſerm. 5. de Adu. *Durum ſanè* *Guorricus.*
(ait) *& latum virtutum eſt iter. Non aſpicientibus Deum, certantibus coronantem, ac pro laboribus præmium largientem, durum, ac aſperum virtutum extat iter. At percipientibus, & conſiderātibus brauium æternæ gloriæ quod Deus impoſterum aſſeclis ſuis elargiturus eſt, latum mandatum Domini; non aſperum, ſed leue, non amarum, ſed dulce, nō ſalſum, ſed dulcoratū iter Domini. Quod ſi nimis* (ait Guarricus) *arctam viam cauſaris, proſpice finem, quò te via ducit; ſi enim omnis conſumationis vides finem; continuò dices, latum mandatum tuum nimis, &c.* Hæc Abbas. Dulciſsimū erit tibi, planum, amabile, faciliſsimum virtutum iter, quod ducit ad vitam, ſi finem attendas, ſi terminum penetres. Pende, pēde huius noſtri curſus æternum gloriæ brauium; *Et tunc* (liceat verbis vti Chryſoſt. hom 28 in Gen.) *neque gladium times, neque præcipitium, neque ferarum dentes, neque tormenta, neque tyrannorum manus, neque aliquid triſte in hac vita; ſed etſi carbones videas ſubſtratos, quaſi prata, & paradiſos intuens, protinus tranſilies, deſiderium enim futurarum mentem ad aſperam viam currendam, excitabit*. Sic enim Dei ſerui exequuti fuere, qui nimia cordis dulcedine, ac animi voluptate per ignem, & aquam tranſeuntes, tandem in refrigerium venerunt. *Chryſoſto.*

Daniel. 3. *Angelus Domini deſcendit cum Azaria, & ſocijs eius in fornacem, & excuſsit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis quaſi ventum roris*. Quid eſt, quod in medio flāmarum auræ inueniuntur placidæ, ſuauiter rorantes? Sanè Deus ibi aſsiſtens, & illis adſtans flagrantes flammas, ac comburentem ignem in placidum conuertit rorem. Ita Chryſoſt. epiſt. ad Ciriac. *Tunc denique Chriſtus verax Deus, repente mirabili opere diſpoſuit ignem. Ignis enim non ferens iuſtorum virtutem, exiliit foras, & Chaldeos incendit, fuitque illis poſtea caminus pro Eccleſia*. Hæc Chryſoſtomus. *Daniel.* *Chryſoſt.*

ARO-

AROMA V.

Ipſis Spirituum cœleſtium cuneis de perenni beatitudinis fonte potantibus, dulce, ac ſaporoſum nomen MARIA: *ita vt inuocationem illius, veluti gloriam accidentalem ſitiant, & appetant.*

O Quam ſuaue eſt nomen genitricis tuæ, ô Domine! qui vt dulcedinem eius in filios demonſtrares, pane ſuauiſsimo cœleſti Spiritibus æternis præſtito, ideſt, æterna iam beatitudine comparata, adhuc nominis Mariani dulcedinem ſitiunt; ſaporem eſuriunt; & aliquid de accidentali gloria abeſſe exiſtimant, dum ipſum æternis illis regionibus non reſonat; & alternatis vocibus dictitatur. Hoc eſuriunt, hoc concupiſcunt, hoc deſiderant, hoc toto affectu, ac pleniſsimo gaudio depoſcunt. *O nomen* (ait Auguſtinus) *quod nominatur ſæpius in ore peccatorum, & frequentatur dulcius in congregatione iuſtorum.* Preme ea: *Et frequentatur dulcius in congregatione iuſtorum,* ideſt, *in patria,* in æterna illa perenni beatitudine. In hac ergo dulcius frequentatur, hoc eſt, quoties repetitur, maiori dulcedine ſpirituum agmina perfundit, & quanto magis in cœlis perſonat, tanto proprius accurrunt cœleſtium militum ſpiſſæ alæ, omnia roboant cantu, gloriam, pacemque halante.

D. Auguſt.

Pie, ac eleganter excogitauit doctiſsimus Idiota lib. de Cōtemplation. Deipar. cap. 5. ſic fatus: *Tanta virtutis, & excellentiæ eſt tuum ſanctiſsimum nomen, ô Beatiſsima Virgo, quòd ad inuocationem ipſius ridet cœlum, terra lætatur, Angeli congaudent, &c.* Pūge illud: *Cœlū ridet, Angeli congaudent.* Quid eſt ridere cœlū? aut quomodo illæ regiones riſum accipere, & oſtentare valent? Certè Philoſophi de riſu diſerentes, iuxtaque Ariſtotelis mentē diffinientes. Ipſum, ex repentino gaudio superuenienti cordi, oriri, & cauſari adſtruunt. Si ergo riſus nouum, ac recēs deſignat gaudium, nouiter ortam lætitiam indicat, iucunditatem ſuperuenientē annuit, quomodo in beatitudine reperiri valet, quæ ſtatus omnium bonorum agregatione perfectus exiſtit? Si enim in cœlo nouum creſcit lætitia, aliquid gaudij antecedenter deficere, neceſſum eſt. Sanè tanta eſt Mariani nominis ſuauitas, vt ipſis ſupernis agminibus perenni gloria fruentibus, aliqualem gloriæ accidentalis gradum ipſius inuocatio afferat, nouoque gaudio, nouaque beatitudi-

Idiota.

tudine perfundat. Et cum riſus ex nouo gaudio ſuperuenienti cordi, ortum ducat, ad Mariani nominis inuocationem cœlum ridet, noua cœleſtium cuneus gaudia percipit, ſpeciali cœlicolæ afficiũtur lætitia. Quare ipſum toto cordis affectu deſiderant, ſitientique animo concupiſcunt. Huc proculdubio ſpectat egregius S. Bernardi locus ſermon. de Beata Virgin. 96. *Maria omnibus facta eſt, ſapientibus, & inſipientibus, copioſiſsima charitate debitricem ſe fecit, omnibus miſericordiæ ſinum aperuit, vt de plenitudine eius accipiant vniuerſi; captiuus redemptionem, æger curationem, triſtis cõſolationem, peccator veniam, denique tota Trinitas gloriã, filij perſona carnis humanæ ſubſtantiam, vt non ſit, qui ſe abſcondat à calore eius.* Preme ea: *Angelus lætitiam*, quaſi non plenam acceperint, abſente Maria, eiuſque dulciſsima inuocatione non audita. Quare tametſi ipſis ſpiritibus conſummata, atque perfecta inſit ſubſtantialis gloria, atque completa iucunditas, tamen alteram noui gaudij qualitatem eius inuocatio ſuperaddit, ad cuius appellationem miris delitijs perfunduntur. S. Bernar.

Mirũ eſt, & cogitatione dignũ, quod in Cãticis Cãtic. ſcribitur, de ſpiritibus cœleſtibus tam ſolicita cura, ac vigilanti ſtudio de Deipara rogantibus. Etenim Canticorum 3. num. 6. Sic rogant: *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij?* Et c. 6. num 9 ſic inquirunt; *quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi Aurora conſurgens pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis, vt caſtrorum acies ordinata?* Inſuper cap. 8. num 5. ſic agmina Beatorum ſpirituum interrogant: *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto, delitijs affluens, innixa ſuper dilectum ſuum?* Quæ autem hæc in Angelis dubitatio? Ad quid rogant, quod dilucide agnoſcunt, & euidenter ſciunt? Ad minus vnus ex cœleſtibus ſpiritibus, Gabriel, ſcilicet, tale non ignorabat nomen, cum ad Deiparam in ſalutatione alloquutus perſpicuis verbis, dixerit: *Ne timeas Maria*, cognito igitur ab illis Virginis dulciſsimo Mariæ nomine, cur toties de ipſo rogant? Ac ſolicita cura requirunt: *Quæ eſt iſta?* Quæ eſt iſta? Iſtius nominis dulcedine capti, atque illius intenſiſsimo amore perfuſi, audire illud non ſemel, cupiebant, quaſi non beatos ſe ſe exiſtiment, nec plenè ſuauitate in illa æterna beatitudine cumulatos, ſi non per aures in illa ætherea regione Marianum perſonet nomẽ, & per totam cœleſtem auream diffundatur. Rem non obſcurè dilucidat Richardus à Sancto Laurentio lib. 1. de Laudibus Virgin. cap. 2. *Ter ad minus (ait) in canticis in perſona Angelorum quæritur, quæ eſt iſta? Non tantum, quia perſonæ mirantur excellentiam,* Cant. 3. Cant. 6. Cant. 8. Richard. à S. Laur.

Digitized by Google

quæ nec primam ſimilem viſa eſt, nec habere ſequentem; ſed forſitan quia dulce nome Mariæ ſibi deſiderant reſponderi. Etenim antiquis Patribus, Iſaiæ, & cæteris nomen Domini in deſiderio erat, vt inter homines nominaretur Chriſtus, & qui notus erat in cœlo, effūderetur in terra. Sic Angeli nomen Mariæ deſiderabant, nominari, & in notitiam effudi; vt non intra terræ terminos clauderetur, ſed etiam celebre haberetur in cœlis. Hæc Richardus. Quid pulchrius? Dulciſsimum omni ſuauitate refertum in teris Mariæ nomen. Ipſum proculdubio laſſos roborat, mæſtos hilarat, debiles cōfortat, fugat mala, ac quidquid in terra doloris, & tormentorum ineſt, lenit, temperat, dulcorat. Cur ergo in cœlis, ſi dolorem non fugat, ſi tormenta non vitat (quia regio totius delectationis eſt) ſuauitate non cumulabit, aliqualem non afferet lætitiam? Gloriam ſaltem accidentalem non adducet? Sanè quaſi inuidebant Angeli, quod hæc nominis præclariſsima ſuauitas intra terminos terræ clauderetur. Quapropter de illo, repetita vice, iterum, atque iterum rogant, vt etiam in cœlis perſonans, aliqualique afficiens accidentali gaudio, celebre ipſis æthereis auris haberetur.

Hoc quidem ipſa Deipara, immenſo circundata fulgore, S. Brigittæ apparens, his verbis declarauit lib. 1. cap. 19. *Filius meus* (ait Maria ad Brigittam) *quantum etiam honorauit nomē meum, audi. Nomen meum eſt Maria, ſic legitur in Euangelio. Hoc nomē cum Angeli audiunt gaudent in conſcientia ſua, & regratiantur Deo, qui per me, & mecum talem gratiam fecit; & quòd vident ipſi humilitatem filij mei in Deitate glorificatam, &c.* Quæ profectò perſpicua ſunt ſummæ dulcedinis Mariæ nominis argumenta. Ex quibus nota illa: *Hoc nomen cum Angeli audiunt; gaudent in conſcientia ſua, & regratiantur Deo, &c.*

Reuelat. S. Brigit.

Cùm enim cœleſtes ſpiritus magnopere nomen iſtud cœleſti patria perſonare, deſiderent; ipſumque audire ingenti affectu cōcupiſcant; quando per cœleſtem patriæ paradiſum dulciter ſpargitur, lætanter circunfertur, tunc Beatorum agmina in conſcientia ſua gaudent, & pro tanto beneficio, hilariter ſpectato, dulciterque recepto, regratiantur Deo; totuſque venātium cuneus, immenſas de nouo gratias gaudens, atque dulciter ouans, gratanter ræfert, iucundiſsimè libat.

Alibi diſcuſum eſt ex Patrum placitis, Mariam perinde, ac ſtellam interpretari ob plurimas proprietates illi aptiſsimè cōuenientes. Sed inter eas illa in præſentiarum occurrit, quæ à Beatiſsimo Archiepiſcopo Florentino deſignatur, & ante illum S. Bernard. inſinuat, ſermon. ſuper Miſſus eſt. Quia ſicut ſtella non

S. Bernar.

ſolum

ſolum infima perluſtrat, terram clarificat, regionemque terreſtrem illuminat, ſed etiam ipſum cœlum fulgoribus afficit, ac radijs ſuis coruſcantibus ipſum illuſtrat; ſic nomen Deiparæ non ſolum terrā radijs ſuæ dulcedinis lætificat, & illuſtrat, ſed in ſupernis fulget, in æthereis clareſcit, atque ſplendoribus fulgentiſſimis ſui, ea nobis gaudiorum, atque delitiarum cumulat incrementis; ita vt nullus, neque terreſtris, neque cœleſtis ſit, qui ſe abſcondat à calore eius. *Ipſa namque eſt* (ait Archiepiſcopus) *nobilis illa ſtella, orta ex Iacob; cuius radius totum orbē illuſtrauit, cuius ſplendor etiam præfulget in ſupernis, inferos penetrat, terras etiam perluſtrans, & calefaciens mētes, magis quam corpora, fouet virtutes, & excoquit vitia.* Hæc S. Anton. Omnia denique ſacratiſsimum Mariæ nomen; idest, hæc ſtella maris, ſuo implet ſplendore, cūcta perfudit lætitia; nullum, neque in terra, neque in cœlo eſt, quod ſe ab eius dulcedine abſcondat. Terra, audito eo, omnem prorſus acerbitatem ſecutit, cœlum ſuam priſtinam beatitudinis dulcedinem nouo commiſcet accidentali dulcore. *S. Antonin*

Huc reuoco myſticum ſenſum hiſtoriæ illius Rebecæ Geneſ. 34. miſſus Elizer antiquior domus Abrahami in Meſopotamiam ad vrbem Machor, portans decem camellos, & præſtantiſsima munera, proficiſcitur. Peruenit tandem, ipſique Rebeccæ puellæ pulcherrimæ ad fontem, vt hydriam impleret, deſcendenti, occurrit ſeruus, & affatur. *Pauxillum aquæ mihi ad bibendum præbe de hydria tua.* Dedit ne potum? *Bibe mi Domine.* (ait) Cumque illa bibiſſet, ne tanta aquæ ſuæ ſuauitate reliqua priuarentur animantia: Adiecit Virgo; *Quin, & camellis tuis hauriam aquam, donec cuncti bibant.* Effundenique hydriam in canalibus, recurrit ad puteum, vt hauriret aquam, & hauſtam omnibus camellis dedit. Noluit pulcherrima Rebecca, ne tam ſuauiſsimo fonte pauci ſatiarentur; & ſic largo imbre dulcedinis ſuæ cunctos potari, inuitat. Non aliter dulciſsimus Mariani nominis fons. Sed certè vniuerſas irrigat terreſtres, ac cœleſtes creaturas. Adeòque ſcaturit, & irrorat, vt nullus neque in terra, neque in cœlo adſit ipſo madidus, tanquam ſi ſcaturienti fonte appropinquaret. *Geneſ.*

Pulchrè excogitauit Sanctus Bernardus ſub prælatæ hiſtoriæ cortice, ſic fatus. *Quærit Angelus puellam, quam parauit Dominus filio Domini ſui. bibit ipſe de hydria tua, ò Virgo, cognata ſibi virtute delectatus. Sed nunquid. non, & iumentis potum tribues? Bibit Angelus, quod virum non cognoſcis; bibant iumenta, quod de humilitate ſingularite glorieris. Sed ne* *S. Bernar.*

fortè, ne in his quidem duabus metretis plena eſt hydria tua? Capax eſt etiam tertia, vt non modo Angelus, & iumenta; ſed etiam ipſe bibat Architiclinus; patrem loquor, qui principium Trinitatis Architiclinus iure vocatur. Ait ſanè Angelus fœcunditatem Mariæ commendans (quæ tertia eſt metreta) quod ex te naſcetur ſanctum; vocabitur filius Dei. Ac ſi dicat, cum eo ſolo eſt tibi generatio iſta communis, &c. Omnes inſuper tam cœleſtes, quàm humanæ affectiones, ac voluntates ſuauitate huius vocabuli adimplentur. Et quæ in terris creaturæ, & qui in impereis incolunt habitaculis. Infirmi, debiles, laſsi, fortes, peccatores, iuſti dulciter imbibunt; Angeli ex ipſo lacte hilariter potant, Æternus Pater in illo iucundiſſimè complacet, vt ſic nemo ſit è diuinis, vel creatis, qui de Mariæ nominis dulcedine non capiat.

Huc attinet illud Eccleſiaſt. 42. *Sol illuminans per omnia reſpexit, & gloria Domini plenum eſt opus eius, &c.* Vbi per Solem Deiparam Mariam capit Seraficus Præceptor. Sed quare? Quid eſt in Sole, quod ita Mariæ ſimilitudinem referat, imaginem depingat? At, ſi Sol eſt Maria, quomodo cœlum fulgoribus ſuis radiantibus ſplendeſcit, cum lucerna eius ſit agnus, & Dei claritas illuminet eam? Sanè, quia adeô efficaciter, & vniuerſaliter Maria illuminat, vt nullus neque in cœlo, neque in terra eius ſplendentes micatus ſubterfugere valeat. Sic in Speculo lection. 3. *Maria per omnia illuminat cœlum, per lucidiſsimam gloriam ſuam, ſicut Sol mundum; & ita Sol illuminans, & opus Domini excellentiſsimum eſt Maria.* Hæc Diuus Bonauentur. nec diſſentit S. Bernardus ſermon. 1. Aſſumption. *Mariæ præſentia totus illuſtratur orbis, & ipſa cœleſtis patria clarius rutilat virgineæ lampadis irradiata fulgore.* Huc vſque D. Bernar.

Hæc vocabuli Mariani inuocatio quomodo adhuc eſſentiali viſione fruentibus ſuauitatem afferat, ac dulcedinem ingerat; ſi Athanaſio Magno fidem adſtruamus, robuſtiſsimo conſtabit fundamento. Cuius verba apud Caniſium lib. 3. capitulo nono, relata, hic reſcribere lubet: *Gabrielis iſtud præconium* (Aue Maria) *non hominum tantum, ſed etiam tali reginæ, gratulantium eſt propriũ, quod partim in terreſtri, partim in cœleſti Eccleſia ſuum habere vſſum debet, ac tres quidem Angelorum Hierarchias, non ſine magna, & ſonora voce, his verbis identidem decantare ſcribit.* Sic Caniſius ex ſancto Ambroſio. Quibus adiungere decreui illud percelebre Andreæ Cretenſis elogium de dormitione Mariæ: vbi hoc Angelorum gaudium acutè perpendens, ſic ad Mariam affatur:

S. Athanaſ. *And. Cret.*

Salut

Salue perpetua Angelorum chorea. Ideſt, illa in qua lætiſsimis tripudijs exultant,& congaudent Angelorum Chori, & totus cœlicus ordo inenarrabili ſuperfunditur lætitia.

Non omittam melliflum Doctorem ſermone primo ſuper Miſſus eſt, expendens ea: *Et nomen Virginis Mariæ. Nominat* (ait) *Virginem, ſponſum quoque Virginis.* Vt quid hoc? Sic dubitat, ſed ſic nodum ſoluit, ſermon. 2. *Virgo regia, gemmis ornata virtutum, geminoque mentis, pariter, & corporis decore præfulgida, ſpecie ſua, & pulchritudine ſua in cœleſtibus cognita cœli ciuium in ſe prouocauit aſpectus, &c.* Hæc Bernard. In cœleſtibus præfulget Mariæ nomen, eiuſque dulcedini allecti ſpiritus cœlici ipſam inuiſere, ipſam intueri, congaudebant. *S. Bernar.*

Extat huius veritatis pium teſtimonium apud diſcipulum Cæſarium, Vincentium Veluacenſem, & alios probatos Authores. Cœnobio quoddam Carthuſiani Ordinis, de Patribus, quidam anno Domini 437. in extaſi poſitus, Raptuſque vſque ad Impyreum cœlum, inter mirabilia; quæ in ſpiritu contemplatus eſt, inſpexiſſe, fertur. Vidit, & audiuit, quod omnes electorum tum Angelorum, tum hominum cunei ipſum Roſarium cum ſuis meditationibus dulciter, ac deuotè concinebant, ad quanlibet meditationem vitæ Chriſti Alleluia ſuauiſsimo concentu addentes. Inſuper vidit, quod quoties *nomen B. Virginis* nominabant, ibi humiliter, maximaque cordis alacritate ſe humiliabãt, ac proni, deuoti humile impendebant obſequium, hocque tanto gaudio ſuperfuſi exequebantur, vt mira auiditate, ætherea illa agmina tale perſonare nomen ingenti deſiderio concupirent. Quod poſtea Abbas in ſe reuerſus, firmiſsimo fulciuit teſtimonio Hæc ex Dicipulo, & alijs. *Diſcip. Cæſarius, Vinc. Velv.*

Hinc in ſacro Prædicatorum Ordine ſancitur in conſtitutionibus diſt. 1. de inclinatio. c. 2. *Item inclinamus vſque ad genua, quando nomen B. Mariæ nominamus, &c.* Præcipiẽtes, vt quoties tale nomen proferunt fratres, ob eius reuerentiam, demiſſo capite, in terram ſe ſternant. Tanto ergo affectu, tantaque reuerentia iſta ſacratiſsima Religio erga ſuauiſsimum nomen afficitur. Cuius moris, ac vniuerſalis Eccleſiæ meminit Petr. Bleſenſ. ſerm. 28. in Aſſumpt. Virg. *Nec fruſtra conſueuit Eccleſia interceſsioni B. Virginis affectuoſiꝰ cæteris implorare, ita quod audito eius nomine, genua terræ affigat, imò pro nominis reuerentia quaſi mare confrageſum ſonant vota populorum, &c.*

AROMA VI. PRO VIRTVTIBVS amplectendis.

O quam ingens diuinæ gloriæ dulcedo, quam ſuis certantibus præparauit Omnipotens.

COncinnè S. Maximus Mariam Mannà appellat, hom. de Ramis Palmarum. Quia ſicut illud omnium ciborum, ac epularũ ſapores amplectebatur; ita, vt nihil ſuaue, nihil dulce deficeret, ipsũ prægustanti; ſic habito Mariæ nomine, eius voce, in ore perſonante, nihil deſt, cuncta ſuppetunt. Lautũ ſanè, ſplendidũ, ac magnificũ epulũ nomen Maria omnibus extructũ: *Ipſam Mariam* (ait Maximus) *Mannà dixerim, quia eſt ſubtilis, ſuauis, & Virgo, &c.* Sapit, ſapit nomen Maria cœleſtem beatitudinem,

O quã ingens beatido! O quã glorioſa dicuntur de te ciuitas Dei! O Triumphans Eccleſia! O Curia cœleſtis Ieruſalem! O Beatorum Patria! Beati omnes, qui diligunt te, qui præordinati ſunt ad ſocietatem tuam; in te ſumma fœlicitas, quoniam intelligetur in ſuo principio certiſsima Deitas, apprehendetur incomprehenſibilis Trinitas, Deitatis arcana patebunt. Cuius beatitudinis commutatio tanta erit, vt eius affluentiam torrentes voluptatis nullatenus haurire, valebunt.

Lucæ 16 Seruo fideliter miniſtranti, ac de talentis exactam, ac ſolertem rationem reddenti, Dominus eius ſolicitudinem præmiaturus effatur. *Intra in gaudium Domini tui.* Quæ verba obſcura primo intuitu apparent, etenim gaudia hominum pectora intrant, ac viſcera eorum lætitia perfundunt; quomodo nunc ſeruus fidelis in gaudia intrare iubetur? Certè, quia tanta eſt cœleſtis paradiſi ingens voluptatis affluentia, vt intrare in noſtrum non poſsit pectus, & ſic ipſum ſeruum in illa æterna gaudia intrare, præcipitur. Quod eleganter, ac ſatis peracutè cogitauit Caietanus ad hunc locum: intra in gaudium Domini tui. *Quando* (ait Caietanus) *tam magnum eſt gaudium cœleſtis patriæ, vt non poſsit concludi in homine, & ideo intrat homo in gaudium illud, incomprehenſibile: non intrat gaudium illud in hominem, veluti comprehenſum ab homine. Et quia breuia ſunt quædã ſæculi bona à quolibet comprehenduntur, vt nihil alteri poſsidendũ remaneat, ideò ſemper de poſſeſsione contendunt, vno enim poſsidẽte, alterũ vacet, neceſſe eſt.* Hæc Caietanus. Et quid ſubtilius? tanta enim gau-

Luc.

Caietanus.

Digitized by Google

gaudia quomodo in cordibus hominum poſſunt comprehendi, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in creaturarum pect• aſcenderunt? Vna erit ibi omnium lingua, iubilatio conſumata, indefeſſa, vnus affectus, vna voluntas, idem cor, eadem in omnibus æterna laudatio, ibi Angelorum, & hominum ex parte obiecti vnum gaudium, colloquium dulce, vnum lautiſsimum conuiuium, ac denique ex viſione clara Dei indeficiens alacritas lætitia inenarrabilis.

De Abrahamo Gen. 5. profertur, quod fori- educto ſic Dominus eſt allocutus: *Suſpice cœlum, & numera ſtellas, &c.* Nõne poſſet Abraham domo manens, cœlum ſuſpicere? Stellas numerare? oculos in cœlum erigere? Haud dubium. Quare ergo foras extrahitur, dum cœlum ſuſpecturus eſt, oculoſque in altum intenſurus? Sanè quando cœleſtia eſt percepturus Abraham, de domo educitur, quaſi illa bona, quæ reſpiciebat cœleſtia, in domo ſua cõprehendi, nequirent. Tranſcendunt enim humanam capacitatem diuina munera, cœleſtia promiſſa. Quod Franconius adnotans, ſic enucleauit lib. 13. de gratia: *Foras* (ait) *educitur, quia fides intra anguſtias humanæ fragilitatis non clauditur. Non poteſt vllus hominũ tantã gloriæ magnitudinẽ ſuſtinere; neque in tãto exiguo animæ puteo, torrentem voluptatis gloriæ cõprehendi, &c.* Sanè impar eſt domus noſtra tantis futuræ gloriæ inacceſsibilibus bonis. Intret, intret ergo ſeruus in gaudia, creatura in Creatorem, guttula in mare, riuuli in flumen. Ibi intra Dominum, ſeruis vera pax erit, ſerenitas mẽtis, tranquillitas cordis, ſumma fœlicitas, vitæ æternitas, quæ omnia intra vnius animæ anguſtias nequeunt coarctari.

Geneſis. Francon. Pſalm.

De futuræ gloriæ magnitudine accinens Propheta ſic Pſal. 71. *Deſcẽdet ſicut pluuia in vellus, & ſicut ſtillicidia ſtillãtia ſuper terrã.* Vbi nõ ſolũ in vellus, ſed ſuper terrã deſcendere, dicitur, vniuerſãque eius plenitudinem replere. Sed quare ſic? Quia in nullo creato loco gloria diuina ſtagnari, valet. Hinc homo, vt hanc diuinã capiat beatitudinẽ, intrat Dominũ, illudque ſpatioſum mare diuinitatis adnatat, vt eius gloria fruẽs, premiũ ſuorũ meritorum apprehendat. Adeſt Philo lib. de petulãt. *Nec donorũ quidẽ largitatis quiſquam capax eſt, ne fortaſsè, nec mundus hic quidẽ ſed quaſi parua lacuna in fluente magno gratiarum Dei fonte, celerrime repleta, ſuperfluit* Quid elegantius?

Phil. Hebr

Nonne hæc omnia figurata conſpiciũtur in Virginibus fatuis, ac in illa muliere Eliſeo hoſpitiũ eligente? Quis ambigit? Virginibus fatuis oleũ in vaſis defuit, Mat. 25. & ſic illis clauſa eſt ianua: Eliſeo autem Prophetæ magno non fuit oleum, defuerunt vaſa.

Matth.

Digitized by Google

Quæ loca Hugo Victorinus inter ſe ſe conferens, & adaptans, ſic *Hug. Vict.* eleganter premit lib. 1. Miſcell. cap. 51. *Habet* (ait) *oleum Deus, habet oleum, & mundus. Ad oleum Dei vaſa deficiunt, oleum mundi in vaſis deficit. Oleum Dei dulcedo æternorum, oleum mundi dilectio præſentium. Illa ſufficit, iſta deficit.* Sic Hugo Victorinus. Oleo diuinæ gloriæ deficiunt vaſa, quia quantumcunque de illo perennes cælibes potentur, adhuc ſufficit, adhuc ſupereſt. Et ſic in quolibet animæ vaſe comprehendi non valet, ingens eſt enim illius iucunditatis torrens. At non ita, delectationes mundanæ, quæ ſemper in vaſis deficiunt, & ſicut paruæ protinus euaneſcunt, celeriter pereunt.

Huius autem diuinæ gloriæ tanta eſt dulcedo, vt ſi illius dũtaxat guttula acerbiſsimã Tartarorum amaritudinem penetraret, ac in inferna deſcenderet (audeam dicere) quòd omnẽ prorſus ignem extingueret, ac amaritudinem dulcoraret.

Epulonem illum diuitem ſulphureis flammis ſuffocatum Luc. 16. intueamur. Is in tanta dolorum acerbitate, in tanto flãmarum incendio, in tam dira tormentorum vi, in incomparabili pœnarum amaritudine; totus ignibus Tartareis circunſcriptus, eleuans oculos ſuos, exclamat: *Abrahamque* interpellat, dicens: *Pater Abraham miſerere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti ſui in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.* Mirabile certè, quod in tanto dolorum cumulo, in tanta pœnarum acerbitate, in tam feruente rogo, vnam expoſtulet dumtaxat? Quare, ô diues, ſpatioſum mare non appetis, *S. Auguſt.* vt tam magnum deuoret ignem? Præclarè Diuus Auguſtinus in ſolilo. lib. 1. cap. 3. exiſtimat vnam guttulam ex optatam fuiſſe à diuite, quia ſi ipſa in infernum deflueret, (quia gloriæ guttula erat) omnem prorſus acerbitatem leniret, ac ignem expelleret. *Tanta eſt* (ait) *dulcedo gloriæ, vt ſi vna tantum gutta in infernum caderet, totam eius amaritudinem dulcoraret.* Hæc Auguſt.

O magna dulcedo gloriæ! O Regnum beatitudinis ſempiternum! O fœlicitas fœlicitatũ, vbi (verba ſunt Auguſt. in ſoliloq. cap. 35.) iuuentus numquam ſeneſcit, vbi decor nunquam maceſcit, vbi gaudium nunquam decreſcit, vbi vita terminum neſcit.

(?)

ARO-

AROMA VII.

Quam duritiem non emolliet, quod ferreum pectus lenitate ſua ſanctiſsimum nomen MARIA *non penetrabit?*

BEnedictio illa, quam iam moriturus Moyſes Dei fidelis Amaſſius filijs Iſrael elargitus eſt, plurimum continet myſterij. Venio ad ea, quæ tribui Zabulon enunciata ſunt. *Zabulon lætare in exitu tuo, & Iſachar in tabernaculis tuis, populos vocabunt ad mõtem; ibi immolabunt victimas iuſtitiæ, qui inundationes aquarum quaſi lac ſugent.* Per Zabulon, *Mariam* intelligo, nam *Zabulon*, idem eſt in Hebræo, ac *habitaculum, vel templum.* Quod concinnè Mariæ competit, cùm eam in templum, ac ædem ſui conſtruxerit omnipotens. Quo præhabito: *Sic Moyſes, inundationes maris, quaſi lac ſugent*, ideſt, ea, quæ maris inundatio eijcere ſolet, quaſi lac dulciſsimum ſugent, *Geneſ.*

Quid eſt ergo, quod maris aquas, quæ ſuaptè natura ſalſæ, ac inſipidæ ſunt, ſemota amaritudine, tanquam lac dulce comedent? Non ne inundationes maris amaricatæ exiſtunt? Nonne ad os eas accedere, prorſus eſt intolerabile? Quomodo ergo tanta amaritudine affectę aquę ebibi, poterũt? Oleaſter, & Septuaginta ſic trãſferunt: *Diuitias maris ſugetis*; & Chaldæus; *Subſtantias populorum comedent.* Sed iuxta Richardum à Sancto Laurentio lubet hunc locum ad Mariæ cultores reddere. Ac ſi dicat; inundationes maris quaſi lac ſugent; hoc eſt, quod amarũ, & inſulſum exiſtit, quod amaritudine reſperſum, quod vndequaque inſipidum apparet, adeò Mariano nomine dulcoratur, & ſuaue fit, vt quaſi lac ſugi, ac deglutiri, valeat. Nihil certè amarum, Mariæ vocabulo conditum; nullum non dulce, eo perſonante, non ſaporoſum, non totum deglutibile, ac guſtui delectabile. Pulchrè ad rem Richardus à S. Laurentio lib. 2. de Laudibus Virgin. cap. 3. *Maria* (ait) *amarum mare, eoquòd vniuerſas mundi delitias conuertit in amaritudinem de ſe fideliter cogitanti; & mundanas amaritudines ſuis imitatoribus dulces facit, reputari: Deuteronom. 33. Inundationes maris quaſi lac ſugent, ſcilicet, imitatores Mariæ.* Hæc Richard. Quid acerbius mari? Quid amarius eius amaritudine? Quid intolerabilius iſtarum aquarum potu? Quis ergo tam acerbam amaritudinem lenire poterit? Dulcorare valebit? Sanè nomen Auguſtiſsimum, ac dulciſsimum Maria. Hoc ergo dũtaxat, inundationes maris quaſi lac

Oleaſter. Septuag. Chaldæus. Richard. à S. Laur.

Richard.

lac ſugetis,& id,quod guſtui intollerabile apparet, ammiſſa acerbitate,humano gutturi dulce redditur.

Aliqua reperiuntur nomina omnia vndequaque terrore circundata. De quibus Ouidius cecinit.

Nomina ſunt,ipſo penè timenda ſono.

Quale fuit illud Hectoris apud ipſum Poetã in perſona Penelope

Nomine in Hectoreo pallida ſemper eram.

At Mariæ vocabulum dulciſsimum,& iucundiſsimum. Cuius dulcedine, quodvis pectus tametſi duriſsimũ, liqueſit; & omnis guſtus dulceſcit. Sic de ſe S.Bernar. Senenſ.piè, ac dulciter fatetur. S. Bernar. Senenſ. *O nomen(ait)glorioſæ Virginis ſuauiſsimum,nomenque iucundiſsimum:per te,ò Maria,franguntur vincula ſoluuntur deuita,vincuntur vitia,ſolidantur confracta,recuperãtur perdita, renouantur vetera,roborãtur infirma,incepta promouẽtur,infecta proficiũtur,perfecta cõſeruãtur Dæmones fugãtur,purgatur cor,mẽs refulget,animus inflãmatur,liqueſcit pectus,dulceſit guſtus, & decoratur aſpectus.* Hæc ille. Et quid illuſtrius? Sanè ad omnia efficax remediũ hoc dulciſsimũ nomen, terriſque á ſupremo Cõditore condonatum,vt ſit illud veluti Dei Optimi,& Maximi Vicarius, quod ad ardua quæque peragenda,veluti omnipotens exiſtat, eiuſdẽ æterni Conditoris vicem gerens.

Cãtic.3. De Maria per deſertũ in cœlũ aſcendentẽ, ſic dulciter rogat ſpõſus: Canticorũ. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertũ,ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ,& thuris, & vniuerſi pulueris pigmẽtarij?* Iſtum locum de Maria accipiendum eſſe, concors Patrum ſententia eſt.

Sed alienũ profectò videtur,& indecorũ fulgentiſsimæ illi maieſtati,quæ circũvallata ſplendoribus in cœlum euehitur,ſi fumo, materiæ exili,& obſcuræ cõparetur. Fumus enim,cõsũptæ ignibus materiæ,veluti cadauer quodam eſt, in quod reſoluta euaneſcit. Cur ergo Virgæ fumi?Et cur iſti,ex vniuerſo puluere pigmẽtario confectæ,aſsimilatur? Eleganter ſatisfacit Hieron.ſer.de Aſsũpt: Hieronym *Propterquod ex perſona ſupernorũ ciuiũ, in cuius aſcenſione admirãs Spiritus ſanctus,ait Cãticis;quæ eſt iſta, quæ aſcẽdit per deſertũ, ſicut virgula fumi ex aromatibus.Et bene ſicut virgula fumi,quia gracilis,& delicata,quia ex diuinis extenuata diſciplinis,& cõcremata intus in holocauſtũ incẽdij pij amoris, & deſiderio charitatis.*

Hæc

Hæc Hieron. Vide ergo, Mariam ſicut virgulam aſcendentem, totam prorſus ſpiritualem,& delicatam, omni affectu terreno deſtitutam,ac incendio pij amoris filij concrematam.

Sed percontaberis, quare ex vniuerſo puluere pigmentario? Philip. Diaz per hanc aromatum pluritatē Deiparā circundantē, vniuerſos Mariæ,& Chriſti progenitores accipit ſerm. 2. Natiuit. Mariæ *Hi ſtoraces* (ait) *myrrhæ, diuerſaque aromata, ſunt omnes Chriſti Domini progenitores, quorū ſacra hiſtoria meminit. Fumus autē odorifex, qui ex illis omnibus ad Deū placandū exiuit, fuit ſuperna hæc cœlorū Imperatrix. In illa Patriarcharum pietas, in illa Prophetarū zelus, in illa Sacerdotū pius affectus, atque deuotio, in hac denique Regū magnanimitas, atque præſtantiſsima virtus extitit, &c.* Vbi per plures ſtoraces myrrhæ, thuris, vniuerſique pulueris pigmentarij, quid niſi vniuerſi Chriſti, & Mariæ parentes expenduntur. Phil. Diaz

Sed puluis horū aromatū, quæ mira ſuauitate odoratū recreat, & inter flāmarū ardētiū rogū eiecta ſuauiſsimū odorem ſpargunt, quid deſcribit? Certè nominis Maria ſuauitatē, eius præſtantem odorē; quo, quodlibet mundanū reſperſum, ſuauitatē redolet, fragrantiā inhalat: ſic Fernandius in Gen. c. 39 ſect. 1. n. 9. vbi inquirens, quare Maria dicatur myrrha, & thus? ait: *Denique in myrrha, & thure, puluere pigmentario, cunctiſque aromatibus, videtur adumbrari ſuauiſsimam illam fragrantiam nominis Mariæ. Quo audito, Deus ipſe, cœleſtes etiam, iuſtique viri, pluſquam omnibus terræ etiam flagrantiſsimis odoribus perfunduntur. Quænam quæſo complurium odorum, aut artificioſior, aut præſtantior, aut etiam ſuauior mixtura aut fingi, aut eſſe poteſt, quàm ſit omnium gratiarum, donorum, virtutumque Virginis ab ipſo diuino Spiritu facta compoſitio? O dulciſsima Maria, ſit* nomen tuum *thus, ambarum, moſchus, lilia, roſaque pratorum, &c.* Hæc Fernandius, & ſatis ad rem,& opportunè. Fernand.

Mos eſt inter homines, ſi aliquando aliqua male olentia, aut fœtido affecta odore exiſtunt, ea aromatizare,& ſuaui aliqua perfundere flagrantia, vt ſic odoratum recreent, ipſiſque ſēſibus præſtantiſsimum ſpargant odorem. Omnia, quæ in mundo ſunt, peccatorum ſpurcitia teterrimum emittunt odorem; niſi autem perfundātur his aromaticis thuris,& myrrhæ ſpeciebus, alijſque vniuerſi pulueris pigmentarij ſufferri, non poterunt. Ad hoc ergo in ore peccatorum aſſumendum eſt, vt ab eis ſuorum peccaminum graue olentiam expellant. Quare Diuus Auguſtinus apud Cluniacenſem ſermon. 3. Annunt. ſic exclamat. *O nomen, quod nomina-* Abb. Clun

Digitized by Google

Abb. Clun. *minatur ſæpius in ore peccatorum, & frequentatur dulcius in congregatione iuſtorum.* Hæc Auguſt.

Diſcutiendum dat Abbas Cluniacenſis; Cur huius ſanctiſsimi nominis media ſyllaba longa eſt, & non breuis? Nonne congregationes aquarum appellantur maria, media correpta? Quare vocabulum Deigenitricis, *Maria*, non ſic mediam corripiet, & non acutam, aut longam faciet?

Opportunè, & eleganti ſtylo huius nominis accentum myſticè acutum exponit vocatus author per hæc; *Nomen tuum* (ait) *& memoriale tuum in deſiderio animæ. Sapor autem ſpecierum nō perfectè perpenditur, niſi ſpecies diutius maſticentur; ideò media nominis huius Maria longa eſt, vt in eius nominatione diutius immoretur. Sed dum aromaticum quid maſticatur, os debet claudi, ne incautè aromatica dulcedo amittatur. Sed ſi plenè deſideras, iſtarum delitiarum dulcedinem guſtare, os clauſum habe ad turpia, & per regulare ſilentium pone cuſtodiam ori tuo, &c.* Accentus longus eſt huius per dulciſsimi nominis Maria, vt diutius in ipſa pronunciatione immorati, eiuſque ſyllabis labiorum verberatione in ore maſticatis, intenſius flagrantiam mitat, ſicut aromata, quæ quantò fortiu prę[illegible]ntur, tantô dulcius, ac flagrantius redolent; ſic, quāto longior Mariæ vocabuli pronunciatio exiſtit, tanto iucū[illegible]ius, & longiori mora ſapor huius nominis perpendatur, & gutur ſuauiſsimè delectetur.

Hinc ergo præfixum ſancti Auguſtini elogium, quo vernanti calamo ſuauiſsimum nomen Maria commendat, diuiniſq; laudibus eff[illegible]rt, & exornat: *O nomen* Maria, *quod nominatur ſæpius in ore peccatorum, & frequentatur dulcius in congregatione iuſtorū, &c.*

Inſuper D. Chryſoſtomus non ſemel Deiparam pro nomine *Maria, centrum* appellat. Encomium ſanè primo aſpectu captui obtruſum. Quæ igitur Mariæ cum centro comparatio? Maria ſuper Choros Angelorum ad ætherea tabernacula euecta, centrum ſub pedibus humanis conculcatum, tritum; illa ſublimis, iſtud infimum; illa exaltata, iſtud abiectum; illa oculis ſpirituum, ac beatorum patefacta, iſtud ab humanis intuitibus reconditum, inuiſum. Vellè, vellè equidem Deipara ejuſque nomen Maria centro comparantur. In centro vtique res tranquillo amplexu, ſuauiſsimo vinculo, ac fœdere amico copulantur; ita taliter, vt ea, quæ extra illud opponuntur, diſcriminantur, æternaque pugda diuelluntur, in centro eadem miram ſuauitatem redolentia amicabili, ac ſuaui vinculo conſtipantur. Non aliter in Maria, ac eius dulciſsimo

Digitized by Google

vocabulo nulla rixarum acerbitas, nulla præliorum durities, nullus inimicitiarum rigor; ſed ſicut centrum ſociat, ac omnia in ipſo pacata continet, ita Maria ſuo ſanctiſsimo nomine omnia ſuauitate allicit.

Huc reuoco verba Christi Domini in cruce affixi. Ioan. 19. ad parentem ſuam Mariam: *Mulier ecce filius tuus.* Verba equidem humano viſu parum ſuauitatis redolentia. Cur mi Ieſu parẽtem tuam, quam tenere amas, quam tota proſequeris dilectione, quam totis viſceribus concupiſcis, ſuo Mariano nomine non appellas? Perpulchrè Nouarinus vmbra Virginea, numer. 1185. quæſtionem dirimit, dicens: *Carere hoc ſolamine voluit, quod habere illius nomine prolatione poterat, vt cumulatior eſſet eius paſsio, & amaritudo; ac ne videretur, fellis amaritudinem, Mariæ nomen proferens, temperare Tam dulce quippè Mariæ nomen eſt, &c.* Non erat tunc tempus dulciter alloquendi, non erat occaſio potionis ſuauiſsimæ, quando Christus Dominus magis, ac magis potionis amaritudinem ſitiebat, & fel amariſsimum tormentorum deſiderabat. Si ergo talem potum omnigenæ acerbitatis exoptat, quomodo Mariæ vocabulum totum dulce, ac ſaporoſum ſub lingua eius? Remoueat, remoueat igitur huiuſmodi nomen Maria, ne tota paſsionis acerbitas leuis fiat, cuncta tormentorum vis ſuauis, cruciatuum immanium fel dulcoretur, ac prorſus deglutibile appareat. *Ioan.* *Nouari.*

Corpus ſacratiſsimum Mariæ iam exanime ad paradiſum, immortalitatis patriam, poſtulabat, vtpotè immortalitate candidatum. Idcirco, eos, qui per vniuerſum orbem terræ diſperſi erant, iuſſus diuinus, nempe nubes, tanquam quodam rete vrgebat ex finibus terræ, veluti quaſdam aquilas cogens, & congregans: *Vbi enim corpus, ibi congregantur, & aquilæ.* Dixit veritas. Celeriter veniunt, cingunt enim Marianum corpus hæ aquilæ, illudque, Apoſtolica acie vallatum, humare pergunt; in cuius loculo Angelorum cantus, ſimulque hymnodia Apoſtolica per tres permanſerunt dies. Poſtquam Angelico ceſſante concentu; cum vnus Thomas, qui abfuerat, poſt tertium diem veniſſet, & quod Deus ſuſceperat, corpus adorare voluiſſet, tumulum aperuerunt, ſed omni ex parte ſacrum corpus nullo modo reperientes, odore ineffabili repleti, loculum clauſerunt. His ergo aſcitis, ſic Damaſcenus ſepulchrum glorioſum rogat: *Vbi nam eſt aurum illud purum, quod manus Apoſtolorum in te condiderunt? Vbi diuitiæ, quibus ditabaris? Vbi pretioſum illud vnguentum, quo ſuauiſsimum fundebas odorẽ? Quomodo terram noſtram orbatam tanto theſauro relinquis? Quomodo* *S. Damaſ.*

Digitized by Google

modo tanto munere nudam? Hæc Damaſcen. Sed rogo, quid ſolatij in orbe lacrymarum, illo abſente, relinquetur? Quid dulcedinis in orbe, tanto nectare ſublato? Sanè cuncta in orbe remanebunt acerba, cuncta aſpera, ac inſipida.

S. Bernar. Non ſic, ait Bernardus ſermon. in Natiuit. Mariæ de aquæductu Quia hominibus ſuauiſsimum Mariæ nomen relictum, aſpera dulcorabit, inſipida in ſaporem reddet: *Fœcundæ Virginis* (ait) *amplectitur cœlum præſentiam, terra memoriam veneratur. Sic nimirum totius boni, illic exhibitio, hic tenuis quædam libatio primitiarum.* Hæc Bernardus. In quo autem erit hominum ſolatium? Reſpondet Bernardus: *Ibi res, hic nomen. Cœlum præſentia gaudet*

Idem. *Virginali, & ipſa præclarum gloriæ ſanctorum agminibus exiſtet ornamentum, at luti noſtri gloria remanebit nomen eius, hoc eſt, eius vocabulum, &c.* Abſterget omnem lacrymam ab oculis ſanctorũ, & iam non erit, neque luctus, neque clamor, nec acerbitas, nec ærumnarum durities, nomine Maria perſonante.

Ante Mariæ glorioſam in æthera Aſſumptionem: in ipſa, & corpus, & nomen recondita erant. Sed poſtquam paradiſus Deiparam ouanter ſuſcepit, terra, & cœlum pretioſiſsima ſpolia diuiſerunt. Cœlum corpus (quia cui placuit, ex Maria Virgine carnẽ ſumere, & hominem fieri, & naſci; cùm eſſet Deus Verbum, & Dominus gloriæ ſic voluit) terra autem in patrocinium ſibi nomen Mariæ ſuſcepit, ac eius ineffabilem ſuauitatem in protectricem aſciuit. Quod eleganter expoſuit Idiota de contemplatione Mariæ

Idiota. cap 5. *Fama tui ſanctiſsimi nominis,* (ait) *clariſsima Virgo Maria, prius clauſa fuit, quandiu in mundo morata fuiſti.* Hæc ſapientiſsimus Idiota. Et quam dilucidè!

Quæ verba tanti Doctoris miram redolent ſuauitatem. Ac ſi diceret: Quandiu ſanctiſsimum, ac puriſsimum corpus in terris viſum eſt, & tu, ò Maria, cùm hominibus conuerſata, & demorata es, ipſum corpus tuum omnibus ſuauiſsimum, ac iucundiſsimũ odorem exhalabat; aſt, poſtquam æthereum aſcendit thalamum, & ſpirituum agminibus conſtipatum, in cœlum euectum, terram reliquit; tunc ſanctiſsimum nomen *Maria*, vt abſynthium abſentiæ tẽperaret, hominibus donaſti, eiuſque efficatiam tribuiſti, ne prorſus inanis, miſera, & vacua terra deſolata perſiſteret. Sic annectit vocatus Idiota, ad Virginem perorans: *Sed poſt Aſſumptionem*

Idem. *tuam in cœlum, diuulgata fuit* (fama nominis tui, intellige) *per omnia mundi elementa, &c.* Si enim cœlum corpore ditatur Mariano, ſi ſpirituum agmina, viſo eo, ſuauius, ac voluptuoſius lenocinãtur: cur terra, quam deſeris ſuſpirijs, ac gemitibus plenam, omni

dul-

Digitized by Google

dulcedine vacuam, dum abeſt, triſtis, & afflicta iacebit? Non ſic, mi Domina, non ſic. Sed fama tui nominis clauſa quamdiu in mũdo morata fuiſti, iam poſt aſſumptionem in cœlum diuulgetur, clemẽta tranſcendat, mundum circumeat, per orbem conuolet, vt ab ipſo aſtergantur lacrymæ, ſecludantur triſtitiæ, ſeparentur luctus, diuellantur lamenta, acerbitates dulcorentur, & per ipſum, & in ipſo nomine Maria ſit in terris cunctis fidelibus plena ſuauitas, cumulata lætitia.

Lucæ 1. Maria iam verbo diuino grauida, ocyſsima ad montana feſtinat, vt cognatam viſeret, eamque grandæuam ſedulô miniſtraret. Proficiſcitur ergo, non quaſi incredula de oraculo, non quaſi in certa denuntio, ſed quaſi læta pro voto, religioſa pro officio. Præpropera ergo feſtinatione, ad ciuitatem peruenit Iudà, & intrauit in domum Zachariæ, & ſalutauit Eliſabeth. Ipſa ergo tanto gratulabunda beneficio, hilaris, ac gaudens tota perfuſa gaudio, ſic exclamat: *Vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? Ecce enim, vt facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo, &c.* Res ſanè cogitatu digna. Quomodo infans in vtero Eliſabeth exultare potuit? Euſebius Emiſenus feria 6. quatuor tempor. Aduent. ſic alloquitur. *Dic infans, dic Propheta, Prophetarum omnium maximè, qui digne ſatis non Propheta, ſed pluſquam Propheta vocaueris; vnde tibi hæc exultatio?* O quam pulcherrima Euſebij inquiſitio! S. Luc. Euſe. Emi.

Quid tibi euenit Propheta infans, vt in ergaſtulo matris nondum natus, & tripudijs ſaltas? Adhuc intra terminos naturæ detentus, & iam ſaltibus inſultas? Intra clauſtra viſcerum Eliſabeth conſtrictus, & gaudijs incomportabilibus perfunderis? Vnde hæc exultatio? Vnde tanta lætitia? Certe, vt audiuit ſalutationem Mariæ, vt vocabulum Marianum audiuit, vocem tam diuinam auſcultauit, tunc nimiam ex tali voce alacritatem accepit, ita vt totus adhuc intra viſcera, voluptate perfuſus, in hilares ſaltus proſiliret: *Matris Domini* (ait Doctor) *in voce cognoſcis; quã; quia reſalutare non potes, exultando agis, quod potes. Quam lætus ei occurreres, ſi iam natus, eam videres, cuius, voce audita, exultando obuiam exire conaris.* Hæc Euſebius. Preme illa. *Cuius, voce audita, exultando obuiam exire conaris.* Quaſi cauſa totius exultationis, & alacritatis, Mariæ exterior vox.

Ioannis 20. Poſt tormentorum rabiem, poſt tot in Chriſti Domini morte iam tranſactos labores, zefirus Chriſti reſurrectionis

nis apparuit. Sed homo, qui ab ignominia in gloriam ex inferis in ſublime euolauerat, in tam excelſorũ beneficiorum abyſſu, ingratus, imbecillis, hoſtium fortitudine perterritus, profugus auiuat, Solis iam noui radiantis fulgoris coruſcantes fugiens. Solum Magdalena Magiſtri ſui deſiderio accenſa, ac inter aduerſariorum acies imperterrita, emit aromata, vt veniens vngeret Ieſum, & valdè manè vna Sabbatorum ad monumentum Saluatoris appropinquabat. Cui ploranti, ac nimio lacrymarum imbre in luctus amaros prolapſæ, Chriſtus, hortulani effigiem præferens, ſic alloquitur: *Mulier quid ploras? Quem quæris?* Illa autem exiſtimans, quia hortulanus eſſet, dixit ei: *Domine, ſi tu ſubſtuliſti eum, dicito mihi, vbi poſuiſti, & ego eum tollam*. Cui ſic aſſanti Chriſtus ſubnectit, *Maria*; & ſtatim ab ipſa, quaſi infuſa luce cognitionis, omnes dubietatis tenebræ diffugerunt; & relicta omni amaritudine, nouo animus eius repletur gaudio.

Chryſoſto. Eleganter rogabat Chryſoſtomus hom. 85. in Ioan. Cur primùm non cognouit Dominum, ac Magiſtrum, ſed ſtatim, ac ſecũdo locutus eſt? Si Magdalena Chriſtum ibi alloquentẽ videt, quomodo loquella Magiſtri eum manifeſtum non fecit? Sanè prima vice non auditur nomen *Maria*, ſed ſecunda. Tunc ergo ſtatim, ac per dulciſsimum perſonat vocabulum Marianum, omnes amaritudines à corde remouentur, ſimulque ab oculis tenebræ diffugerunt. Chryſoſtomi verba accipe: *Tunc cognouit; ita non viſus, ſed vocis fecit cognitio, &c.* Ac ſi diceret vox Mariæ non autem Chriſti aſpectus eum agnoſcendum præbuit.

Origenes Sed luculentius Origenes hom. de Magd. *O mutatio* (ait) *dexteræ excelſæ! Conuerſus eſt dolor magnus in gaudium magnum; mutatæ ſunt lacrymæ doloris in lacrymas amoris, vbi Maria audiuit Maria; præſentit in nomine quandam ſingularem vocationis dulcedinem, & per eam cognouit ipſum, à quo vocabatur, Magiſtrum ſuum.* Hucuſque Origenes. Et quid elegantius? Quaſi vocabulum Mariæ omnem dulcorauerit amaritudinem, cunctamque tenebrarum caliginem aufugauerit.

ARO-

AROMA VIII. AD RECTAM MORVM diſpoſitionem.

Sanctorum in ærumnijs, ac laboribus patefit ſuauitas.

ILle enim mæret, & deflet, ſi ſibi male ſit in ſæculo, cui poſt præſens ſibi eſſe benè, non poteſt: Sanè ille pœnam de aduerſis mũdi ſentit, cui lætitia, & gloria omnis in mundo eſt Aſt, Sancti futuram, ac perennem beatitudinem ſpectantes, laborioſam appetunt vitam, miſerias exoptant, ærumnas concupiſcunt; & quanto magis laborum creſcit vorago, tanto ampliori perfunduntur gaudio, ac cumulantur lætitia. Hinc pulchrè Eccleſiaſt. 24. Maria roſæ comparatur, eiuſque naturam depingit: *Plantatio roſæ in Ierico.* Quia ſicut roſa quantumvis vepribus cõfoſſa, ſentibus lacerata, fragrantiam non deperdit. Sic Maria in ærumnis, ac laboribus vitæ ſuæ odorem virtutum, patientiæ, & humilitatis nunquam omiſsit. Aſt, dum laboribus plus ſauciebatur, magis redolebat.

Huc ſpectat illa viri iuſti exaptiſsima diſpoſitio Iob cap. 28. iuta Vatabli, Iſidori Clari, & Caietani expoſitionẽ. *Super acerbum petrarum radices eius denſabuntur, & inter lapides commorabitur. Si abſoruerit eum de loco ſuo, negabit eum, & dicet; non noui te. Hæc eſt enim lætitiæ via eius, vt rurſus de terra alij germinentur.* Prima verba ſic apud Septuaginta transferuntur: *In congregatione lapidum dormit in medio ſilicum viuet; ſi abſoruerit eũ, &c.* Quibus ſub methaphora vitis pulchrè exponit, in quo ſiſtat iuſti fœlicitas. Nam ſicut vitis, quô fœdicior, eô fœcundior, quandiu nõ dum immobili humo, ſed in petris, & aſperis alitur, & per dura ſaxa extenſis pampinis lætiſsima repruceſcit. Sic vir iuſtus, dum in congregatione lapidum dormit, dum fortiſsimis ærumnis aſperrimè percutitur, lætiores capit fœlicitates, & pleniora percipit gaudia. Iob. Septuag.

Facit eleganter pro hac re locus ille Ieremiæ 31. à Mattheo ca. 2. adductus, & myſtice de Innocentium nece expoſitus: *Vox in Rama audita eſt, ploratus, & vlulatus. Rachel plorans filios ſuos, & noluit conſolari, quia non ſunt.* Præclarè Hilarius in quæſtionẽ vocat can. 1. in Mathe. Cur in Rachel tantus inſit lacrymarum imber? Ad quid tantarum lacrymarum torrentes pro illis, qui nondum Chriſtum poſſunt loqui, & iam pro ipſo merentur occidi? Nondum oportuni vulneri, & iam idonei paſsioni? Illi enim plorandi ſunt, quibus in primo naſcendi limine æterna vita obuiam Ierem.

ve-

Digitized by Google

venit? Rationem iſtarum lacrymarum, & cur noluerit conſolari Rachel, pulchrè Euſebius exponit, ſermon. de Innocent. ſcilicet; Nolebat conſolationem admittere; quia in tribulationibus, non ſunt admittendæ; ipſis enim in magno gaudiorum profluuio non erat neceſſe. Audi Emiſſenum: *Noluit conſolari* (inquit) *quia non ſunt. Sancta namque mater Eccleſia, quamuis multum de filiorum ſuorum nece lugeat, conſolationem non recipit; quia non ſunt in tali euentu dandæ, vel ſuſcipiendæ conſolationes Vbi enim lætitia vicit lacrymas, gaudium mœrorem, gloria paſſionem; ibi conſolatio neceſſaria non eſt. Magis enim lætandum eſt de illa vita, quam de iſta ſit dolendum.* Hæc Euſebius. Superfluas itaque cenſet Euſebius cõſolationes, vbi ſuperabundat conſolatio, & gaudium. Nam in ærũnijs ſanctorum, triſtitiæ, & mœroris nullatenus, ſed plenæ lætitiæ, accumulati gaudij offertur occaſio.

Euſebius

Balt. Paez Quem locum vlterius Balthaſar Paez dilucidè exponit in commentarijs ad Iacobi epiſtolã cap. 1. ver. 2. eius vtor verbis: *Sed quoniã Ieremiæ locus adhuc progrediendi locũ aperit, conſiderandum vtique venit; cur Rachel introducatur in nece infantium Innocentium, filios ſuos plorans; cum potius Innocentes filij Lyæ eſſent, cum in Bethlem fuerunt occiſi, quæ non in Tribu Beniamin filij Rachelis, ſed in Tribu Iudæ filiæ ſita erat; ac proinde eidem Lyæ, tanquam matri luctus competebat infantium?* Difficultatem propoſitam præfatus Doctor ſic exponit. Licet multi de hac re multa dicant: *Dicendum vtique videtur* (ait) *quod ex fœlicitate alterius ſororis infœlicitatem ſuam miſere deploret Rachel. Quaſi lamentationẽ, planctũque edat, ex eo quod filij ſui non fuerint occiſi, ſicut ſorori contigerat; perpendens quantum gaudium eſſet, vel in cæde filiorum tentari.* In hoc ergo gaudia noſtra ſtare debent, non in terrenis, ac caducis lætitijs, quarum extrema luctus occupat. Tolerantia famis, vinculorum onera, ærumnæ vrgentes, perſecutiones rabidæ, conuitia inimicorum, macerationes corporis. Hæc enim omnia dulciora ſunt ſuper mel, & fauum; quorum finis gloria, quorum extremitas beatitudo perennis.

ARO-

Digitized by Google

AROMA IX.

Semoto veræ fidei præiuditio, Mariam Spem *appellandam. Immo nihil boni, nihil ſalutis, nihil triumphi in noua, neque in veteri lege, niſi* Spe *coauxiliantis* MARIÆ.

INter Eccleſiæ aduerſarios, Lutherique nefarios ſectatores non defuere, qui in hanc præfatã interpretationẽ, celebreq; Mariæ epithetũ, in Eccleſia decãtatũ, hoſtiliter impeterẽt, ſuiſq; ſcriptis certarẽt, ipsũ nullatenus Mariæ Deiparæ accinẽdũ. Huius delirameti, & impiæ audatiæ author extitit Lutherus, qui in Euãgelio de Deiparæ Natiuitate, ſic in Virginẽ inuehitur: *Quis quæſo* (ait) *hoc commodè interpretabitur, quod ſit vita noſtra, dulcedo, & ſpes? Nonne hoc eſt, S. Chriſti gloriæ detrahere? Quare creaturæ tribuimus ea, quæ Dei ſunt, eiq; ſoli cõpetũt?* Hæc Lutheri atrox inſimulatio. *Lutherus.* Cui Calbinus etiã adſtipulatur. His accedit Mathias Rodt Lutheri diſcipulus, Lindauienſis miniſter ſua hæreſiarcharũ cõmilitonũ phalãge. Sic Vvillhelmus Bidẽbactius, & Lucas Oſiander, qui, vt verã ſibi, ſuæq; ſectæ pietatẽ arrogent, ac totã Eccleſiam ſimul impietatis accuſent, pium hoc nomen, totumque ſalutare canticum præcipuè attributum *Spes*, tot probatum ſæculis, totquè Catholicorum iaculis propugnatum horrent, ipſumque virulentis ſcriptis conuellendum, aggreſsi ſunt.

Spẽ enim noſtrã, aiũt, Mariã dicere, nõ poſſumus, niſi ſimul etiã eã Deũ noſtrũ dicamus. O miſeri homines! O impietatis magiſtri! O putrida, & fœtida ipſius diaboli mẽbra! O vaniſsimi, quomodo tantæ Virgini, Regis Regũ omnipotentis matri, prorſus effrontes tantũ dedecus impingere, nõ erubeſcitis? Sed profectò hæreticorũ eſt mos; quod quidquid impiæ ſuæ voluntati nõ arridet, id ſtatim mutãdũ, abolendũ ac conterendũ, cenſent. Et quoniã pigebat, eos cũ Catholicis aliquid habere cõmune, & aliquid ab vniuerſali Eccleſia ſuſceptũ, admittere; tanquã impiũ & blaſphemum iſtã interpretationem, hoc epithetum, *Spes*, ac canticum omni ex parte repudiarunt, opprobrijſque grauiſsimis contaminarunt.

Sed iã ad noſtrũ reuertamur inſtitutũ. Nihil (aiunt) iſti tã fœdi, & blaſphẽ in toto hoc cantico ſugillatur, quã Deiparam appellare *Spem*, ipſamque noſtræ ſaluationis fiduciam collocare. Hoc vtiq; ſine Dei præiuditio fieri, nequit; qui cum ſolum ſit noſtra ſpes, ipſi tãtũ modo hoc nomẽ accõmodari, debet. Nonne in Pſalm. 90. ad Deum dicitur: *Tu es, Domine, ſpes mea, &c.* Et in alio 64. *Exaudi*

Pſalm. *nos Deus ſalutaris noſter, ſpes omnium finium terræ, &c.* Et Pſal. 72. *Mihi Domino ad hærere bonũ eſt, ponere in Domino ſpem meã.* Et Ieremiæ 27 contra alios. *Maledictus homo, qui confidit in homine, &c.* Si ergo Dominus ſpes noſtra cõſtituitur, quomodo hoc ad creaturam flecti queat? Hæc aduerſariorum iacula.

D. Tho. Satisfacit Angelicus Præceptor 2. 2. q. 17 ar. 4. vbi expreſsè tenet: *Quod licet ſperare de aliquo homine, vel de aliqua creatura, ſicut de agente ſecundario, & inſtrumentali, per quod aliquid adiuuatur, ad quæcunque bona conſequenda in beatitudinem ordinata; & hoc modo ad ſanctos conuertimur.* Hæc D. Thom. Hinc orta eſt Scholaſticorum trita ſententia, & accepta diſtinctio; quod aliqua nomina, quæ Chriſto ratione redẽptionis propriè competũt, Mariæ Virgini ratione interceſsionis efficacis applicari, valent.

Quare *Spes* noſtræ ſalutis, aliter ad Deum, aliter ad Mariam refertur, ad Deũ, vt ad cauſam primariã, & finẽ vltimũ; ad Mariã, vt ad ſecundariã, & veluti inſtrumentalem. Cur ergo Deiparã, Matrem redemptoris almam, vitæ noſtræ correparatricem, *Spem* noſtram collocare, inficiemur?

Matthæus Philadel. Nunquam orthodoxos ſcriptores piguit, hanc noſtram Deiparam huiuſcemodi vocabulo interpellare.

Præclarus Epheſiorum Archiepiſcopus Matthæus Philadelphieſis, orat. ad Virgin. matrem, epithetis quibuſdam illam miſerorum *Spem* eſſe, luculenter ornat. Quod ſcilicet, *per ſtrenuũ vello concuſorum præſidium ſit. Secura, fida, & ſacra tẽpeſtate iactatorum anchora; ſingulare à calumniatoribus afflictorum auxiliũ. Deſperatorum ſpes, dolentium ſolatium, paratum ad omnes caſus ſubſidium, ſingularis ſalutis noſtræ propugnatio, deniquè tutiſsimus naufragantium portus.* Huc vſque Matthæus. Et quã dilucidè! In quibus, & *Spem* noſtram, & cooperatricem Mariam ad noſtram ſalutem, perſpicuè adſtruit.

Sanè cum Maria omnis fœlicitas, ipſa abſente, cuncta calamitas Numeror. 20. v. 1. manente populo in cades, poſtquam omnis multitudo filiorum Iſrael venerat in deſertum Sin. ait ſacer textus: *Quod ibi mortua eſt Maria, & ſepulta in eodem loco.* Quid tunc? Quem exitum poſt eius obitum, res habuerunt? Quæ fortuna Iſraeli poſt abſentiam Mariæ? Ocaſus eius quos parturiet euentus? Audi textum: *Cumque indigeret aqua populus conuenerũt, aduerſus Moyſem, & Aaron, & verſi in ſeditionem, dixerunt, &c.* Ecce, quomodo viuente Maria, adſtante eius præſentia. Cuncta proſperum ſortiuntur euentum, præclarè cadunt, fœlix, fauſtumque omne. Suppetunt diuitiæ. Nihil deſt eorum, quæ ad vitam Iſrae-

Digitized by Google

raelitarum proſperè traducendum, requiruntur, vbertas panis, aquarum affluentia, fructuum feracitas; animarum omnium vnum cor, equalis animus, in pace, ac tranquillitate totus Iſrael conſtitutus. Aſt, poſt Mariæ exceſſum, obitumque plebi lamentabilē, & infauſtum Euentus omnes feſellere, præter optatum, ſpem, & expectationem obuenientes. Vrget inopia, torquet indigentia. Premit ſitis, ſurgunt populares tumultus. Excogitauit Dionyſius Riquelius art. 34 in num. 920. *Defuncta* (ait) *Maria, fœmina ſancta, populus indiguit aquis, & incidit in magna pecca, &c.* Vbi Maria adeſt, & vocabulum *Maria* perſonat, & auditur in populo, vbi hęc vox in ore plebis frequens verſatur, nec inopiæ, ne delicta audent profluere. Fugiunt aduerſitates, diſpereunt calamitates, euaneſcūt mala. Omnia vbertate, ac fœcunditate replentur. Cæterum abſente Maria, nihil tibi feracitatis expectes, nec temporalia abundabunt, nec virtutes florebunt, &c.

Cantic. 2. audiamus vocem illā, qua Ieſus cœleſtis Sponſus Mariam vocabat. *Surge, propera amica mea, colūba mea, &c.* Cur Maria *amica*, à Ieſu vocatur? Quare non alio ſpeciali nomine, ſed hoc *amicæ* interpellatur ſponſa? Prælarè Guillelm. apud Delrium exponit: *Amica* (ait) *cui iampridē æternū meū conſilio de ſeparatione generis humani credidi. Prima alia fœmina ſerpentis virulento conſilio inobedientiam ſequta, tota in labefactando humano genere poſita eſt; at Maria illud reparandum exitatur, quare ab ſponſo dicitur, ſurge, propera amica mea, &c.* Itaque Chriſtus Dominus, nō ſolū authorē adæquatū ſe oſtendere voluit noſtræ reparationis (et ſi eā exacte, ſecluſo quocunq; adiutorio, potuiſſet) ſed ad ſe ipſum principalē noſtræ ſolutis cauſam, matrē ſuā inſtrumentalē adhibere, ſtuduit, cui conſiliū, de reparando homine, credidit. Quare Euſeb. Emiſen. ſerm. 1. de Natiu. Dñi ad ipſam exclamat: *Exulta mater ſalutis humanæ; ecce Dñi mei vniuerſo mundo promiſſū prima ſuſcipere mereris aduētū. Exulta humanorū lapſuū reparatrix, medicinæ noſtrorū vulnerū inuentrix; exulta igitur, quia ſine te nullū nobis omnipotens voluit, adhibere remediū; ſine te, nec fugari mors, nec reparari vita, nec ſalus reperiri, valet.* Vbicūque Chriſtus Dñs noſtræ ſalutis reparator inuenitur, ibi Maria eiuſdem auxiliatrix adeſt; ſi ille ſua merita, preceſque ad Patrē offert, Maria ſua meritis Chriſti coniungit; ſi ille patitur, iſtius idē gladius animā pertrāſit; ſi Chriſtus redēptionē perfecit, Mariā etiā huic operi, ſibi adiutricē aſciuit. Vt in his homo experiatur, quàm rectè Maria humanæ ſalutis *Spes* interpellari, valeat.

Cantic.

Guillelm.

Quod munus tā elegāter gerit, tā ſolerter curat, tantaquè rei ſæ-

fœlicitate abſoluit; vt non dubitet Arnold. lib. de Laud. Virgin.
Arnoldus. in hæc prorũpere: *Diuidũt corã patre inter ſe mater, & filius pietatis officia, & miris allegationibus muniunt redẽptionis humanæ negotiũ.* Ac ſi dicat Chriſtifera merita, humana reſtauratio, obtẽta fidelibus ſalus, ſanguis Chriſti fuſus, dira vulnera eius, cunctaq; hæc omnia quodãmodo munimento Mariano egebant; & licet ea tã efficatia fuerint, Virginis precibus, patrocinio, allegationibus, firmiter roborantur.

Quapropter ſicut partus (teſte Ariſt.) de Part. animal.) natura duce, ex viro robur, ex fœmina formã, & venuſtatẽ trahit; ita redẽptio noſtra, quæ per Chriſtũ, & Mariã veluti parta eſt, ex illo ſufficientiã, & robur, ex Maria verò venuſtatẽ, & ſpeciẽ ſibi accerſiuit. In vtroq; noſtræ ſalutis reſtaurationis negotiũ: in Maria tamquã ſpiritu ſe immolãte, natũ offerente, in Filio tãquã Patri ſe tradente. Quare ergo Maria nõ interpellabitur *Spes* noſtra?

Non inſulſum prædictis robur impendit Ephremi elogium,
S. Ephren. quo *Virginem humanæ* Spei *firmam anchoram appellat.* Et D. Laurentij Iuſtiniani ad præſepe cũctos fideles inuitãtis, in quo vtriuſ-
S. Lauren. Iuſtin. que auxilij, filij redimentis, & matris deprecantis experimentum faciant: *Ad præſepe perge* (ait ſerm. Natiuitatis Chriſti) *vbi matrẽ cum filio, & filium genitricis vbera ſugentem inuenies. Vtrumque poſtulabis,* Mariam in voce, *infantem affectu, te, namque ore tacentem, vociferantem corde, paruulus exaudiet, &c.* Preme illud, *Mariam in voce, infantem in affectu.* Quaſi voluerit egregius Doctor, inter matrem, & filium diuerſam eſſe Chriſtianorum *ſpem*; vt & vox Mariana, aut Mariæ nomen deprecetur, & filius interpellet; ita, vt Chriſtus nolit poſtulare, aut aliquid ad patrem deprecari, niſi ſimul Mariæ euulgetur vocabulum, inuocetur nomen, & acclametur ſpes. Cuius vocis efficacitas Chriſtum Dominum ad noſtrarum precum effectum deflectat, & inclinet.

Tandem accipe canticum ex Philippo Mencelio: in quo Mariam ſpem interpellandam eſſe, eleganter depingitur; quod vocabulum noſtram puſilanimitatem ad vmbram huius nominis inuitat.

Mencel.
Salue hominum duros miſerans Regina labores.
Vitaque dulcedo, & ſpes noſtra optima ſalue.
Ad te clamamus ſoboles miſerabilis Euæ.
Exulò, & afflicto trahimur ſuſpiria corde,
Cum gemitu lacrymas lacrymarum valle cientes
Eia, oculis ergo placidis, ac fronte ſerena,
Reſpice, Diua, tuos, facilisque tuere clientes.

Et

Et prolem unigeram nobis, bona mater, Ieſum
Exilio functis, pacato numine, monſtra,
O clemens, pia, &c.

Inſuper in quodam cantico, carminibus concinato, Seraficus Doctor D Bonauentura præfatæ arridet ſententiæ, ac interpretationi, ad Virginem decantans.

Noſtra ſpes fidelium, ſemper fuit talis, &c.

Sanè non inficior, teſtari; quod meritis præuiſis Mariæ, ſaluatio Noe cũ familia ſua in arca, aliorũque beneficiorũ veteris legis cõgeries, ſint adeptæ. Ne credas mihi, ſed Ber. Sen. ſer. 61. *Propter iſtam nobilem creaturã* (ait) *Deus ſaluauit Noe de diluuio inundãte, Iudaicũ populũ de Ægypto de impia Pharaonis manu, Exo. 12. de mari rubro. Exod. 14. de vitulo in deſerto, Exod. 32. de manibus diuerſorũ Regũ tyrannorũ, ſcilicet, Nabuchodonoſor. Daniel. 3 de captiuitate Babyloniæ. Iſai. 13. Aſſyriorũ 4. Reg. 19. Dauid de leæna, vrſo, 1. Reg. 17 de Goliat, eod. c. de Saule. 1. Reg. 19. & vt breui ſermone cũcta cõprehendã; omnes liberationes, indulgentias factas in veteri teſtamento, non ambigo, Deum feciſſe ſolum pro huius benedicta puella reuerentia, amoreque; quibus eam Deus in ſua prædeſtinatione cũctis operib⁹ ſuis ab æterno præordinauit, &c.* Quid dulci⁹? *S. Bernar. Senenſ.*

AROMA X. PRO MORIBVS.

Lingua doloſa equs diaboli, maledicum perdens.

Concinnè S. Baſil. orat. Annũt. loquens de Mariæ præconus, & laudatoribus, ait: *Hoc eorũ eſſe iudico, qui ſublimi rerũ cõtemplatione plurimũ valẽt; corpuſque, & animã probe repurgatam habent.* Si enim iſti ab Eccleſia abducti, mortua, ac funeſta animalia: nihil in ore eorũ niſi virus peſtiferum, morſus venenatus erit.

Nullũ tã diſentaneũ viſum eſt hæreticis Mariæ aduerſantibus, nihil illis tã fœde, ac blaſpheme (inter omnia encomia Deiparæ) præconatur, quã Mariã Virginẽ Auguſtiſsimã cœli Reginam, ſpẽ noſtram facere, videamur. Hoc enim prætextu Religionis impugnantes, ſolum Deo rationem *Spei* tribuendam, & non alteri, acerrime tendunt. Hoc ſemper toto affectu hoſtiliter impertierunt, atque ſcriptis ſuis vulgo infamarunt. Præcipuè huius ſimulatæ zelo typiæ author extitit Lutherus, vt de more habet, Calbinus, Mathias Roth, & alij diſcipuli virulentis ſcriptis ad ſtipulantur.

Sed quis niſi blaſphemus, efrenatus, linguoſus, ac impius hæreſiarcha tantum dedecus Virgini impingat? O ſuperbi, ac inflati, qui vt veſtram, malignamque arrogetis ſectam, matrem vniuerſorum petulanti impugnatis, atque procaci lingua perſequimini? Quid detur tibi, ô Virgo, aut quid apponatur tibi ad linguam doloſam? Sagittæ potentis acutæ, impudicorum cum carbonibus deprauati affectus tuam puritatem non inficient, tuum non labefactabunt honorem; quid enim terribilius procaci lingua?

Pſalm. Diſcutiendus occurrit citatus Dauid Pſalm. 119. *Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam doloſam?* Cui interrogationi ſic ſatisfacit: *Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus deſolatorijs.* Cur doloſa lingua carbonibus deſolatoribus aſsimilatur? Apud Hebræum pro carbonibus deſolatorijs habetur *rethamim*, id eſt, *Iuniperorum*, quorum proprietas eſt apud Theophraſtum, Plinium, & Genebrardum, quòd etiam ſi copioſam ſyluam incendant, adhuc ſub cineribus concrematæ materiæ viui deliteſcunt; ita quod ad nocendum ſemper viuant, & veluti perpetuò ad infligenda damna durent. Typus ſanè procacium linguarum, quæ in carpendis honoribus perpetuæ ſunt, & ab ortu Solis vſque ad occaſum famam inceſſanter rodunt. De quo teſtem accipe Hieronymum lib. de manſionibus ad Fabiol. vbi ſic ſcribit: *Ferunt; lignum hoc* (Iuniperum) *ignem multo tempore conſeruare; ita, vt ſi prunæ eius cinere fuerint opertæ, vſque ad annum perueniant. Similis ergo carbonibus Iuniperorum eſt ignis mortiferæ, ac doloſæ linguæ, quæ quæ ſub cineribus fratris iam mortui, vel abſentis viuit.* Merito etiam hic ignis maledicæ linguæ aſsimilatur carbonibus; qui ſi materiam comburendam non habeant, fuligine tamen, ac ſordibus res fœdatas, nigredine infectaſque relinquũt; vt patet in pariete domus, quem ignis abſumere aggreſſus eſt, & nõ potuit; Ad minus ipſum colore nigro ſordidatum relinquit. Non aliter probroſa lingua; ſi quem non abſumit, tamen fuligine, ac ſordibus inficit.

Hebræus.

S. Hieron.

Chryſoſt. De iſtis ergo linguis tam maledicis, quid aptius dicendum, quàm illud à Chryſoſtomo hom. 52. in Matth. vbi eas diaboli ſedes, malignorum ſpirituum equos, appellat. Nam ſicut equs freno patens, dignus eſt, vt in eo inſideant Reges; ſic equs freni impatiens, non niſi vita deſperatis deſeruire, poteſt. Eodem prorſus modo, ad effrenatam, & doloſam linguam non niſi deſperatus, vel dæmon ipſe ſecurus appropinquat. Verba accipe Chryſoſto. *Regius equs quidem eſt lingua noſtra; Si ergo ei frenum immiſeris, aſcendit in eum Rex, & quieſcit in eo; ſi autẽ nullo freno domaueris, ſed huc atque illuc in frenum iactare permiſeris, diaboli eam vehiculum feciſti.*

Digitized by Google

ciſti. Quid admirabilius? Quoties enim ex lingua tua venenũ murmurationis euomis, quoties, rupto freno, famam proximi carpis, quoties in honeſtos, ac pios viros, in caſtas mulieres, ac in cũctos proximos virus diffundis, toties diabolo ſedem paras, & te equum ad equitandum ei ſpontanè offers; locum aptum, vbi ipſe diabolus quieſcat, gratanter impendis. Tuis te dilaceras labijs, tibi miſeram inferendo ruinam, laqueumque offerens perditionis.

Prouerbiorum 13. ſic diuinus effatur Spiritus: *Qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit animam ſuam; qui autem inconſideratus eſt ad loquẽdum, ſentiet mala.* Chaldeus tranſtulit: *Qui aperit labia ſua, terror, aut pauor imminet ei.* Ac ſi dicat, nihil commodi ſpectet maledicus; nullum ſibi incrementum ſperet, lingua malitiam euomẽs; qui murmurationis morbo laborat, ſpectabit ne niſi perditionẽ, ac ſui ipſius miſeram ruinam? Sentiet ſanè mala; & plurima incõmoda paſsim experietur. Sic eleganter Diuus Iſidorus Peluſiota lib. 1. epiſtol. 309 loquebatur: *Te caducam* (ait) *& corruptioni obnoxiam vitam fugiſſe, atque ad monaſticum ſtudium curſum contendiſſe, audio; atque interim tam improcacem, ac petulantem linguã habere, ac temerè loqui. Quod quidem nihil aliud eſt, quam murum firmum, atque hoſtibus inacceſſum ſtruere; ipſiſque portam ad ingreſſum relinquere. Quod ſi, & murum ab omni periculo ſeruare cupis, atque hoſtibus te firmum, ac robuſtum oſtendere, linguam, quàm maximè poteris, in poteſtate tene, à qua celeres, & ingentes ruinæ contingunt, &c.* Hæc Iſidorus. Potiſsimum oſtium diabolo patefit per linguam doloſam, & maledicam. Etiamſi omnes tuos ſenſus freno fortiſsimo teneas; etiamſi totus, muro robuſtiſsimo vallatus, exiſtas; ſi tamen linguæ portam non caute cuſtodias, omnia vitiorum genera animam tuam penetrabunt, ac te aptum hoſtibus excarnificandum, exhibẽs. Pone ergo cuſtodiam ori tuo, colloca ad oſtium linguæ rationem excubantem, prudentiã retinentem, pone gladium flammeum charitatis in cuſtodiam, ne lingua tua malitiam euomens, perditionem tibi inferat, ruinam inducat.

Prouerb.

D. Iſi. Pel.

Aliter enim efrenem linguam non cohibens, omnium malorum fons, ac cunctorum ſcelerum erit tibi, in baratrum Tartarorum impellens. Quod eleganter accinit Auguſtinus ſermon. 3. ad fratres in eremo: *O lingua* (ait) *tu periculis immitis, tu luctum producis, diſcordiam ſpargis, proditionis venenum ſeminas, ad infernũ, qui tibi credunt, perducis. Reſtringenda eſt hæc parua fauilla, ne in tam magnam vertatur flammã, ne creſcat in ſyluam, gutta ne creſ-*

S. Auguſt.

cat

Digitized by Google

cat in ſontem. Hæc Auguſtinus. In quibus clarè ſplendet, quomodo lingua ſedes ſit diaboli, oſtium inimicis patens, laqueus inferni, ac tandem vniuerſitas iniquitatis.

AROMA XI.

Nomen MARIA *debilium ſpes, turriſque fortiſsima ad illud confugentium.*

S. Gerard. PRæclarum extat Mariani nominis elogium apud S. Gerardũ, ipſum magnopere commẽdantem: *Præſidium eſt* (ait) *Chriſtianorum.* Quid ergo Præſidium? Sanè *præſidium* turris, aut caſtellum fortiſsimum eſt, vbi ab inimicis milites tutantur, ac ſecuritate defenduntur. Tale Marianum nomen. Ad ipſum quislibet confugiens, quàm ſecurus eſt! Quam inoffenſus tuetur! Nullus hoſtis, neque terrenus, neque ſpiritualis ipſum invadere poteſt, neque illuc appropinquare, audet. Hinc in officio huius ſanctiſsimi nominis canit Eccleſia in Antiphona ad Pſalm. *Domine Dominus noſter, &c. Refugium eſt in tribulationibus Mariæ nomen, omnibus illud inuocantibus &c.* Inſuper, & in 5. reſponſorio de eodem nomine ſic decantat: *Melius eſt nomen bonum, quam diuitiæ multæ: Turris fortiſsima Mariæ nomen, propugnaculum eſt omnibus, qui ad illud confugiunt, &c.*

Proculdubio hoc præclariſsimũ nomen in Arca illa Noe, fabricata in hominũ refugiũ, figuratũ, invenio. Sicut enim illa genus humanũ ſeruauit, ne totũ penitus è medio tolleretur, ac illa vniuerſali eluuione in profundũ mergeretur. Sic præpotens Deus huius ſanctiſsimi nominis efficatia, ac præſidio hominẽ conſeruare, decreuit, vt ipſius ope homo ſaluatus, ac ſecurus exiſteret. Sic fatur Damaſcen. Damaſcen. orat. 1. de Dormit. Deipar. *Te, ò Maria, arca illa, quæ ſecundi mundi ſemina conſeruauat, adũbrauit. Tu enim Chriſtũ mundi ſalutẽ, quique peccatũ obruit, atque ipſius fluẽta cõpreſsit, peperiſti.* Hæc Damaſc. Deiparæ pijſsimus alũnus. Quis enim ad hoc validiſsimũ præſidiũ cõfugiet, quis hãc ingredietur arcã, qui ſaluus non fiat? Qui huius mundi pericula non vitet? Qui tanti maris voraginem non fugiat? Obruet ne aliquis immenſis huius ſæculi proprocellis, tam ſublimi collocatus turri? Appage. Sic Richar. à Sancto Laurentio, qui lib. 11. de Laudibus Virgin. ita eleganter ſcri- Richard. à S. Lauren. bit: *Turris fortiſsima nomen Dominæ, ad ipſum fugiet peccator, hæc defendet quoslibet, & quantumlibet peccatores.* Et Fuſius lib. 1. cap. cap. 2. eleganter annectit. *Recordare* (ait) *quod turris fortiſsima*

nomen Dominæ, ad ipſum confugiet peccator in tentatione, & etiã, qui peccauit, & ſaluabitur. Dicit enim Salomon, qui parum nouẽ de Maria: Prouerb. 12. Turris fortiſſima nomen Domini, ad ipſum currit iuſtus, & ſaluabitur. Nobis autẽ dicẽdũ eſt, turris fortiſſima nomen Dominæ, ad ipſum confugiet peccator & ſaluabitur. Hæc Richard. Chriſto Domino extitit ſimillima Maria, quantum inter circunſcriptos creaturæ terminos fieri, poterat. Sic nomini ſuo diuino nomen dulciſsimũ Maria, æquiparandũ decreuit: & cũ Domini nomen Turris fortiſsima vndique ſepta, & circunſepta, validiſſimis muris vallata, exiſtat; non aliter dulciſsimum parentis ſuæ nomen eſſe, voluit: vt ſic, qui inter huius maris pericula nauigat, ac inter immaniſsimos hoſtes periclitatur, ſi ſecuritatem exoptet obtinere, ad ipſum confugiat, tale ſanctiſsimę inuocationis arripiat munimentum, & præſidium.

Sicut reſpiratio vitæ ſignum eſt, ſic Mariani vocabuli prolatio ſpiraculum vitæ ſpiritualis, eam ſignat, eam exhibet. Germanus de Zona Virginea: *Quomo corpus noſtrum vitalis ſignum operationis habet reſpirationem; ita etiam ſanctiſſimum tuum nomen, Maria, quod in ore tuorum ſeruorum verſatur aſsiduè in omni tẽpore, loco, & modo, vitæ, lætitiæ, & auxilij, non ſolum eſt ſignũ, ſed etiam ea procurat, & conciliat.*

Hinc acutè Chryſologus, vt de more habet, ſermo. 146. ait: *Nomẽ Maria hoſpitalitatis eſt virtus: habuit enim hoc nomẽ Magdala, & totam exhibuit ſe, pauperibus, & egenis ſuas diſtribuens facultates, &c.* Quare non ea in hoſpitio Marthæ, & Mariæ, frequenter Chriſtus recipiebatur; ſed quia in earum domo nomen *Maria* Magdalena portabat, quod ad hoſpitandum, exambiebat. *Chryſolog.*

Corroborat aſſertum miraculoſus euentus, apud ſcriptores pios B. Virginis recenſitus. Cum in forma humana apparens diabolus fœminæ cuidam, eam vehementer diuexaret, acriter torqueret, verberibus diris cedens, immaniter perſæpè excarnificaret; illa nec per aquam benedictam, nec per crucis admirabile vexillum, nec per aliud auxilium expellere, & ſeparare poterat. Tadẽ à ſancto viro edocta, dulciſsimum *Mariæ nomen* inuocare, ad ipſumque veluti ad tutiſsimam *Turrim* confugere, didicit. Proxima ergo vice, à dæmone vexita, hc exclamat: *Sancta Maria adiuua me.* Quid inde? Quid ad nominis Maria inuocationem? Statim diabolus, quaſi claua percuſſus, aufugit, dicens; diabolus intret in os illius, qui te hoc docuit, & *nomen Maria* inuocare, conſuluit. Quo dicto, illico euanuit, atque iterum eam diuexare, aut appropinquare, non eſt auſus.

Sicut

Sicut coluber ille tortuoſus à diabolo fuit miſſus, vt venenũ per aures mulieris in ipſius mentem transfunderet, & ſic in totius poſteritatis originem refunderet, ſic Angelus Gabriel præclarus, & excelſus, de ſublimiori hierarchia, in diuinis myſterijs exponendis verſatus, à Deo mittitur, vt Verbum Patris per aurem Virginis in ventrem, & mentem ipſius immitteret; ipſam ſalutat, ſuauiter dicens: *Aue gratia plena*. At Virgo vel ex inaudita ſalutationis forma, vel ob admirabilem coruſcantis Angeli aſpectum, quia ſolitô longè ſplendidius, nouaque luminis claritate legationem magis quo honeſtabat, turbata eſt, valdè conterrita, nimioq; ſtupore affecta. Quid hoc Angele præclariſsime? Quid eſt, quod Deiparam turbas? Quare eam tanto angore afficis? Tu ergo, qui terroris extas occaſio, eſto ſeditionis origo, & cui turbationis anſam tribuiſti, præſidium, ad quod Maria ſic turbata recurrat, continuô deſigna.

Vellè, vellè Angelus præſidium deſignat, turrim annuit, ad quam Maria in turbatione confugiat, nempe ſubijciens, *Ne timeas Maria*: addens vtique diuiniſsimum eiuſdem Mariæ nomē: in ipſius vocis pronuntiatione, ac ſonitu medellam turbationis præſidium animo Mariæ tribuit titubanti. Quare Angelus, licet hoc vocabulum nō proferat primo locutionis ingreſſu, ad Mariam tantum dicens: *Aue gratia plena, Dominus tecum.* Tandem quando eam timore concuſam, turbatione quaſatam intuetur, ſtatim, ſtatim ſubijcit: *Ne timeas Maria*, ſignans Deiparæ in præſidium nomen *Maria*, ad quod pro ſui animi turbatione confugeret. Eleganter, & opportunè excogitauit Caietanus ad cap. 1. Luc. dicens: *Mariæ nomen proprium adiecit ad maiorem propulſationē timoris, & fiduciam habendam, &c.* Quid dulcius? Adijcit Angelus, Virginem perſentiens ſermone turbatam vocabulum Maria, vt per eius inuocationem timorem propulſaret, turbationem repelleret, & in ipſa, veluti in tutiſsima collocata turri, prorſus ſecura, & immunis haberetur.

Caietanus.

Nec aliter Chryſologus ſuccintè, & vernanti calamo, (vt de more habet) ſic effatur: *Ne timeas, Maria, ſuperaddit, vt Creatoris genitricem trepidatio deſerat.* Quibus verbis ad rem latis, eidē ſuffragatur ſententiæ Chryſologus in laudem nominis *Maria*, ac eius validiſsimum robur.

Chryſolog.

Fuſius ad præſens Simon de Caſia libr. 2. de Beata Virgine cap. 4. expendens illa: *Ne timeas Maria:* cuius verba tranſcribere, lubet: *In declaratione* (ait) *nomen Virginis exprimitur, quod in prima ſalutatione tacebatur. Nam priuſquam Angelus experiretur*

Sim. de Caſia.

Digitized by Google

tur; quid humilitatis eſſet in Virgine cùm ad theotonicum nouerit à futuram, ex eo quod ab omnipotenti Deo in legatione acceperat, velut alte dignam, ipſa indignior nominare ipſam veritus eſt; nũc verò ipſam conſiderans verborum nouitate timentem, ſtatim ad propellendum dubium, & timorem, ipſam iterum allocutus eſt, dicens: Ne timeas Maria. Hæc Simon de Caſia, dilucidè, ac pulchrè cõſcripta. Preme ea: *Conſiderans nouitate timentem, ad propellẽdum dubium, & timorem, ipſam allocutus eſt, dicens: Ne timeas Maria, &c.* Ac ſi dicat: Si te, ô Virgo, perterritam, turbatam huius legationis nouitates tenent, ſi præſtantior ſolito legati coruſcantis aſpectus vehementer terret, ſi tantum horroris dignitas oblata incutit, ad turrim tui ſanctiſsimi vocabuli confuge ad vmbram tui nominis conuola, ad te ipſam reuertere, tuum auſculta vocabulũ, tuam nominationem percipe, per quam, fugato quolibet pauore, omni turbatione miſſa, ipſum tuum nomen præſidium tibi tutiſsimum, validiſsimum, ac fortiſsimum erit.

Nec longè abeſt à iuditio horum Doctorum Venerabilis Beda, præfatum Lucæ locum enucleans. Eius verba voco exponẽtis, quare Angelus adiecerit in ſalutatione nomen Maria: *Quaſi* (ait) *familiarius notam, vocat ex nomine: nec timere, debeat, iubet.* Ac ſi diceret: Ne timeas Maria, ne formides, ne paueas, quia ipſum nomen *Maria*, quod tibi tota Trinitas in tui honorem, in tuæ dignitatis euidens iuditium gratãter impoſuit, cœlitus emiſsit, turris, turris fortiſsima ad tuam defenſionem ſtabit, præſidium vndequaque munitum, & coarmatum tibi erit. *Beda.*

Quandoque in alijs accidit, vt nominis proprij interpellatio beneficentiæ, ac familiaritatis inditium ſit, ipſumque in ſpem viriliter erigat, fortiter moueat.

Ad Moyſem Exod. 33. verſ. 12. ſic Deum dixiſſe, fertur: *Noui te ex nomine, & inueniſti gratiam coram me.* Quorſum hecduo, & Moyſem ex nomine agnoſci, & ſimul gratiam inuenire? Quare de Moyſe hæc duo ſimul enuntiantur? Adeſt Hieronymus Oleaſter, ſcriptorum decus, qui huiuſmodi verba perpendens, ſic loquitur: *Noſcere aliquem ex nomine, eſt, illum familiariter, aut quaſi familiarem cognoſcere.* Et poſt aliqua annectit præfatus Author: *Miniſtros verò frequentius nobis miniſtrantes, nouimus ex nomine, quoniam opportet, eos frequentius vocare nominando: & fortè hoc vult Deus ſignificare, cùm dicit: Noui te ex nomine; ideſt, noui te quaſi miniſtrum, quo frequenter vtor, quem per nomen ſæpius vocare, opportet, &c.* Si ergo appellatio propria qualemcunque nominatum erigit, ipſumque firmat, & roborat, quare præclarum, *Exod.* *Oleaſt.*

à

ac Auguſtiſsimum Virginis nomen eam non erigeret, eam nō fortiſsimam redderet, ipſumque illi turris validiſsima non exiſteret?

Et quomodo non alliciet Maria in ſui amorem, quę tota dulcis, ſuauis tota, tota mitis omnem excludens terribilitatem? Sanè Deus, Dominus miſericordiæ, & benignitatis eſt, ſed non ſolum, vtique illi cantatur pariter, & iuditium. Maria autem tota dumtaxat miſericordia plena eſt. Audi Bernardum ad ea ſignū, Mag.

S. Bernar. *Diuinam in eo verò (Chriſto Domino) reuerentur mageſtatem homines, non ſolum illi cantatur miſericordia, cantatur pariter, & iuditium. Denique Deus ignis conſumens eſt, quid ni vereatur accedere; ne quemadmodum cera fuit à facie ignis, ſic pereat ipſe à facie Dei: ſed quid ad Mariam accedere trepidet humana fragilitas? Nihil auſterum in ea, nihil terribile, tota ſuauis.* Hæc Bernard.

Hoc Mariani nominis priuilegium plenius digeſsit millies

Richard. à S. Laur. vocatus Richard à Sācto Laurentio ad ea Prouerbiorum 18. *Turris fortiſsima, &c.* Qui loco citato concinne, ac perpulchrè pſalit: *Mariæ ſiquidem nomen lōge, meliuſquā diuitiæ corporales, quia melius anguſtiam releuat paupertatis, & dolori peccatorum medetur melius, quam vnguenta. Pauper es, confuge ad nomen Mariæ, quæ tibi pauperrima exhibetur, & ſi deuote attendas, quod de hac paupertate exaltata eſt ſuper Choros Angelorum, iam non erit tibi oneroſa paupertas. Peccator es, ad Maria nō refugias, ipſum enim ſolum ſufficit ad medēdū, nulla enim peſtis tam efficax, nulla ſic inhæret, quæ ad nomen Mariæ, non cedat continuò. Iuſtificatus es, ſed fortè tentaris ſuper vires, & eo amplius tentatoris times inſidias, quanto te ab eo expugnatum aliquando recordaris, recordare, quòd turris fortiſsima nomen Dominæ noſtræ, ad ipſum confugiet peccator in tentatione, & etiam, qui peccauit, & ſaluabitur, &c.* Hæc Richard. Et quid deuotius?

Et nunquam hoc nomen non erit fortiſsima turris, ſi totum gratijs, priuilegijs, ac ſanctitudine repertum exiſtit? Adeô ſanctū, adeô excellens, vt nunquam capi, nūquam intelligi ſine puritate,

Alb. Mag. ac ſanctitate, valeat; quapropter excogitauit Magnus Albertus, Angelum eam Matrem Dei futuram prædixiſſe, ac poſtea Mariæ nomen pronuntiaſſe; nam nominis huius virtus, ac excellentia intelligi non poſſunt, niſi priuilegiorum, ac gratiæ agnitione præhabita. Sic in c. 1. Luc. ad illud: *Gratia plena omittit Angelus interponere nomen Maria,* quia in aliud tempus nominandum, poſtquam gratiæ eius fuerant explanatæ, ſine quibus tam plenæ ſignificationis nomen non intelligeretur.

ARO

AREOLA XII. MORALE.

Hominis nomen non meretur, qui miſerorum Spes, *debilibuſquè humanus non extit.*

SAnè Deiparæ omniũ eius virtutum, ac gratiarum *nomẽ Maria* circũnſcriptio quædam eſt. Cuncta Mariana munera in ea comprehenduntur, ita vt nomen eorum velut epitheſis, & epilogus exiſtat. Sed quod plus de eius vita in nomine recõditur, eſt, charitas, pietas, tota infidelium remedijs effuſa, tota ardens proximorũ vtilitati incumbens: non longe Richard. à S. Lauren. lib. 1. de Laud. Virg c. 2. perpendens, quare Magdalena aliquando Maria, & aliquando Magdalena vocatur: *Propter* (ait) *cuius nominis reuerentiam non auſus fuit Mariam, ſed mulierem nominare. Sed Paulò poſt, ſcilicet, c. 8. cùm dicit eam iuſtificatam à Domino de ſuis facultatibus illi miniſtrare, vocat Mariam, &c.* En Magdalena, nõ Maria, quando de ſuis facultatibus nõ fertur, proximis ſubuenire, ac eorum miſeratione frangi. Aſt, Maria Magdalena, Maria quando miſerorum ſpes; debilibuſque humana, ac miſericors exiſtit. Quare ergo Deiparæ benignitas non ipſius vocabuli viſceribus pateſiet, quod totum charitatem exhalat, piam humanitatem deſignat? S. Ambroſ.

Heu quot viri homines, quibus prorſus contraria eſt eorum vita. Audio enim Leonem, audio Aquilã, & nihil in eis video, quod mihi aquilæ & leonis naturam, indolemque non repræſentet. Audio, in hominibus vocari homines, & non cerno, vel tenuæ humanitatis veſtigium, non miſericordiam in pauperes, non benignitatem in debiles, non in agendis prudentiam, non effrenandis paſſionibus fortitudinem, non ſequelam rationis. Longiſsimũ equidem interuallum eſt in hominibus, ab eo quod vocantur, ad quod ſunt; & viuunt. Vnde D. Ambroſ. lib. 3. officior. cap. 3. aiebat: *Cõſidera, ò homo, vnde nomen ſumpſeris, ab humo vtique; quæ nihil cuſpam eripit, ſed omnia largitur omnibus, &c.* Non rectè hominis nomen poſsidet, qui vitam, & obſequia hominis non exequitur. Ille ergo, qui à regula rectæ rationis, proborumque morum tramite aberrat, iam hominis naturam exuit, exuat, & nomẽ; & non homo, ſed fera euocetur. Nomina rebus debere eſſe conſona, habetur in Iure Cod. de Epiſc & Cler. l. decernimus, & de offic. p. l. 1. & defenſione ciuit. l. defenſores, & lege, ita vulneratus in prior. ff. ad leg. Aquiliam.

Ge-

Geneſ. Geneſis 4. num. 16 *Cognouitque adhuc Adam vxorem ſuam, & peperit filium, & vocauit nomen eius*, Seth, *dicens: Poſuit mihi Deus ſemen aliud pro Abel, quem occidit Caim: ſed, & Seth natus eſt filius, quem vocauit* Enoch. *Iſte cœpit inuocare nomen Domini.* Itaque primogenitus Seth, & Adami nepos, *Enoch*, vocatus eſt. Enoch autem iuxta peritorũ intellectum, idem ſonat, quod *homo*, ex quo non inſulſa emanat quæſtio. Cur iſte, *homo*, appellatur, ac totius humanæ naturæ nomen arripit? Nonne plures erant in mundo homines? Haud dubium quomodo inter cunctos, *Enoch*, hominis nomen dumtaxat eſt adeptus?

Chryſoſt. Difficultatis nodum dilucidè extricat Chryſoſtomus homilia 23 in Geneſim: eius accipe verba: *Commune nomen pro laude iuſti vſurpat; nam cæteri ob carnales voluptates, quibus immerſi erant, amiſſerunt eſſe hominis; iſte in tanto populo imaginem hominis ſeruauit Tunc enim* homo *eſt, quando virtutem colit. Neque enim ſpeciẽ habere hominis, & oculos, & nares, & os, genas, & cætera membra, hominem eſſe, oſtendunt; ſed virtutibus eſſe deditum, & vitia fugere, & illicitis affectionibus imperare, & mandatis Dominicis obtemperare, &c.* Hæc Chryſoſtomus. Ne ex ore, facie, manibus, aut pedibus, *hominem* eſſe, iudices, ſed morum probitate, vitiorum fuga, virtutum ſequela, paſsionum frœno, agendorum prudentia, affectuum moderamine. Qui enim à prauis ſuggeſtionibus puri ſecernuntur, & nullatenus concupiſcentijs inſeruiunt terreſtribus, hi, homines ſunt, & hominis promerentur nomen. Quare, Enoch, qui inter tot perditionum voragines, inter tot periclitantium ruinas, pereuntium ſtrages, inter tot ſæculi ingraueſcẽtia ſcelera, virtutem ſequitur, vitia fugat, ac nomen Domini inuocat, meritò *homo* appellatur, quia munera hominis exactè adimplet, ac rigoroſè exequitur.

Euſebium. Ferè eadem apud Euſebium reperies, lib. 7. de interpretatione Euangel. cap 3. *Apud Hebræos* (ait) *Enos verus homo interpretatur; neminem enim putant, eſſe verum hominem, præter eum, qui verum Deum, & cognoſcit, & piè colit. Alios verò nihil à pecoribus differre, arbitrantur; quia veluti beſtiæ ad terram proni, ventri, & veneri obediunt. Quorum alios lupos, alios canes, alios porcos, alios ſerpentes varia quadam vitiorum ſimilitudine ſcriptura Iudæorum appellare, conſueuit.* Hæc Euſebius. Et quam bellè! niſi videas virtutibus pollere, ſcelera vitare, exempla ſanctorum amplecti, auaritiam fugere, miſeris ſuccurrere, puſilanimes confortare, ac denique in toto regulam rationis ſequi; non exiſtimes hominem eſſe, neque humana ornatum eſſe natura; nam aliæque terrena ſapiunt,

ope-

Digitized by Google

operationes, animantibus cæteris communes extitunt, & in his nihil à pecoribus homines differre, arbitror. Humanitatis, ac charitatis opera moralia, hæc hominem à cæteris animalibus diſcernunt, atque per ea ab ipſis diſcriminantur.

Huc expectat celebris illa Chryſoſtomi hom. 2. excogitatio; vbi eleganter affirmat, omnes Euangeliſtas totis viribus operam dediſſe, vt diuinis ſcriptis Chriſtum Dominum verum hominem eſſe, robuſtis communirent argumementis. Etenim S. Ioãnes, Matthæus, & Marcus, humanitatẽ Chriſti ex pauore, quo in horto fuit affectus, roborant. S Marcus 14 *Cœpit pauore, & tedere, & mœſtus eſſe*, vt veram comprobaret humanitatem. Aſt Ioannes humanitatem Chriſti palàm oſtenſurus, & vt eum verum eſſe hominem in ſolubili ſolidaret argumento, à lacrymis, à ploratu in domo ſororũ Lazari, ab eiuſque benignitate, & pia compaſsione probauit, ac efficaciter muniuit, tanquam ſi nihil aliud ſit, quod humanitatẽ magis oſtendat, & eſſe verum hominem, confirmet, quam pietas miſericordia, in pauperes benigna largitas, atque continua miſeratio. Vnde monebat Chryſoſtomus hom. 33. ad populum, homines, vt ſuo nomine recordarentur, atque ex eo ad opera bona exequenda, agitarentur. *Hoc ſuper omnia* (ait) *diſcat homo: vt miſericors bene faciat, quoniam, & hoc eſt homo; nam niſi hoc habeat, deſinit eſſe homo, &c.* Hæc Chryſoſt. S. Chryſoſt

Marci 6. *Cum ſerò eſſet, erat diſcipulorum nauis in medio maris, vndique fluctuum ſuperborum agitata.* Erat enim adeò contrarius ventus, vt pene demerſi, ingentique periculo expoſiti, in remigando diſcipuli laborarent. Tandem Chriſtus Dominus ipſis tanta tempeſtatis voragine iactatis occurrit, circam quartam vigiliã noctis, ambulans ſuper mare, *& volebat præterire eos.* At illi, vt viderunt eum ſupra mare ambulantem, phantaſma eſſe putãtes, timore perterriti exclamarunt. Marcus.

Quid eſt, quod diſcipuli Magiſtrum ſuum, quem probè nouerant phantaſma eſſe exiſtimant? Nonne cum illis ſæpè manducauerat; ſæpè biberat, ac eodem manſerant contubernio? Haud dubium. Quomodo nunc ipſum phantaſma eſſe arbitrantur? Certè, quia ipſis in tanto periculo conſtitutis abſque ad iuuamine volebat præterire: ſanè ipſos miſere periclitantes conſpicere, nullumque auxilium impendere, phantaſmatis eſt, non hominis, nõ creaturæ humanæ rationis compotis; & ſic diſcipuli exiſtimabant phãtaſma eſſe, illum, qui ſine beneficio, & miſericordia pertranſibat; miſericordiæ expers, vacuus benignitatis, pietatis, ac beneuolentiæ oblitus non poteſt non eſſe inhumanus. Rem indicauit S. Augusti-

guſtinus relatus à D. Thom. in Cathena ad hunc locum; dum ait: *Quomodo autem hoc intelligere potuerunt? Niſi quia in diuerſum ibat, volens eos præterire, tamquam alienos, quibus ita non cognoſcebatur, vt phantaſma putaretur, &c.* Quid amplius dici poteſt?

AROMA XIII.

Velocior nonnunquam ſalus Spe *nominis* MARIÆ *quam Ieſu.*

NOn ſolum Bernardus verùm, & Auguſtinus agnoſcit Mariam eſſe mulierem illam, in Apocal. deſcriptam, quæ, & amictum ſolaribus fulgoribus radiantem, & caput duodecim ſtellarum corona redimitum, habebat. Lunam interim ſuis ſubiectam pedibus tenens, Iure *ſole perhibetur amicta*, vt placet Bernardo, quæ profundiſsimam diuinæ ſapientiæ, vltra quam credi valet, penetrauit abyſſum. Vt quantum ſine perſonali vnione, creaturæ conditio patitur, luci illi inacceſsibile videatur, immerſa. Quod Maria duodecim iungatur ſtellis, ex quibus, ei diadema regium compactum eſt, non inficior, quia illæ, duodecim prorrogatiuas gratiarũ, quibus Maria ſingulariter adornatur, ſignificant. Sed quod Luna ſub pedibus eius collocetur, in admirationem rapit, in ſtuporem ducit, quid eſt Luna ſub pedibus eius? Eſt ne quod defectus omnis, & quidquid fragilitatis, & corruptionis eſt, ſub ea conſiſtit? Eſt ne quod ſublimitate quadam excellentiſsima præcæteris omnibus excedit, & ſupergreditur, vt merito dicatur, *& Luna ſub pedibus eius?* Fortaſis Luna ſub pedibus eius collocata, huius myſterij Sacramentum recondebat. Sed ad præſens inſtitutum alia via nobis incedendum. Luna ſub pedibus indicat, quod Maria greſsibus, aut Lunæ pedibus ambulat, hoc eſt, quod Deipara Lunaribus greſſibus progreditur, & ſua peragit itinera; hoc eſt, velociſsimis greſſibus, leuiſsimo pede. De cuius velocitate, hæc ex Ioanne Geminiano lib. 1. de cœlo, & element. ca. 3. accipe: *Luna* (ait) *ex ſua virtute mouet omnia humida, & ex lumine à Sole mutuato, quaſi quidam ſecundus Sol breuiter agit. Explicat in iſtis inferioribus operationes Solis; & dico breuiter. Quia quod Sol facit in anno ſecũdum variationem, humoris, & caloris, Luna facit in menſe.* Hæc Geminianus. Vbi Lunam velociorem Sole, ipſamque præſtantiorẽ celeritate, agnoſcit; & quod in influxu inferiorum tardior, motuſq; grauioris Sol exiſtat. Quid ergo eſt, Lunam ſub pedibus Mariæ collocari, niſi ipſam velociſsimum Lunæ pedem habere, adeòque

Ioan. Geminian.

cele-

celeri agitari motu, vt in ipſa ſolem longè ſuperet, & vincat; ita, vt iſte comparatione eius plumbeis videatur pedibus ambulare. O quàm egregiè docuit, ac præfata commendat Anſelmus lib. de excellentijs Virg. cap. 6. in fin. vbi dicere minimè veretur, ipſum glorioſiſsimum Deum nomine Mariæ magis nonnumquam moueri, poſtulataq; propenſius impendere, in noſque velocius influere, quã ſui ipſis nomine. *Velocior eſt* (ait) *nonnũquã ſalus memorato nomine Mariæ, quã inuocato nomine Dñi Ieſu vnici filij eius.* Quod dictũ ſic exponit: *Et id quidẽ ideò non fit, quod ipſa maior, & potentior eo ſit, neque enim ipſe magnus, & potens eſt per eã, ſed illa per ipſũ. Quare ergo potentior ſalus in recordatione eius, quã filij ſui, ſæpè percipitur? Dicã quid ſentio filius eius Dñs eſt, & iudex omniũ, diſcernẽs merita ſingulorũ; dũ igitur ipſe à quouis ſuo nomine inuocatus, nõ ſtatim exaudet; profectò id iuſtè facit, inuocato autẽ nomine matris, & ſi merita inuocantis nõ merentur, vt exaudiatur, merita tamẽ matris intercedũt, vt exaudiatur.* Hucvſque Anſelm. Sanè Mariani nominis perpulchrũ argumẽtũ, cũ citius, ac velocius curet Deus in hominũ auxiliũ ipſo Mariæ perſonãte vocabulo, quã ipſius Dei Opt. Max. nomine audito. *Anſelm.*

Celebre in huius rei teſtimoniũ eſt illud Iacobi luctamẽ cũ Angelo ſibi ſub perſona Dei præ certãtis, in quo Angelus, aut Deus ex manibus Iacobi expediri exoptans, hanc aſsignat rationẽ. *Dimitte me, iam enim aſcendit Aurora.* Dificilis, & obtruſus locus Scripturæ ſacræ, in quo tot capita, quot ſententiæ. Quod mihi in præſẽtiarũ difficultatẽ ingerit, eſt, cur in decorũ, & forme videtur Angelo præliũ cũ Iacob, Aurora ſuis fulgoribus coruſcãte? Quem nõ puduit pugna, imperãte caligine, quare renaſcẽte Aurora, cõgredi renuit? Viſa ergo Aurora, quid Angelus, Dei perſonã agens perſenſit, vt victoris nomen renuerit, & ſic ſubiectum, deuictum, & quaſi debellatum adamauerit? In Auroræ aſcenſu aduentum Mariæ præfulſiſſe, concors Patruum ſententia eſt. Sic Auguſt. Ambroſ. Bernar. Hieronym. D. Thom. Aquin. Bernard. & Antoninus, &c. Inter quos Richardus à S. Laurentio lib. 7. de Laudibus Deiparæ fatur: *Iam iam aſcendit Aurora, id eſt, lux illa naſcitur, quæ vobis pareet verum Solem.* Hæc Richardus. Quo præhabito, quid ſibi vult Deus ad Iacobum dicens, dimitte me, iam enim aſcendit Aurora, ideſt, Maria, vt Patres, tenẽt? Certè quaſi aſſerat, quid me inter brachia premis, & oprimis? Fruſtra laboras Iacob, inaniter te prolixæ luctæ incumbens, defatigas; ad Aurorã recurre, hoc eſt, *ad Mariã*, ipſam inuoca, cuius ſpe forſam velocior occurret tibi deſideratæ euẽtus. Nã quidquid negotij, vel ſupplicationis, pro rebus obtinendis occurrit, ipſi iã delatum eſt. Omne triũphale de- *S. Auguſt. Ambroſ. S. Bernar. Hieronym. D. Tho. S. Bernar. S. Antonin. Richard. à S. Laur.*

Digitized by Google

cus, trophæorum ornamentum, pompanum maieſtas, Mariæ ſacrata ſunt; omnes humanas lites, terreſtria negotia ipſius eſt expedire, & velocius abſoluere. Cùm enim ego iudex ſingulorum, & Dominus diſcernens merita ſim, non puniri peccatores, non patior; at Maria mater miſericordiæ, peccatorum aduocata, ſpes omnium conſtituta eſt; & ſic nè mihi pro victoriæ munere moleſtus ſis, illi ſupplex eſto, quæ velocius ſuccurrit, citius ſubueniet. Egregie ad rem Richardus à Sancto Laurentio libr. 7. de Laudib. Virg. *Per Angelum* (ait) *ſignatur Chriſtus, qui forſitam data nobis matre, videtur dicere ſe oranti, dimitte me, iam enim Aurora aſcendit: quaſi dicat, iam nō pulſes à me primo loco, ſed vade ad matrem meam. Sicut aliquis Rex iuuenis ad honorem matris ſuæ Reginæ remittit ad eam negotium regni; & ideò fortè dirigitur ſermo ille, Sapientiæ 16. Ad patrem oportet præuenire Solem, id eſt, prius ad Mariam venire, quàm ad Solem Iuſtitiæ, ad benedictionem tuam obtinendã, & ad ortum lucis adorare te; id eſt, gratias agere de ortu Mariæ, per quã illuminatus eſt mundus.* Sic Richar. Ac ſi dicat Deus, me dimittite, me relinquite, qui cum iudex viuorum, & mortuorũ conſtitutus ſim, virgam ferreã in manu portare, opus eſt; ad Mariam recurite, quæ cùm peccatorum aduocata, & in miſericordiæ tribunali præſidens aſsiſtat, veloces pedes eius, veloces ad gratias expediendas, & quidquid pietatis diſcernendum eſt, ad ipſam attinet.

Idem.

Abbas Cluniac. de Annunt. ſerm. 3. diſcutiendum proponit: *Si nomē Dñi* (ait) *ſit terribile peccatoribus, quomodo nomen Dominæ erit manſuetum, & piũ eis? Fortius nè eſt nomen* Mariæ? *Eſt nè efficatius? Eſt nè robuſtioris virtutis? Quid erit, quod ſpe iſtius cõſequitur, quod alterius denegatur? Licet ſcribatur* (ait Abbas) *Prouerb. 18. Turris fortiſsima nomen Domini, ad ipſam confugiet iuſtus, & ſaluabitur. Et in Pſalm. Domine refugiũ factũ eſt nobis. Tamē quem ponebant tunc refugiũ, etiã nec loquentē poterant ſuſtinere. Nō loquatur* (inquiũt) *Dominus nobis, ne moriamur. Iſai. 21. Ecce nomē Domini venit de longinquo, ardēs furor eius, & grauis ad portãdũ. Horrenda quidē dulcedo nominis, tanto furore reſperſa; ideò Dauid ait; ſanctũ, & terribile nomē Domini; & vlterius, dato, quod turris ſit nomē Domini, & refugiũ, ſed cuius? Ad ipſam* (inquit) *currit iuſtus, & ſaluabitur. Quod ergo relinquitur peccatore refugiũ? Hic totus nodus difficultatis à præclariſsimo Abbate prępoſitus*, & quam eleganter! Nam certè eſt ne deſerendus peccator? Eſt ne derelinquendus, & omni auxilio prorſus deſtituendus? Appage: quia propter nos homines, & propter noſtrã ſalutē deſcendit de cœlo Deus,

Abb. Clun.

&

& Verbũ caro factũ eſt, quod ergo ipſi peccatori deſtinatur refugiũ? Reſpõdet Cluniac. *Sed certe turris fortiſsima nomẽ Dominæ, ad ipſam curret peccator, & ſaluabitur. Si enim peccator es, fruſtra aſcendis in Galaad; fruſtra tibi multiplicas medicamina; ac per hoc ſanitas non erit tibi. Ieremiæ 46. ad Mariæ nomẽ confugies, ipſiuſ ſolũ ſufficit ad medendũ, nulla peſtis tam efficax, quæ non continuò ad* Mariæ *nomẽ cedat; ſi tentatus vltra vires, timeas inſidias, recordare, quod turris fortiſsima nomen Dominæ.* Hæc Abbas.

Sedula illa, quæ reiectaneas colligebat ſpicas, & in Boozi area ponebat, Mariæ figuram, & imaginem ferre, apud Bonauent. & alios Doctores compertum eſt. Quid Maria cum Ruth? Hæc vidua, illa nupta, Maria in domus penetralibus, Ruth per agros de ambulans; Ruth mendicans in publico, Maria domi exiſtens. Sanè Ruth Mariæ pijſsimæ figuram exprimit, eiuſque erga peccatores velocem clementiam, efficacem pietatem quo ad rem, & nomen exactè prædicit. Ruth, teſte DiuuoBonauentura in Speculo, capitulo nono, interpretatur, *videns*, vel *feſtinans*, *& deſignat* (ait Seraphicus Doctor) *Beatam Virginem, quæ verè videns in contemplatione, & benè feſtinans fuit in actione, &c.* In quo autem feſtinat Maria? Aut quæ eius velocitas? Sanè aliquando Dominus meſsis conditor æternus, diuinus Agricola, aut Paterfamilias, filium ſuum hæredem vineæ, inſuper, & Apoſtolos miſsit, qui ſolerter Dei noualia demeterent. Iſtorum autem meſſorum, ſi aliqua ſpicula oculos effugiat, tartareis flammis arſura deſtinabitur? Abſit. Quia protinus adeſt iſta Ruth, id eſt, Maria, quæ interpretatur, *feſtinans*, vel *velox*, & poſt meſſores rationabiles iſtas ſpicas in horreum congregabit, cuius pedes velociores aquilis ſpicam omiſſam, & veluti deperditam in beatitudinem ſanctorum colliget. Hoc Marianum munus, hæc Deiparæ mens, hæc Mariæ intẽtio, & feruens attentio. D. Bonau.

Perpulchrè excogitatur à DiuuoBonauentura loco præfato. *Ruth* (ait) *in oculis Booz, Maria in oculis Domini hanc gratiam inuenit, vt ipſas ſpicas, id eſt, animas à meſoribus derelictas, colligere ad veniam poſsit. Qui ſunt meſſores, niſi Doctores, & Rectores? O verè magna Mariæ gratia, qua multi ex eis ad miſericordiam colliguntur, qui à Doctoribus, & Rectoribus tanquam incorrigibiles derelinquantur.* Subdit inibi SeraphicusBonauentura ex melifluo Bernardo: *Maria, tu peccatorẽ toti mũdo deſpectũ materno affectu cõplecteris, foues, nec deſeris, quouſque horrendo iudici concilies.* O diligens Ruth, ò ſedula mulier, ſpicã nullã relinquas in agro ſterilitatis humanæ, ſed ſolicita charitate tua eam collige, & in Boozi D. Bonau.

Digitized by Google

area reponẽs, ibi retine, ibi cõſerua, vt tametſi derelicta à Deo oblita, à meſorib⁹ orbata, & reiectanea, ſpe velociſsima tui nominis in æternũ horreis tuis iucũdo placito deſtinetur. Quod præclarè cecinit in Pſalt. D. Bonau. ſer. 2. *Cõfitebor tibi Dña* (ait) *quoniã per te placatus eſt mihi Dñs, & cõſolatus eſt me: ecce Domina ſaluatrix mea fiducialiter agã in te, & nõ timebo; quia fortitudo mea, & laus mea in Domino es tu; & facta es mihi in ſalutẽ, hauriã aquã in gaudio de riuulo tuo, & ſemper inuocabo nomẽ tuũ, notas fac te populis virtutes Dominæ noſtræ, quia excelsũ eſt valdè nomẽ eius.* Hęc Doctor. Preme illa: *Fiducialiter agã in ea, & nõ timebo.* Et iterũ: *Hauriã aquã in gaudio de riuulo tuo, & inuocabo nomẽ tuũ, &c.* Dũ armatus nomine dulciſsimo Mariæ ad paleſtrã aſcẽdis, teq; in inimicos oſtẽtas, cũ illis ad belligerandũ, fiducialiter age, quia robuſtæ talis inuocationis vires notæ populis factæ sũt; & ſic benè poteris, aquã cum gaudio haurire de fonte talis dulciſsimi nominis.

Idem.

Illud Mariæ elogiũ in Hymno Eccleſiæ decãtatũ: *Intrẽt vt aſtra flebiles, cœli feneſtra facta eſt*, aliquã mihi ingerit difficultatẽ; quare Regina cœli ipſius feneſtra, & nõ per magnũ oſtiũ facta eſt? Auguſt. ſatisfacit: *Facta eſt Maria feneſtra cœli, quia per ipſã Deus verũ ſæculis lumen dedit; ſicut enim in cubiculis domorũ pro maiori luce, ac illuſtriori claritate feneſtræ aperiuntur: ſic facta eſt in cœlo feneſtra Maria Deipara, vt per eam maior nobis claritas illuceſcat.*

D. Auguſt.

Sed aliter ad rem noſtram flecti valet. Nonnunquam, Patre ira excandeſcente in filium ob eius ſcelera, paternæ domus oſtium ipſi intercluditur. Quid ergo? Priuabitur ne filius prorſus delicijs paternæ domus? Panis domeſticus auferetur ab eo, & dabitur canibus? Abſit. Non enim eſt bonum ſumere panem filiorum, & canibus elargiri. Si ergo oſtium domus filijs prohibetur: Maria, intrent vt aſtra flebiles per eam, feneſtra facta eſt. Cuius fiducia haud nunquam ſalus hominibus propinquior, quam filij ſpe; quia ipſe filius dedit Mariæ, vt quidquid hominibus boni eueniret, per manus Virginis conſequeretur. Eleganter Bernardus ſermone de Natiuitate Mariæ, ſic tenet: *Ad Patrem verebaris accedere, ſolo audito territus, ad folia confugiebas. Ieſum tibi dedit mediatorem, quid non apud Patrem talem filius talis obtineat? Exaudietur vtique pro reuerentia ſua. An verò trepidas ad ipſum? Frater tuus eſt, & caro tua, tentatus per omnia abſque peccato, vt miſericors fieret: hunc tibi fratrem Maria dedit, ſed forſitam in ipſo maieſtatem vereare diuinam, quod licet factus ſit homo, manſerit tamẽ Deus; aduocatã habere vis ad ipſum? Ad Mariã recurre, &c.* Expunge ea *ad Mariam recurre*, hoc eſt, ad inuocationem Ma-

S. Bernar.

riæ accede; ipſam inuoca; à qua quidquid non à Patre, & Filio cõſecutus es, tandem procul dubio conſequeris.

A quo ergo tanta nominis efficacia? Sanè, quia in Maria tota ſola Dei miſericordia adeſt, ſeueritatis iuſtitiæ expers. Bellè Seraphinus Firmius problem. 54 & Seraphicus Doctor exponũt. Quia in Virgine à filio deriuatur diuina pietas abſque vllo iuſtitiæ terrore; at in filio, licet attrahat pietas, terret tamen, quod ſcriptum eſt, *Iuditium eſſe à Deo ſeuerum*, vt ſit exacturus rationem de vno verbo otioſo, exoptat peccator meram miſericordiam, terretur iuſtitiæ ſeueritate, inde orationis obſequio animoſius aras Virginis frequentat, quàm diuina Altaria. Hinc Magnus ille Patriarcha Germanus apud Caniſium de Deipara libr. 5. cap. 17. Mariam ſic affatur: *Quomodo corpus noſtrum vitalis ſignum operationis habet reſpirationem, ità etiam ſanctiſsimum nomen tuum, quod in ore ſeruorum tuorum verſatur, in omni tempore aſsiduè loco, & modo non ſolum lætitiæ, & auxilij eſt ſignum, ſed etiam ea procurat, & conciliat, &c.* Hæc Germanus. En tibi ſtupendam vocabuli Mariani potentiam, quod non ſolum auxilij ſignum, ſed altiori quadam efficacitate ingẽti noſtræ ſalutis procurat remedia, & nos Deo filio ſuo infalibili, & ineffabili quodam modo cõciliat. Quare D. Bonauentura in ſuo Specul. feria 5. ſic orat: *Deus iuditium tuum regida, & miſericordiam tuã Reginæ matri eius.* Quaſi in vtroque tribunalia exiſtant partita, ad Chriſtum iuſtitię, ad Mariam miſericordiæ tribunal ſpectans. Cui Doctori accinit Diuus Bernardus ſuper Salue Regina, hæc de Deipara carmina proferens; quæ mirabiliter noſtram fulciunt interpretationem, & nomẽ Maria, perinde, ac ſpem, aſtruunt.

Seraphin. S. Bonauẽ. Germanus D. Bonau. S. Bernar.

In freta dum fluuij current, dum montibus vmbra
Luſtrabunt, conuexa polus, dum ſydera paſcet:
Semper honos, nomenque tuum, *laudeſque manebunt*
Spes *mea, Virgo mea, Virgo ſacra, Virgo Maria.*

Non inſulſum præfatæ veritatis fulcimentum eſt illud miraculum à Diſcipulo, alijſque probatæ authoritatis Doctoribus relatum. Puellæ cuidam, in domo patris diabolus in forma multiplici apparens, ſæpè, ferèque in amentiam induxerat, at ipſa tot diaboli tormentis, ac apparitionibus diuexata ordinem Ciſtercienſem confugere, meditatur. Nocte quadam diabolus ei mundi delitias, virtutis arctam viam, ac Religionis incommoda proponens, totus fulgoribus circunfuſus apparet, ac rutilat. Cui puella, quid mihi ſi

in delicijs, quas mihi propinas, mortua fuero? Ad quod verbũ diabolus conticuit, & puellam arripiens, eam de feneſtra præcipitare conabatur, quæ protinùs nomine *Maria*, & Angelica ſalutatione ſe communiens à diabolo dimiſſa eſt; in hæc Nequam ſpiritus prorrupit, dicens: Si Religioni adſcripta fueris, tibi ſemper aduerſarius euulgabor, ac rabidus inimicus ero: at ſi hac hora illam mulierem non nominaſſes, eiuſque vocabulum *Mariam* protuliſſes, occidiſſem te. Quo dicto, exiliens de feneſtra vlterius non cõparuit. Hæc ex Diſcipulo, & alijs, &c. Quæ omnia eleganti cõcluſit calamo Richard. lib. 1. de Laud. Deip. c. 2. affirmans majorem quandam dulcedinem, ac ſuauitatem in Mariano nomine deliteſcere, quam in Ieſu. Accipe eius verba: *Sicut* (inquit) *nomen Ieſu mel in ore, in aure melos, in corde iubilus, ſic, & nomen Maria, & etiam amplius, ſi dicere audeamus.* Hoc aſſertum ſic cõprobat præfatus author: *Ieſus enim quaſi ſuperbum nomen eſt, & nimis im potens, noſtrum humilius nomen decet affectus: et ſi in Ieſu, aut Deitatis, aut ſexus virilis auſteritatem aliquis vereatur, recurrat ad Mariam, in qua nihil horum ſuſpectum.* Hæc Richard. In ea enim nec diuinitas terret, nec tanta maieſtas timorem incutit, nec virilis ſexus quia ferè durior, ac ſeuerior pauorem affert; ſed fœmineus vtpote blandior, ſuauior, lenior lenitatem inhalat. *Mariæ* (annectit author) *nomen muliebre eſt, manſuetudinem præferens, & commendans; quod ſi ſexum verearis, pro eoquod & ſibi & alijs fuit in ruinam, Virgo eſt, &c. Hæc enim eſt, quæ Ieſum peperit, remedium attulit, ſalutem propinauit, &c.*

Richard. à S. Laur.

Hinc illud Echberti Abbatis ad Mariam elogium: *Tu nec nominari quidem potes, quin recrees, tu nunquam ſine dulcedine diuinitùs tibi inſita, piæ memoriæ portus ingrederis.* Ex hoc S Bern. de verb. Apoc. ſignum magnum, ſic ſcripſit: *Percurre totam Euangelij ſeriem, & ſi quid increpatorium, ſi quid durum, ſi quid vel modicũ habens indignationis inueneris in Maria, de cæterò ſuſpectam habeas, & accedere verearis; quod ſi omnia manſuetudinis plena ſunt, gratias ei age, qui talem tibi dederit mediatricem, in qua tibi nihil poterit eſſe ſuſpectum, &c.*

Echbert.

S. Bernar.

ARO-

AROMA XIV. PRO MORVM inſtructione.

Tanta hominem Deus dilectione proſequitur, vt videatur, ipſum ſerui, creaturam Domini formam ſubire.

PErpulchrè D. Fulgentius ſermon. de Laudibus Deiparæ ipſam commendans, ſcalam ſublimem, atque præexcelſam interpellat: *Facta eſt* (ait) *Maria Scala cœleſtis, quia per ipſam Deus deſcendit ad terras, vt per ipſam homines aſcendere mereantur ad cœlos.* Hæc Fulgentius. Per Mariam Deus ad ima deſcendit, veluti maieſtatem deprimẽs, humiliatus vſque ad mortem, formamque ſerui induens; inſuper magnificatus homo, quaſi Dominus efficitur. O immenſus Dei amor! O ingens hominis, fœlicitas! Iſte ſeruus, factus eſt Dominus, ille omnipotẽs ſeruus, apparet; quis tantam hominis fœlicitatem non miretur? Quis Dei tantam non ſtupet benignitatem? *S. Fulgen.*

Lucæ 12: Sic Dominus ad ſuos alloquitur: *Sint lumbi veſtri præcincti. & lucernæ ardentes in manibus veſtris, & vos ſimiles hominibus, expectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur à nuptÿs, &c.* Et poſtea annectit: *Amen dico vobis, quia præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis, &c.* Si Dominus Rex, quomodo miniſter? Si ad dexteram Patris ſedens, quomodo creaturis inſeruiens? Si autem creatura miniſter Dei, quo pacto à Deo miniſtrata? Quis talia vnquam auſcultatus eſt? Quod ſedenti famulo Dominus humile impendat obſequium? Sanè intimus Dei amor talia exequitur, facit vtique dominantem ſeruum, & Dominum famulantem. Eleganter Chryſologus ſermo. 24. *Præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis. En mutatio inaudita rerum, en terribilis correctio dominationis; en pauenda conuerſio ſeruitutis; quia parumper ſeruus aſtitit in Domini ſui expectatione ſuccintus, & ſuſtinendi fidem breui fatigatione portauit, cui, vt talionem redderet, diſſimulauit ſe in ipſa diuinitate diuinitas, diſcumbenti homini aſtat, & aſtat in cœleſtibus, epulantibus, ſeruo ſeruit Dominus. Et ſeruit accinctꝰ ſeruis ſuis, miniſtris ſuis, miniſtrium facit Chriſtus, & facit in Patris iam gloria conſtitutus.* Hæc Chryſologus. Preme ea: *Simulauit ſe in ipſa diuinitate diuinitas, &c.* Et ea: *Epulanti ſeruo ſeruit Dominus, & ſeruit accin-* *Luc.* *Chryſolog.*

ctus

ctus pueris ſuis. Quid non Dei amor exequetur? Quæ alia non operabitur ingens diuini pectoris lampas dilectionis ardens?

Sic Paſtor ille (Dominũ intellige) poſt mille tranſactos mõtiũ vertices, poſt tot toleratos labores, poſt tot accepta incõmoda, poſt tot euentus, iã iam ouiculã profugã, ac errãtẽ reperit, quã ſic inuentã, imponit in humeros ſuos, gaudens, &c. Quare tantus Paſtor ſuper humeros apponit? Nonne ad manus eã traheret, nõne de itineris fatigatione quieſcere poterat? Quomodo feſſa mẽbra vlterius nouo onere ouiculæ agrauat, eamque ſuper humeros apponens, ſibi ſuperiorem conſtituit? Eleganter D. Baſil. Seleu. orat. 26

D. Baſilius ſatisfacit: *Montes* (ait) *& ſyluas, abire vbi recuſat, obijt præcipitia, eamque de errante venit in partẽ errationis, & ſubijciens humeros, proprio labore ouiculam curat laborantẽ, gaudet ipſa fatigatione, ouiũ inuentionem ratus laſſitudinis eſſe leuamentum.* Punge illa: *Subijciens humeros,* ideſt, ſupra ſe attollens, vt inde amoris vis manifeſtaretur, & cum errantem ouem aliter Deus reducere valeret, noluit Deus aliter attrahere; nam ouiculæ onere leuatur Deus, ipſius grauamine gaudet, ac lætus humero ſupponens, eam ſibi quodmodum eleuat, ac eminẽtius erigit, vt inde diuinæ dilectionis efficatia manifeſtetur.

D. Tho. Theorema Angelici Præceptoris eſt, 3. p. q. 3. ar. 8. Vtrũ fuerit magis cõueniens, quod perſona filij aſſumeret humanam naturã, quam alia diuina? Quæſitum diluit ſanctiſ. Magiſter. Quia cũ verbi Dei ad humanam naturam maxima ſit ſimilitudo, conuenientiſſimum fuit, ex diuinis perſonis ipſum Verbum humanam aſſumere naturam. De quo ibi conſule. Sed ad rẽ noſtram dilucidẽ noſtrum

Abb. Flor. nodum quæſtionis diluit Abb. Floriacenſis Ioachinus in Apoc. c. 11. *Etenim* (ait) *amans non laborat, ſed voluntate in amatam rem fertur, intelligens autem nimio afficitur labore; iuxta illud: qui addit ſcientiam, addit laborem: conueniens autem fuit diuinũ Verbum carnẽ aſſumere, vt ſic noſtros labores ferẽs, nos ab ipſis liberaremur: ita vt ipſa eos perferens, pro nobiſque tã immanes ſufferẽs labores, eſſet tanquã ſeruus, nos autem, vt Domini appareremus. Factus eſt homo ſapientia Patris, ideſt, Filius, non Dei charitas, qui eſt Spiritus ſanctus; quia nos in adiſcenda ſapientia laboramus, in amando autem non. Decebat ergo bonitatem Dei ibi collocare, vbi nos laboremus: vt per eius liberati laborem, poſſemus, & ipſi ad libertatem venire.* Hæc Abb. Laborare vult Dñs, vt nos in libertatem reddamur, ſeruile accipere exoptat munus, vt nos Domini videamur, formam ſerui accipit in ſimilitudinẽ carnis peccati, vt in imaginem euchamur Dei, ac Domini honoremur ſimilitudine.

ARO-

Digitized by Google

AROMA XV.

Nomen MARIA *naufragantium portus, peccatorum pericli- tantium* Spes.

EGregius Florentiæ Anthiſtes S. Antonin. 4 p. c. 17. §. 3. de Spe B Mariæ, ad illa Eccleſ 14. *Ego mater pulchræ dilectionis, timoris, & agnitionis, & ſanctæ ſpei, &c.* Sic fatur: *Quia nō ſolū iſtā* (ſpē) *in ſe habuit in mente, & actus produxit; ſed etiā in alijs procurat; vnde dicitur* Maria *ſpes noſtra, ſcilicet, ad ſuffragandū, & in omnibus auxiliū procurandū.* Hæc Anton. Mūdus iſte eſt mare magnū, & ſpatioſum valdè, ibi tentationum reptilia, quorum non eſt numerus; quid autē exequetur homo, vt his omnibus incolumis euadat? Liber egrediatur? Vtique inuocare Mariam, quæ naufragantium portus, ſpeſque firmiſsima illis ſit. *O quiſquis* (exclamat Bernard.) *intelligis in huius ſæculi profluuio, maris inter procellas, & tēpeſtates fluctuare, marīſquè per terrā ambulare, ne auertas oculos ab huius ſæculi ſyderis fulgore, ſi non vis obrui procellis. Si inſurgant venti tētationū, ſi incurras ſcopulos tribulationū, reſpice ſtellā, voca Mariam &c.* Ex quibus profectò intueri valebis, quā efficax tibi ad quaſcūque tribulationes in Mariæ vocabulo ſit remedium: in ipſo ergo nomine adeſt tibi Maria curialiſsima procuratrix; nullum non mouet lapidem, vt apud filium Deum humana negotia efficaciter tractet, & fœliciter abſoluat. Agit, & agitat, curat & procurat pro vobis, & in tribunali diuino pro quolibet peccatore miſero ſolertem ſe exhibet negotiatricem, ipſum, ſi opus eſt è tartareo dæmonum lacu liberans, cæteroſque aduerſantes ſpiritus viriliter conuincens. Sic idem Bernard. ſer. 1. Aſſumpt. *Maria nobis facta dicitur aduocata, quæ apud Deum ſalutis noſtræ negotiā fœliciter pertractat. Bellè ſalutis noſtræ, non vana noſtræ cupiditatis, non inutilium voluptatum, ſed ſalutis noſtræ ſpiritualis ſedulo operam noſtram ſolicitat: Deum ira excandeſcentem pro noſtris ſceleribus, mitigat, ac ſuauiter ſuo dumtaxat nomine temperat.*

S. Antoni

S. Bernar.

Idem.

Abbas pijſsimus Cluniacenſis ſermon. 3. Annuntiation. & in ordi. 33. ad illa: *Et nomen Virginis Maria*, ſubtiliter inquirit, quare elemētum *R* in Mariæ vocabulo incluſum, tam leniter pronuntietur, pluſquam mediam partē ſui terrentis ſoni amittēs? Quare ſine ſtrepitu rigido, ſicut *Rex*, aut *Regius*, pronuntiatur? Quomodo *R* littera terroris, fit lenitatis littera, & ſuauiter enuntiatur

Abb. Clun.

tiatur in hoc nomine *Maria?* Dirimit quæſitum Abbas in hũc modum, quia Mariæ inuocatio omnem expellit terrorem, & audito tali nomine, & ſi aliàs terribilis vt leo, in agnum manſuetum, & pium conuertitur. *Nomen*(ait) *Mariæ eſt valdè commẽdabile. Primò, quia eſt nomen manſuetum, & pium. Omnibus enim in hoc nomine, Deum inuocantibus, auxilium inuenitur, & refugium: vnde, & in periculis quaſi naturali inſtinctu hoc adeò auditum eſt, vt dum ſubitanea ſunt, ſubito inuocant eam, dicẽtes vulgari nomine, noſtra Dama, hoc eſt, noſtra Domina. Vnde, & in nomine Maria. R, quæ media littera eſt, littera quidem terroris, amittit pluſquam mediã partem ſui ſoni terrentis, in ſignum quod Maria in nomine ſuo inuocata, furorem Domini temperat, & mitigat. ideò in aduerſitatibus nõ eſt tam ſceleſtus, qui ad eam non habeat deuotionem; quis eſt, qui offendens pedem ad lapidem, non ſtatim inuocat Mariam.* Hæc Abbas. In Mariæ vocabulo errantium via, egentium medela, naufragantium portus, periclitantium ſecuritas, litigantium Curialiſsima Procuratrix, ruentium in terra diligens erectrix, ac tãdem ſine *R*, terrore imminente, tota ſuauis, tota dulcis, omnium peccatorum fortiſsima tutela.

S. Ioan. Geometra. Præclarum encomium à ſancto Ioanne Geometra vulgariter fertur, quo Deiparam. *ius ciuile*, aut *ius dirimens lites*, appellat. Quid eſt *ius ciuile*, niſi multorum Imperatorum, & Iuriſconſultorum lex, qua ſoluuntur hominum lites, omniaque ſedantur, ac in pace conſtituuntur? O quam pluries, ô quam frequenter inter Deum, & homines ob eorum immania facinora naſcuntur lites! Quotquot flagitijs rei ſæpè ſiſtimur ante Tribunal! Quid tunc pro ſecuritate, ac fœlici negotiatione noſtra? Quid, vt voti cõpotes euadamus? Quid, vt pro voto noſtras abſoluamus cauſas? Accedat, accedat ius ciuile, & ius dirimens lites, hoc eſt, ſolers negotiatio Mariæ, eiuſque nominis deuota inuocatio, affectuoſa deuotio, eiuſque diligens pro nobis interceſsio. Interueniat Deipara noſtræ ſalutis ſpes, noſtri remedij fiducia; per quam iudex filius miſericorditer humanas dirimit lites; quia ſi tale nomen, talemque aſciſcit ſpem, cœlorum Regno ditabitur, qui gehennæ barathro erat condemnandus.

Rubrum mare Hebræa gens ſico pertranſijt pede. At quorum meritis? Quorum auxilijs? Quorum fiducia? Puto, quod ob merita progenitorum Mariæ, Abrahæ, Iſaac, Iacob, &c. Populus iſte ſico veſtigio mare tranſiuit. Paraphraſ. Chaldeus. Canticorum 1. verſ. 9. habet hæc verba. *Tranſierunt in medio maris charectoſi per ſicum propter meritum Abrahæ. Iſaac, & Iacob dilectorum Domini, &c.*

Paraphraſ. Chald.

Tan-

Digitized by Google

Tantum apud Deum iuſtorum merita poſſunt. Potuerunt enim id Mariæ parentes, eiuſque progenitores. Cur ergò amplioris ipſa non erit potentiæ? Immo, ex quo ipſa Dei mater effecta eſt, eius ſpe, ac ſecura fiducia interceſsionis incipiunt homines nō ſico veſtigio diuinum mare tranſire, ſed quòd maius eſt, fluctus ipſos, vndaſque calcare.

In fluctibus maris ambulat, qui in tentationibus non mergitur; idque Mariæ *Spe*. Cuius verba ſunt illa Eccleſ. 24. verſ. 8. *in fluctibus maris ambulaui*. Vt, ſcilicet, mortales à ſūmerſione educeret, & ſuper vndas ad portum duceret. Quod prçclarè Richardus à ſancto Laurentio, lib. 4. de laudibus Virgin. Mariæ, tetigit: *Dulcis Maria inceſſu. Vnde dicitur Eccleſiaſt. 24. In fluctibus maris ambulaui, ſcilicet, cum familiaribus meis, vt ipſos eriperē à naufragio peccatorum. Fluctus maris ſunt tentation[e]s, ſibi iugiter inuicem ſuccedentes; quas patimur, quandiu verſamur in mari huius ſaeculi, &c.* *Eccleſ.* *Richard. à S. Laur.*

Præſtantia, ac eminentia Mariæ in fidelibus ſubueniendis, in vltima ſui dulciſsimi nominis littera exarata, & ſcripta relucet (huius enim præclariſsimi nominis nec elementa myſterijs vacant, nec accentus myſterijs nudantur.) Sic S. Antoninus 4. p. cap. 24 §. 7. eiuſdem nominis abſcondita Sacramenta perſcutràs. *Vltima littera eſt, A, In qua oſtenditur, quod eſt aduocata peccatorum. Vnde in Antiphona, quā Ioannes Damaſcenus cōpoſuiſſe fertur; eia ergo aduocata noſtra, ſumma animi alacritate à fidelibus còcinitur. Vt enim* (dicit Anſelmus) *Impoſſibile eſt, vt illi, à quibus Maria Virgo oculos miſericordiæ ſuæ auertit, ſaluentur: ita neceſſariū eſt, quòd ij, ad quos conuertit oculos ſuos, pro eis aduocans iuſtificentur, & glorificentur. Aduocatum habemus apud Patrem Ieſum Chriſtum* 1. *Ioan.* 2. *Vt interpellat pro nobis* (ait Apoſtol. ad Roman.) *Sed quia non ſolum aduocatus, ſed iudex conſtitutus eſt virorum, & mortuorum, cuncta itaque diſcuſſurus, ita nihil inultum remanebit. Poterat fortè humana fragilitas, & præcipuè peccator, cum vix iuſtus ante eum ſit ſecurus, ad eum accedere tanquam aduocatum? Et ideò pijſsimus prouidit nobis de aduocata, quæ tota mitis, & ſuauis eſt, nihil in ea inuenitur aſperum, nunquam ex ea proceſſit verbum durum.* Hæc præſtantiſsimus Antiſtes. Quibus pijſsimè efficax Mariç auxilium erga peccatores, incenſa charitas, & quôd ſit imbeciliū tutiſsima ſpes, perſpicuè illuſtratur. *S. Antonin* *Anſelm.* *S. Antonin*

2. Regum cap. 14. num. 4. Infenſum cor Dauid erat aduerſum Abſalon filium ſuum, impium, & fratricidam virum: propter cuius atrocia, atque impudica ſcelera à facie ſua, & domo regia reijcit, *2. Regum.*

cit, ipſumque varijs pœnis addictum, à præſentia parentis Regis pulſum, regalibus honoribus, pulchriſque ſtemmatibus nudatum, in exilium relegat. Quam miſer Abſalon? Quis ad præſentiam reuocabit parentis? Quis tanto, miſeroque liberabit exilio? Quis ipſum præſentia placidiſsima parentis, priſtinis gaudijs paternæ domus iucundè iterum frui, ac lætanter gaudere, reſtituet? Quis ad amplexus maternos, redintegrata gratia, reducet? Sanè cum ingreſſa eſſet mulier Theuchites ad Regem, cecidit coram eo ſuper terram, ſupplex adorauit, ac tandem humiliter deprecata, adeò Regi gratioſa extitit, ac iucunda complacuit, vt Rex iam manſuetus, iam non iracundus, parcens ſceleribus Abſalonis ipſum in gratiam reuocat, ſic effatus: *Ecce placatus fui ad verbum tuum, vade, & reuoca puerum Abſalon, &c.* Quid aptius ad noſtrum institutum? Perſæpè homines per anfractus ſuorum ſcelerum errantes, Dei amicitiam, & gratiam amittentes, miſerrimo dæmonum famulatui mancipantur, imperioque eorum proſternuntur. Tunc iram Dei incitant, ipſumque manſuetiſsimum agnum in rugientē leonem vertunt; quid tunc, vt miſer homo in gratiam Dei reddat, ac intra paternam domum reducatur? Certè nihil aliud niſi vt Theuchites, hoc eſt, Deipara Maria pro ipſo ad Regem interpellet, cuius obtutibus, cuius nomine perſonante, odium amorē commutans, ad amplexus ſuos, ad vmbram ſuam, Deus benignè miſerum, iam ob litteratis offenſionibus, traducet peccatorem. Accipe D. Antoninum pio calamo ſic eleganter ſcribentem loco citato: S. Antonin. *Mariæ figura eſt illa prudentiſsima mulier Theuchites, quæ ita ſapienter aduocauit apud Regem Dauid in cauſam Abſalonis vani ſuperbi, & fratricidæ, exulis facti propter tantum ſcelus à Hieruſalē, quæ induxit patrem Dauid ad miſericordiam erga filium, & ab exilium reuocandum. Sic Virgo Maria pro mundo, Deo rebelli, & occiſione fratris ſui, id eſt, animi ſui, propterquod exul conſtituitur à ſuperna Hieruſalem, ita aduocat, & interpellat, vt Deum patrem placet, & conuerſum ad pœnitentiam, ad gloriam inducat.* Hæc Antoninus. Et poſt pauca ſic annectit: *Ad tronū igitur eius, ſcilicet, Virginem Mariam, in qua quieuit, accedamus cum fiducia* (ait Apoſt. ad Hebr.) *vt miſericordiam, & gratiam conſequamur in tempore oportuno.*

ARO-

AROMA XVI. MORALITATIS.

Scelerum confeſsio naufragantium peccatorum firmiſsima tabula.

NVllum hanc ſecurius monumentum, tutius hominibus præſidium, ſalutis promptuarium, armarium vitæ, efficax iræ Dei effugium, quàm Maria, eiuſque vocabulum. Sic Euthimius de Zona Virginea apud Lippoman. *Reſpice igitur* (ô Domina) *ſeruos tuos: in te enim omnem ſpem noſtrã collocãmus; & in te viuimus, & glo riamur, & ſumus.* Certè Mariæ tutela loricati, omnem mũdi vrentem ſæuitiam, Dei perterrefacientem iram effugient.

Fœlix, immo fœliciſsimus, qui inter huius mundi ingraueſcentes vndas ſecuram, ac tutam confeſsionis tabulam arripit. In hac enim non ab ſcopo aberrauit, ſed certiſsimè Deum inueniet. Quandô, ô homo, erraticus latitas, ac inter huius mundi voragines erroneus percurris, vt amplius ne vagus traharis, nec profugus aberres, confeſsionem amplectere, hanc ſecuritatis tabulam apprehende, quæ citô ad portum diuinæ gratiæ, Deique amicitiæ pellere, te faciet.

Lucæ 15. Heu quam erraticus filius ille prodigus à domo patris profugus latitabat, quàm erroneus miſerias percurrebat mundi. Naufragus errabat miſer, vtique à fluctibus inferni ſumergendus; vtique à gurgite, diaboli vorãdus. Patris ſubſtantiam, viuẽdo luxurioſè, diſsiparat, in tantamque venerat miſeriam, vt inter ſpurciſsima degens animalia, de ipſorum cibis ſaturari, concupiſceret. Interim ſuam perpendens vitæ miſeriam, morum ruinam, degendi inopiam, ad ſe reuerſus ita loquitur: *Pater peccaui in cœlũ, & corã te, iã non ſum dignus vocari filius tuus.* Hæc Pater audit, & protinus filio lætãter occurrit, & cecidit ſuper collũ eius. Quid eſt (mi Domine) quòd perditum filium, ita lætus accipias? Quid eſt, quòd oſcula labijs infigas, quæ cõſpurcatis porcorũ filiquis inhiabãt? Elegãter D. Chryſoſt. hom. 4 in Luc. effatur: *Oſculatur os eius, per quod emiſſa de corde confeſsio pœnitẽtis exierat, quã pater lætus excepit.* Quid dulcius? Potuit enim prodigus filius inter tantas peccatorum miſerias erraticus naufragare, potuit tot diebus inter porcorum greges vitã degere: ſed hoc non facta ſuorũ ſcelerum confeſsione. At poſtquam de ſuorum peccatorum miſero ſurgit ſtatu, culpam agnoſcit, in ſeque reuerſus, Deum miſerentem implorat. Iam Pater lætus excepit. Iam confeſsio

Luca.

D. Chryſoſ.

Para-

paradiſum parat. Iam pœnitentia illum Deo reſtituit. Iam ipſum naufragantem lacrymabunda ſcelerum deteſtatio gratanter amplectitur.

Non omittam patrem pœnitentis filij omnes inuitantem, vt ſibi, de filio inuento, gratularentur. Sic enim eloquebatur: *Congratulamini mihi, quia filius meus mortu⁹ erat, & reuixit, perierat, & inuentus eſt.* Sed quomodo perierat? Quomodo non cōparuerat?

S. Ephren. D. Ephrē ſerm. de Pœnit. *Cernis* (ait) *quo pacto pœnitētia reſtituit quodămodo Deo, quod amiſſerat, id eſt, ab errātes peccatores, & adeò per ſcelera deuiantes, atque inter periculorum ambages huc, illucq; diſcurrentes, confeſsio integra peccaminū reducit, reſtituit, ac firmiter trahit.* Quare ſubdit Doctor: *Reuera igitur pœnitentia eſt Dei panis admirabilis; comedit enim per ipſam confeſsionē conſcientiæ, bibitque per pœnitentiā lacrymarū affectionē.* Sicut enim maris piſces ſinus aquarum diuagantes hamo á piſcatore capiuntur, vt in cibū hominibus deſeruiant. Sic á Deo homines in confeſsione cōprehenduntur, vt inde in cibū ipſi iucundiſsimum ſint, iam per ablutionem peccati repurgati.

Iob. Iob. 21. *Si abſcōdi quaſi homo peccatū meū, & celaui in ſinu meo iniquitatē meā.* Hæc enim ſpes tutiſsima Iob, peccatorū ſuorū manifeſtatio. Quaſi ipſū per alia ſcelera naufragantē, hæc peccatorū confeſsio, vt firmiſsima tabula ſecuritatis reciperet, Eleganter ibi

D. Gregor. D. Greg. lib. 22. Moral. c. 14. *Qui ſe* (ait) *inter aduerſarios nouerat viuere, & tamen non verebatur, culpam voce confeſsionis aperire. Vnde certiſsimè quantæ munditiæ in omnipotentiæ oculis fuerit, qui euitauit mala, ne cōmitteret, & tamen, quæ cum committere contigit, hominibus non abſcondit, quatenus ei, & iuſtitiæ ſit gloria declinaſſe peccatum, & iuſtitiæ cuſtodia, quod non potuit declinare, prodidiſſe. Videatur vir iſte cuilibet magnus virtutibus: mihi certè ſublimis apparet etiam in peccatis ſuis. Mirentur in eo, qui volunt, continentiam, integritatem iuſtitiæ, viſcera pietatis; ego in eo non minus admiror confeſsionem humilimam peccatorum, quàm tot ſublimia virtutum.* Hæc ille. Hoc eſt maius hominum facinus, hoc eſt pulchrius Deo donum, hæc eſt præclarior victima, quam gratiori voluntate omnipotens acceptat, nempe cor contritum, & humiliatū. Hoc in Adamo adamauit Dominus, quod non inuētum in Caino, eius ſuſcitauit iuſtitiam.

Recole Adami facinus, totam naturam inficiens, vide Caini delictum in fratrem ſuum irruentis; quomodo ille multo minus punitur, quā iſte? Quare Adamus nō ita acriter punitus, ſicut Cainus

D. Athan. filius eius? Præclarus D. Athanaſ. q. 42. vet. teſta. *Eo* (ait) *quod Cain ne-*

negauit, & à Deo abſcondit peccatum ſuum, maiorem in ſe pœnam deriuauit; Adam verò, quia confeſſus eſt, magnum illud à ſe ſupliciũ depullit. Quid Lucidius? Cain profug⁹, & vagus, per vniuerſas mũdi regiones, miſere perijt, quia aſylum confeſsionis non aſciſcit. Pereat, pereat, qui peccata ſua confeſsione nõ abſtergit. Adamus tamen, tandem in paradiſo cœleſti receptus eſt, quia peccata confitetur, ac commiſſum facinus, Deo vt ſui miſereatur, publicè pãdit, &c.

Aſt, non ſolum peccatum agnoſcens, in vmbram aduolat Dei; verum (parcat Deus) quaſi in Deum ipſum transfertur, & in diuinum mutatur numen. Ne ſinamus Adamum iam ſui peccati cõſcium, idque palàm coram Domino confitentem. Quid tunc? Statim Deus de ipſo ſic pœnitente annectit: *Ecce Adam factus eſt quaſi vnus ex nobis, &c.* Multi hæc verba ironice capienda aſtruunt, cum poſt peccatum Adamus, Dei ſimilitudine exploſa, iumentis, & inſipientibus ſimilis fact⁹ ſit. Sed quidquid de hoc ſit, circa Deũ loquentem fuiſſe, excogitauit Ambroſ. lib. de Parad. c. 4. affirmãs, Adam poſt peccati cõfeſsionem, ac ſui manifeſtationem ſceleris, pœnitentiam eum quaſi in Deum transformaſſe, in ſupernumque traduxiſſe numen, quapropter ſubdit Deus, ecce Adam factus eſt quaſi vnus ex nobis. Verba Ambroſij tene: *Dixit factus eſt Adam quaſi vnus ex nobis, quia aperuit oculos, vt culpã ſuã videret, &c.* *S. Ambroſ.* Quid profundius? En quomodo quaſi alter Deus effectus eſt, dum peccata non celat, ſed confeſſione euulgat.

ARO-

in delicijs, quas mihi propinas, mortua fuero? Ad quod verbũ diabolus conticuit, & puellam arripiens, eam de feneſtra præcipitare conabatur, quæ protinùs nomine *Maria*, & Angelica ſalutatione ſe communiens à diabolo dimiſſa eſt; in hæc Nequam ſpiritus prorrupit, dicens: Si Religioni adſcripta fueris, tibi ſemper aduerſarius euulgabor, ac rabidus inimicus ero: at ſi hac hora illam mulierem non nominaſſes, eiuſque vocabulum *Mariam* protuliſſes, occidiſſem te. Quo dicto, exiliens de feneſtra vlterius non cõparuit. Hæc ex Diſcipulo, & alijs, &c. Quæ omnia eleganti cõcluſit calamo Richard. lib. 1. de Laud. Deip. c. 2. affirmans maiorem quandam dulcedinem, ac ſuauitatem in Mariano nomine delitescere, quam in Ieſu. Accipe eius verba: *Sicut* (inquit) *nomen Ieſu mel in ore, in aure melos, in corde iubilus, ſic, & nomen Maria, & etiam amplius, ſi dicere audeamus.* Hoc aſſertum ſic cõprobat præfatus author: *Ieſus enim quaſi ſuperbum nomen eſt, & nimium potens, noſtrum humilius nomen decet affectus: et ſi in Ieſu, aut Deitatis, aut ſexus virilis auſteritatem aliquis vereatur, recurrat ad Mariam; in qua nihil horum ſuſpectum.* Hæc Richard. In ea enim nec diuinitas terret, nec tanta maieſtas timorem incutit, nec virilis ſexus quia ferè durior, ac feuerior pauorem affert; ſed fœmineus vtpote blandior, ſuauior, lenior lenitatem inhalat. *Maria* (annectit author) *nomen muliebre eſt, manſuetudinem præferens, & commendans; quod ſi ſexum verearis, pro eo quod & ſibi & alijs fuit in ruinam, Virgo eſt, &c. Hæc enim eſt, quæ Ieſum peperit, remedium attulit, ſalutem propinauit, &c.*

Richard. à S. Laur.

Hinc illud Echberti Abbatis ad Mariam elogium: *Tu nec nominari quidem potes, quin recrees, tu nunquam ſine dulcedine diuinitùs tibi inſita, piæ memoriæ portus ingrederis.* Ex hoc S Bern. de verb. Apoc. ſignum magnum, ſic ſcripſit: *Percurre totam Euangelij ſeriem, & ſi quid increpatorium, ſi quid durum, ſi quid vel modicũ habens indignationis inueneris in Maria, de ceterò ſuſpectam habeas, & accedere verearis; quod ſi omnia manſuetudinis plena ſunt, gratias ei age, qui talem tibi dederit mediatricem, in qua tibi nihil poterit eſſe ſuſpectum, &c.*

Echberti.

S. Bernar.

ARO-

AROMA XIV. PRO MORVM inſtructione.

Tanta hominem Deus dilectione proſequitur, vt videatur, ipſum ſerui, creaturam Domini formam ſubire.

PErpulchrè D. Fulgentius ſermon. de Laudibus Deiparæ ipſam commendans, ſcalam ſublimem, atque præexcelſam interpellat: *Facta eſt* (ait) *Maria Scala cœleſtis, quia per ipſam Deus deſcendit ad terras, vt per ipſam homines aſcendere mereantur ad cœlos.* Hæc Fulgentius. Per Mariam Deus ad ima deſcendit, veluti maieſtatem deprimēs, humiliatus vſque ad mortem, formamque ſerui induens; inſuper magnificatus homo, quaſi Dominus efficitur. O immenſus Dei amor! O ingens hominis, fœlicitas! Iſte ſeruus, factus eſt Dominus, ille omnipotēs ſeruus, apparet; quis tantam hominis fœlicitatem non miretur? Quis Dei tantam non ſtupet benignitatem? *S. Fulgen.*

Lucæ 12: Sic Dominus ad ſuos alloquitur: *Sint lumbi veſtri præcincti. & lucernæ ardentes in manibus veſtris, & vos ſimiles hominibus, expectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur à nuptijs, &c.* Et poſtea annectit: *Amen dico vobis, quia præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis, &c.* Si Dominus Rex, quomodo miniſter? Si ad dexteram Patris ſedens, quomodo creaturis inſeruiens? Si autem creatura miniſter Dei, quo pacto à Deo miniſtrata? Quis talia vnquam auſcultatus eſt? Quod ſedenti famulo Dominus humile impendat obſequium? Sanè intimus Dei amor talia exequitur, facit vtique dominantem ſeruum, & Dominum famulantem. Eleganter Chryſologus ſermo. 24. *Præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis. En mutatio inaudita rerum, en terribilis correctio dominationis; en pauenda conuerſio ſeruitutis; quia parumper ſeruus aſtitit in Domini ſui expectatione ſuccintus, & ſuſtinendi fidem breui fatigatione portauit, cui, vt talionem redderet, diſſimulauit ſe in ipſa diuinitate diuinitas, diſcumbenti homini aſtat, & aſtat in cœleſtibus, epulantibus, ſeruo ſeruit Dominus. Et ſeruit accinctus ſeruis ſuis, miniſtris ſuis, miniſterium facit Chriſtus, & facit in Patris iam gloria conſtitutus.* Hæc Chryſologus. Preme ea: *Simulauit ſe in ipſa diuinitate diuinitas, &c.* Et ea: *Epulanti ſeruo ſeruit Dominus, & ſeruit accin*

Luc. *Chryſolog.*

Digitized by Google

ctus pueris ſuis. Quid non Dei amor exequetur? Quæ alia non opẽ rabitur ingens diuini pectoris lampas dilectionis ardens?

Sic Paſtor ille (Dominũ intellige) poſt mille tranſactos mõtiũ vertices, poſt tot toleratos labores, poſt tot accepta incõmoda, poſt tot euentus, iã iam ouiculã profugã, ac errãtẽ reperit, quã ſic inuẽtã, imponit in humeros ſuos, gaudens, &c. Quare tantus Paſtor ſuper humeros apponit? Nonne ad manus eã traheret, nõne de itineris fatigatione quieſcere poterat? Quomodo feſſa mẽbra vlterius nouo onere ouiculæ agrauat, eamque ſuper humeros apponens, ſibi ſuperiorem conſtituit? Eleganter D. Baſil Seleu. orat. 26

D. Baſilius ſatisfacit: *Montes* (ait) *& ſyluas, obire nõ recuſat, obijt præcipitia, cumque de errante venit in partẽ errationis, & ſubijciens humeros, proprio labore ouiculam curat laborantẽ, gaudet ipſa fatigatione, ouiũ inuentionem ratus laſsitudinis eſſe leuamentum.* Punge illa: *Subijciens humeros,* ideſt, ſupra ſe attolens, vt inde amoris vis manifeſtaretur, & cum errantem ouem aliter Deus reducere valeret, noluit Deus aliter attrahere; nam ouiculæ onere leuatur Deus, ipſius grauamine gaudet, ac lætus humero ſupponens, eam ſibi quodmodum eleuat, ac eminẽtius erigit, vt inde diuinæ dilectionis efficatia manifeſtetur.

D. Tho. Theorema Angelici Præceptoris eſt, 3. p. q 3. ar. 8. Vtrũ fuerit magis cõueniens, quod perſona filij aſſumeret humanam naturã, quam alia diuina? Quæſitum diluit ſanctiſ. Magiſter. Quia cũ verbi Dei ad humanam naturam maxima ſit ſimilitudo, conuenientiſſimum fuit, ex diuinis perſonis ipſum Verbum humanam aſſumere naturam. De quo ibi conſule. Sed ad rẽ noſtram dilucidè noſtrum

Abb. Flor. nodum quæſtionis diluit Abb. Floriacenſis Ioachinus in Apoc. c. 11. *Etenim* (ait) *amans non laborat, ſed voluntate in amatam rem fertur, intelligens autem nimio afficitur labore; iuxta illud: qui addit ſcientiam, addit laborem; conueniens autem fuit diuinũ Verbum carnẽ aſſumere, vt ſic noſtros labores ferẽs, nos ab ipſis liberaremur: ita vt ipſa eos perferens, pro nobiſque tã immanes ſufferẽs labores, eſſet tanquã ſeruus, nos autem, vt Domini appareremus. Factus eſt homo ſapientia Patris, ideſt, Filius, non Dei charitas, qui eſt Spiritus ſanctus; quia nos in adiſcenda ſapientia laboramus, in amando autem non. Decebat ergo bonitatem Dei ibi collocare, vbi nos laboremus: vt per eius liberati laborem, poſſemus, & ipſi ad libertatem venire.* Hæc Abb. Laborare vult Dñs, vt nos in libertatem reddamur, ſeruile accipere exoptat munus, vt nos Domini videamur, formam ſerui accipit in ſimilitudinẽ carnis peccati, vt in imaginem eucharmur Dei, ac Domini honoremur ſimilitudine.

ARO-

Digitized by Google

AROMA XV.

Nomen MARIA *naufragantium portus, peccatorum periclitantium* Spes.

EGregius Florentiæ Antiſtes S. Antonin. 4 p. c. 17. §. 3. de Spe B. Mariæ, ad illa Eccleſ 14. *Ego mater pulchræ dilectionis, timoris, & agnitionis, & ſanctæ ſpei, &c.* Sic fatur: *Quia nõ ſolũ iſtã* (ſpẽ) *in ſe habuit in mente, & actus produxit; ſed etiã in alijs procurat; vnde dicitur* Maria *ſpes noſtra, ſcilicet, ad ſuffragandũ, & in omnibus auxiliũ procurandũ.* Hæc Anton. Mũdus iſte eſt mare magnũ, & ſpatioſum valdè, ibi tentationum reptilia, quorum non eſt numerus; quid autẽ exequetur homo, vt his omnibus incolumis euadat? Liber egrediatur? Vtique inuocare Mariam, quæ naufragantium portus, ſpeſque firmiſsima illis ſit. *O quiſquis* (exclamat Bernard.) *intelligis in huius ſæculi profluuio, maris inter procellas, & tẽpeſtates fluctuare, mar ſquè per terrã ambulare, ne auertas oculos ab huius ſæculi ſyderis fulgore, ſi non vis obrui procellis. Si inſurgant venti tẽtationũ, ſi incurras ſcopulos tribulationũ, reſpice ſtellã, voca Mariam &c.* Ex quibus profectò intueri valebis, quã efficax tibi ad quaſcũque tribulationes in Mariæ vocabulo ſit remedium: in ipſo ergo nomine adeſt tibi Maria curialiſsima procuratrix; nullum non mouet lapidem, vt apud filium Deum humana negotia efficaciter tractet, & fœliciter abſoluat. Agit, & agitat, curat & procurat pro vobis, & in tribunali diuino pro quolibet peccatore miſero ſolertem ſe exhibet negotiatricem, ipſum, ſi opus eſt è tartareo dæmonum lacu liberans, cæteroſque aduerſantes ſpiritus viriliter conuincens. Sic idem Bernard ſer. 1. Aſſumpt. *Maria nobis facta dicitur aduocata, quæ apud Deum ſalutis noſtræ negotiã fœliciter pertractat. Bellè ſalutis noſtræ, non vanæ noſtræ cupiditatis, non inutilium voluptatum, ſed ſalutis noſtræ ſpiritualis ſedulo operam noſtram ſolicitat: Deum ira excandeſcentem pro noſtris ſceleribus, mitigat, ac ſuauiter ſuo dumtaxat nomine temperat.*

S. Antoni

S. Bernar.

Idem.

Abbas pijſsimus Cluniacenſis ſermon. 3. Annuntiation. & in ordi. 33. ad illa: *Et nomen Virginis Maria*, ſubtiliter inquirit, quare elemẽtum *R* in Mariæ vocabulo incluſum, tam leniter pronuntietur, pluſquam mediam partẽ ſui terrentis ſoni amittẽs? Quare ſine ſtrepitu rigido, ſicut *Rex*, aut *Regius*, pronuntiatur? Quomodo *R* littera terroris, fit lenitatis littera, & ſuauiter enuntiatur

Abb. Clun.

tiatur in hoc nomine *Maria?* Dirimit quæſitum Abbas in hũc modum, quia Mariæ inuocatio omnem expellit terrorem, & audito tali nomine, & ſi aliàs terribilis vt leo, in agnum manſuetum, & pium conuertitur. *Nomen* (ait) *Mariæ eſt valdè commẽdabile. Primò, quia eſt nomen manſuetum, & pium. Omnibus enim in hoc nomine, Deum inuocantibus, auxilium inuenitur, & refugium: vnde, & in periculis quaſi naturali inſtinctu hoc adeò auditum eſt, vt dum ſubitanea ſunt, ſubito inuocant eam, dicẽtes vulgari nomine, noſtra Dama, hoc eſt, noſtra Domina. Vnde, & in nomine Maria. R, quæ media littera eſt, littera quidem terroris, amittit pluſquam mediã partem ſui ſoni terrentis, in ſignum quod Maria in nomine ſuo inuocata, furorem Domini temperat, & mitigat, ideò in aduerſitatibus nõ eſt tam ſcelcſtus, qui ad eam non habeat deuotionem; quis eſt, qui offendens pedem ad lapidem, non ſtatim inuocat Mariam.* Hæc Abbas. In Mariæ vocabulo errantium via, egentium medela, naufragantium portus, periclitantium ſecuritas, litigantium Curialiſsima Procuratrix, ruentium in terra diligens erectrix, ac tãdem ſine *R*, terrore imminente, tota ſuauis, tota dulcis, omnium peccatorum fortiſsima tutela.

S. Ioan. Geometra. Præclarum encomium à ſancto Ioanne Geometra vulgariter fertur, quo Deiparam. *ius ciuile*, aut *ius dirimens lites*, appellat. Quid eſt *ius ciuile*, niſi multorum Imperatorum, & Iuriſconſultorum lex, qua ſoluuntur hominum lites, omniaque ſedantur, ac in pace conſtituuntur? O quam pluries, ô quam frequenter inter Deum, & homines ob eorum immania facinora naſcuntur lites! Quotquot flagitijs rei ſæpè ſiſtimur ante Tribunal! Quid tunc pro ſecuritate, ac fœlici negotiatione noſtra? Quid, vt voti cõpotes euadamus? Quid, vt pro voto noſtras abſoluamus cauſas? Accedat, accedat ius ciuile, & ius dirimens lites, hoc eſt, ſolers negotiatio Mariæ, eiuſque nominis deuota inuocatio, affectuoſa deuotio, eiuſque diligens pro nobis interceſsio. Interueniat Deipara noſtræ ſalutis ſpes, noſtri remedij fiducia; per quam iudex filius miſericorditer humanas dirimit lites; quia ſi tale nomen, talemque aſciſcit ſpem, cœlorum Regno ditabitur, qui gehennæ barathro erat condemnandus.

Rubrum mare Hebræa gens ſico pertranſijt pede. At quorum meritis? Quorum auxilijs? Quorum fiducia? Puto, quod ob merita progenitorum Mariæ, Abrahæ, Iſaac, Iacob, &c. Populus iſte ſico veſtigio mare tranſiuit. Paraphraſ. Chaldeus. Canticorum 1. verſ. 9. habet hæc verba. *Tranſierunt in medio maris charectoſi per ſicum propter meritum Abrahæ, Iſaac, & Iacob dilectorum Domini, &c.* *Paraphraſ. Chald.*

Tan-

Tantum apud Deum iuſtorum merita poſſunt. Potuerunt enim id Mariæ parentes, eiuſque progenitores. Cur ergô amplioris ipſa non erit potentiæ? Immo, ex quo ipſa Dei mater effecta eſt, eius ſpe, ac ſecura fiducia interceſsionis incipiunt homines nō ſico veſtigio diuinum mare tranſire, ſed quòd maius eſt, fluctus ipſos, vndaſque calcare.

In fluctibus maris ambulat, qui in tentationibus non mergitur; idque Mariæ *Spe*. Cujus verba ſunt illa Eccleſ. 24. verſ. 8. *in fluctibus maris ambulaui*. Vt, ſcilicet, mortales à ſūmerſione educeret, & ſuper vndas ad portum duceret. Quod preclarè Richardus à ſancto Laurentio, lib. 4. de laudibus Virgin. Mariæ, tetigit: *Dulcis Maria inceſſu. Vnde dicitur Eccleſiaſt. 24. In fluctibus maris ambulaui, ſcilicet, cum familiaribus meis, vt ipſos eriperē à naufragio peccatorum. Fluctus maris ſunt tentationes, ſibi iugiter inuicem ſuccedentes; quas patimur, quandiu verſamur in mari huius ſaculi, &c.* Eccleſ. Richard. à S. Laur.

Præſtantia, ac eminentia Mariæ in fidelibus ſubueniendis, in vltima ſui dulciſsimi nominis littera exarata, & ſcripta relucet (huius enim præclariſsimi nominis nec elementa myſterijs vacant, nec accentus myſterijs nudantur.) Sic S. Antoninus 4. p. cap. 24 §. 7. eiuſdem nominis abſcondita Sacramenta perſcrutās. *Vltima littera eſt, A, In qua oſtenditur, quod eſt aduocata peccatorum. Vnde in Antiphona, quā Ioannes Damaſcenus cōpoſuiſſe fertur; eia ergo aduocata noſtra, ſumma animi alacritate à fidelibus còcinitur. Vt enim* (dicit Anſelmus) *Impoſsibile eſt, vt illi, à quibus Maria Virgo oculos miſericordiæ ſuæ auertit, ſaluentur: ita neceſſariū eſt, quòd ij, ad quos conuertit oculos ſuos, pro eis aduocans iuſtificentur, & glorificentur. Aduocatum habemus apud Patrem Ieſum Chriſtum 1. Ioan. 2. Vt interpellat pro nobis* (ait Apoſtol. ad Roman.) *Sed quia non ſolum aduocatus, ſed iudex conſtitutus eſt virorum, & mortuorum, cuncta itaque diſcuſurus, ita nihil inultum remanebit. Poterat fortè humana fragilitas, & præcipuè peccator, cum vix iuſtus ante eum ſit ſecurus, ad eum accedere tanquam aduocatum? Et ideò pijſsimus prouidit nobis de aduocata, quæ tota mitis, & ſuauis eſt, nihil in ea inuenitur aſperum, nunquam ex ea proceſsit verbum durum.* Hæc præſtantiſsimus Antiſtes. Quibus pijſsimè efficax Mariæ auxilium erga peccatores, incenſa charitas, & quôd ſit imbecilliū tutiſsima ſpes, perſpicuè illuſtratur. S. Antonin. Anſelm. S. Antonin.

2. Regum cap. 14. num. 4. Infenſum cor Dauid erat aduerſum Abſalon filium ſuum, impium, & fratricidam virum: propter cuius atrocia, atque impudica ſcelera à facie ſua, & domo regia reij- 2. Regum.

cit,

cit, ipſumque varijs pœnis addictum, à præſentia parentis Regis pulſum, regalibus honoribus, pulchriſque ſtemmatibus nudatum, in exilium relegat. Quam miſer Abſalon? Quis ad præſentiam reuocabit parentis? Quis tanto, miſeroque liberabit exilio? Quis ipſum præſentia placidiſsima parentis, priſtinis gaudijs paternæ domus iucundè iterum frui, ac lætanter gaudere, reſtituet? Quis ad amplexus maternos, redintegrata gratia, reducet? Sanè cum ingreſſa eſſet mulier Theuchites ad Regem, cecidit coram eó ſuper terram, ſupplex adorauit, ac tandem humiliter deprecata, adeò Regi gratioſa extitit, ac iucunda complacuit, vt Rex iam manſuetus, iam non iracundus, parcens ſceleribus Abſalonis ipſum in gratiam reuocat, ſic effatus: *Ecce placatus fui ad verbum tuum, vade, & reuoca puerum Abſalon, &c.* Quid aptius ad noſtrum inſtitutum? Perſæpè homines per anfractus ſuorum ſcelerum errantes, Dei amicitiam, & gratiam amittentes, miſerrimo dæmonum famulatui mancipantur, imperioque eorum proſternuntur. Tunc iram Dei incitant, ipſumque manſuetiſsimum agnum in rugientē leonem vertunt; quid tunc, vt miſer homo in gratiam Dei reddat, ac intra paternam domum reducatur? Certè nihil aliud niſi vt Theuchites, hoc eſt, Deipara Maria pro ipſo ad Regem interpellet, cuius obtutibus, cuius nomine perſonante, odium amore commutans, ad amplexus ſuos, ad vmbram ſuam, Deus benignè miſerum, iam ob litteratis offenſionibus, traducet peccatorem. Accipe D. Antoninum pio calamo ſic eleganter ſcribentem loco citato: S. Antonin. *Mariæ figura eſt illa prudentiſsima mulier Theuchites, quæ ita ſapienter aduocauit apud Regem Dauid in cauſam Abſalonis vani ſuperbi, & fratricidæ, exulis facti propter tantum ſcelus à Hieruſalē, quæ induxit patrem Dauid ad miſericordiam erga filium, & ab exilium reuocandum. Sic Virgo Maria pro mundo, Deo rebelli, & occiſione fratris ſui, id eſt, animi ſui, propterquod exul conſtituitur à ſuperna Hieruſalem, ita aduocat, & interpellat, vt Deum patrem placet, & conuerſum ad pœnitentiam, ad gloriam inducat.* Hæc Antoninus. Et poſt pauca ſic annectit: *Ad tronū igitur eius, ſcilicet, Virginem Mariam, in qua quieuit, accedamus cum fiducia* (ait Apoſt. ad Hebr.) *vt miſericordiam, & gratiam conſequamur in tempore oportuno.*

ARO-

Digitized by Google

AROMA XVI. MORALITATIS.

Scelerum confeſsio naufragantium peccatorum firmiſsima tabula.

NVllum hanc ſecurius monumentum, tutius hominibus præſidium, ſalutis promptuarium, armarium vitæ, efficax iræ Dei effugium, quàm Maria, eiuſque vocabulum. Sic Euthimius de Zona Virginea apud Lippoman. *Reſpice igitur* (ô Domina) *ſeruos tuos: in te enim omnem ſpem noſtrã collocamus; & in te viuimus, & gloriamur, & ſumus.* Certè Mariæ tutela loricati, omnem mũdi vrentem ſeuitiam, Dei perterrefacientem iram effugient.

Fœlix, immo fœliciſsimus, qui inter huius mundi ingraueſcentes vndas ſecuram, ac tutam confeſsionis tabulam arripit. In hac enim non ab ſcopo aberrauit, ſed certiſsimè Deum inueniet. Quandô, ô homo, erraticus latitas, ac inter huius mundi voragines erroneus percurris, vt amplius ne vagus traharis, nec profugus aberres, confeſsionem amplectere, hanc ſecuritatis tabulam apprehende, quæ citô ad portum diuinæ gratiæ, Deique amicitiæ pellere, te faciet.

Lucæ 15. Heu quam erraticus filius ille prodigus à domo patris profugus latitabat, quàm erroneus miſerias percurrebat mundi. Naufragus errabat miſer, vtique à fluctibus inferni ſumergendus; vtique à gurgite, diaboli vorãdus. Patris ſubſtantiam, viuẽdo luxurioſè, diſsiparat, in tantamque venerat miſeriam, vt inter ſpurciſsima degens animalia, de ipſorum cibis ſaturari, concupiſceret. Interim ſuam perpendens vitæ miſeriam, morum ruinam, degendi inopiam, ad ſe reuerſus ita loquitur: *Pater peccaui in cœlũ, & corã te, iã non ſum dignus vocari filius tuus.* Hæc Pater audit, & protinus filio lætãter occurrit, & cecidit ſuper collũ eius. Quid eſt (mi Domine) quòd perditum filium, ita lætus accipias? Quid eſt, quòd oſcula labijs infigas, quæ cõſpurcatis porcorũ ſiliquis inhiabãt? Elegãter D. Chryſoſt. hom. 4 in Luc. effatur: *Oſculatur os eius, per quod emiſſa de corde confeſsio pœnitẽtis exierat, quã pater lætus excepit.* Quid dulcius? Potuit enim prodigus filius inter tantas peccatorum miſerias erraticus naufragare, potuit tot diebus inter porcorum greges vitã degere; ſed hoc non facta ſuorũ ſcelerum confeſsione. At poſtquam de ſuorum peccatorum miſero ſurgit ſtatu, culpam agnoſcit, in ſeque reuerſus, Deum miſerentem implorat. Iam Pater lætus excepit. Iam confeſsio

Lucæ.

D. Chryſoſ

Para-

paradiſum parat. Iam pœnitentia illum Deo reſtituit. Iam ipſum naufragantem lacrymabunda ſcelerum deteſtatio gratanter amplectitur.

Non omittam patrem pœnitentis filij omnes inuitantem, vt ſibi, de filio inuento, gratularentur. Sic enim eloquebatur. *Cõgratulamini mihi, quia filius meus mortu' erat, & reuixit, perierat, & inuentus eſt.* Sed quomodo perierat? Quomodo non cõparuerat?

S. Ephren. D. Ephrẽ ſerm. de Pœnit. *Cernis* (ait) *quo pacto pœnitẽtia reſtituit quodãmodo Deo, quod amiſſerat, id eſt, ab errãtes peccatores, & adeò per ſcelera deuiantes, atque inter periculorum ambages huc, illucq; diſcurrentes, confeſsio integra peccaminũ reducit, reſtituit, ac firmiter trahit.* Quare ſubdit Doctor: *Reuera igitur pœnitentia eſt Dei panis admirabilis; comedit enim per ipſam confeſſionẽ conſcientiæ, bibitque per pœnitentiã lacrymarũ affectionẽ.* Sicut enim maris piſces ſinus aquarum diuagantes hamo á piſcatore capiuntur, vt in cibũ hominibus deſeruiant. Sic á Deo homines in confeſsione cõprehenduntur, vt inde in cibũ ipſi iucundiſsimum ſint, iam per ablutionem peccati repurgati.

Iob. Iob. 21. *Si abſcõdi quaſi homo peccatũ meũ, & celaui in ſinu meo iniquitatẽ meã.* Hæc enim ſpes tutiſsima Iob, peccatorũ ſuorũ manifeſtatio. Quaſi ipſũ per alia ſcelera naufragantẽ, hæc peccatorũ confeſsio, vt firmiſsima tabula ſecuritatis reciperet. Eleganter ibi

D. Gregor. D. Greg. lib. 22. Moral. c. 14. *Qui ſe* (ait) *inter aduerſarios nouerat viuere, & tamen non verebatur, culpam voce confeſsionis aperire. Vnde certiſsimè quantæ munditiæ in omnipotentiæ oculis fuerit, qui euitauit mala, ne cõmitteret, & tamen, quæ cum committere contigit, hominibus non abſcondit, quatenus ei, & iuſtitiæ ſit gloria declinaſſe peccatum, & iuſtitiæ cuſtodia, quod non potuit declinare, prodidiſſe. Videatur viris iſte cuilibet magnus virtutibus: mihi certè ſublimis apparet etiam in peccatis ſuis. Mirentur in eo, qui volunt, continentiam, integritatem iuſtitiæ, viſcera pietatis; ego in eo non minus admiror confeſsionem humilimam peccatorum, quàm tot ſublimia virtutum.* Hæc ille. Hoc eſt maius hominum facinus, hoc eſt pulchrius Deo donum, hæc eſt præclarior victima, quam gratiori voluntate omnipotens acceptat, nempe cor contritum, & humiliatũ. Hoc in Adamo adamauit Dominus, quod non inuẽtum in Caino, eius ſuſcitauit iuſtitiam.

Recole Adami facinus, totam naturam inficiens, vide Caini delictum in fratrem ſuum irruentis; quomodo ille multo minus punitur, quã iſte? Quare Adamus nõ ita acriter punitus, ſicut Cainus

D. Athan. filius eius? Præclarus D. Athanaſ. q. 42. vet. teſta. *Eo* (ait) *quod Cain ne-*

negauit, & à Deo abſcondit peccatum ſuum, maiorem in ſe pœnam deriuauit; Adam verò, quia confeſſus eſt, magnum illud à ſe ſupliciū depullit. Quid Lucidius? Cain profug⁹, & vagus, per vniuerſas mūdi regiones, miſere perijt, quia aſylum confeſsionis non aſciſcit. Pereat, pereat, qui peccata ſua confeſsione nō abſtergit. Adamus tamen, tandem paradiſo cœleſti receptus eſt, quia peccata confitetur, ac commiſſum facinus, Deo vt ſui miſereatur, publicè pādit, &c.

Aſt, non ſolum peccatum agnoſcens, in vmbram aduolat Dei; verum (parcat Deus) quaſi in Deum ipſum transfertur, & in diuinum mutatur numen. Ne ſinamus Adamum iam ſui peccati cōſcium, idque palàm coram Domino confitentem. Quid tunc? Statim Deus de ipſo ſic pœnitente annectit: *Ecce Adam factus eſt quaſi vnus ex nobis, &c.* Multi hæc verba ironice capienda aſtruunt, cum poſt peccatum Adamus, Dei ſimilitudine exploſa, iumentis, & inſipientibus ſimilis fact⁹ ſit. Sed quidquid de hoc ſit, circa Deū loquentem fuiſſe, excogitauit Ambroſ. lib. de Parad. c. 4. affirmās, Adam poſt peccati cōfeſsionem, ac ſui manifeſtationem ſceleris, pœnitentiam eum quaſi in Deum transformaſſe, in ſupernumque traduxiſſe numen, quapropter ſubdit Deus, ecce Adam factus eſt quaſi vnus ex nobis. Verba Ambroſij tene: *Dixit factus eſt Adam quaſi vnus ex nobis, quia aperuit oculos, vt culpā ſuā videret, &c.* *S. Ambroſ.*

Quid profundius? En quomodo quaſi alter Deus effectus eſt, dum peccata non celat, ſed confeſſione euulgat.

AR O-

AREOLA TERTIA.

DE NOMINE MARIA PROVT (STELLA MARIS) INTERPRETATVR.

AROMA I.

VOCABVLVM, MARIA, PER-*inde eſſe, ac maris Stellam, Patrum authoritatibus fulcitur.*

VVLGARIS interpretatio, quam ſæpè Sãcti Patres ſunt amplexi, in eo verſatur. Vt Maria idem quod, *Stella maris* ſignificare adſtruatur. Sic cõmunis Eccleſiæ ſtylus in Hymno.

Aue Maris Stella,
Dei mater alma,
Atquè ſemper Virgo,
Fœlix cœli porta.

Quam

Digitized by Google

Quàm in hac celebri interpretatione ferè omnis Doctorũ cuneus imitatus eſt. In primis Hieronym. hom. in feſto Annunt. ſic tenet: *Ipſa eſt maris ſtella, immò ſtellarum ſtella, cuius ductu, & interuentu ad patriã tranſfretamus.* Qui libro de nominibus Hebraicis in Exod. Ethymõ huiusnominis tradẽs ſic loquitur: *Maria, vel Smyrna maris, vel Stella maris.* Qui ſuper Matth. & Pſal 18. idẽ prorſus ſcribens: *Mariã ſtellam maris,* interpellat. Et ſubdit: *In Sole poſuit tabernaculũ ſuũ; in vtero S. Mariæ Virginis. Maria (ait) interpretatur Stella maris, lumẽ ſolis magis lucet, quã ſtellarũ. Sol iuſtitiæ Dñs, vt ait Propheta, orietur vobis timentibus Sol iuſtitiæ, qui eſt Chriſt⁹. Illuminauit Sol iſte ſtellã, id eſt, Mariã, vt eſſet ſicut Sol, ideò poſuit tabernaculũ ſuũ in Sole; quoniã corp⁹ aſſumpſit ex vtero ſuo.* Huic opinioni ſuffragantur Eucher. Iſidor. Beda, Ildefonſ. *Hyeronym.* *Eucherius* *Iſidor.* *Beda.* *Ildefonſ.*

Sed huius poſterioris egregij Toletani Antiſtitis ſer. 1. de Virg. Aſſumpt. accipe verba, luculenter ſcripta: *Ipſa ſtella maris, quã cœlũ ſuis recipit ſedibus, appellatur. Quia ſecũdũ verbũ Hebraicũ ita interpretatur. Hinc agite dilectiſſimi, vt lucifer ille, qui neſcit occaſũ, oriatur in cordibus veſtris, dũ in hoc ſæculo eſtis. Nã mare prorſus ſæculũ eſt; ſtella autẽ B. Virgo Maria, de qua ortus eſt ille, per quã illuminatur omnis mũdus; hinc ſecurius accedite ad laudes Virginis, vt illuminemini, quoniã ipſa eſt, per quã vera lux, in mare huius ſæculi refulſit.* Sic Ildef. Quẽadmodu ſtella illa maris nũquã occidit, nunquã occaſum cognouit, aut huius obnubilationem experta eſt; ita Maria nullam vnquam lucis diminutionem obiuit; ſed ſemper rutilans, ſemper fulgens, ſemper clara conſpecta eſt. *Idẽ Ildef.*

Porrò ſtella maris nuncupatur, vt hinc ſignificetur Deiparã ea munera ſubire, quæ ſtellam Arctico Polo finitimã, & quam nauigantes, cùm per mare feruntur, obſeruare, vſu habent, perficere, nouimus. Iſta ergo ſtella nauigãtes dirigit, ac ejus obſeruatione rectè, quò petunt, feruntur. Sic fideles, Mariæ ductu, ac nominis eius interuentu, ad patriã ſecuri transfretãt. Huc Bernardi verba aſciſcã, quæ mihi ex omnib⁹ huc vſq; adſcriptis luculentiora apparẽt. *Si criminũ (ait) immanitate turbatus, ſi conſcientiæ fœditate confuſus, ſi iudicij horrore perterritus, ſi barathro deſperationis abſortus es, Mariã cogita, Mariã inuoca, nõ recedat à corde, nõ recedat ab ore. Nã ipſã rigitãs, nõ errras; ipſã cogitãs nõ deſperas, ipſã ſequẽs nõ deuias, ipſa tenẽte te, nõ corruis, ipſa protegẽte nõ metuis, ipſa duce, nõ fatigaris, ipſa propitia, peruenis; & ſic in te ipſo experiri poteris, quã meritò dictũ ſit, nomẽ Virginis Maria, id eſt, maris Stella.* Quid allegãtiæ? Aquas trãsfretãtes, ſi aliquãdo ferueſcẽti mari, intumeſcẽti Occeano, fluctuãtibus vndis, vndiq; ingẽti mœrore affecti, huc *D. Bonau.*

illucque ventorum circunferuntur vi, vt barathrum perditionis ſugiant, ſecurumque arripiant portum luminibus erectis, ſtellam hanc reſpiciunt, vt illius ductu ad portum dirigantur, ſuumque quietis ſtatum conſequantur. Hoc ſtellæ maris munus; quod perpulchrè Mariano nomini adſcribendum, præclarè cenſet Bernardus.

Accinit Angelicus Præceptor Diuus Thomas opuſculo 8. dilucidè admodum de appellatione Mariana verba tradens: *Maria*(ait)*interpretatur Stella maris, quia ſicut per ſtellam maris nauigantes diriguntur ad portum, ita Chriſtiani diriguntur per Mariam ad gloriam.* Hoc opus Mariæ, hic eius perpetuus labor, ſecuros nauigantes reddere, periclitantes naufragos diririgere, deuiãtes reducere, ac cunctos, mundi creſcente tenebroſa voragine, noctéque horribili conglobata, diſsipatis tenebris, ſedatis ventibus, facta ſerenitate, ad portum adducere. *D. Thomas*

Audiendus eſt D. Bonauent. in Spec. Dei. ca. 13. qui ait: *Sicut ſtellæ polli munus dirigendi nauigantes obtinent; ita Deipara hominibus ad cœli patriam pergentibus dux, viaque magiſtra. Legitur autẽ, & verũ eſt, quod nautarum mos eſt, vt cũ in aliquã terrã nauigare diſponũt; vnũ ſydus eligũt, huius ſigno (luce radiãte) in eã, quã deſiderãt partẽ, poſſunt ſine errore adduci. Tale officiũ eſt ſtellæ Mariæ, quæ nauigantes per mare mundi in naue innocentiæ dirigit ad litus cœleſtis patriæ.* Duplici naui per fluctũ huius ſæculi labẽtis maris, vtique magni, & ſpatioſi ad portum ſecuri transfretantur, ipſumquè fœliciter arripiunt, aut naui pœnitentiæ, aut innocentiæ: ſed vtraque per ſtellam maris ad portum gloriæ fœliciter dirigitur. *D. Bonau.*

Quid certius Mariam Moyſi ſororẽ typum extitiſſe Deiparæ? Iã in ſuperioribus prolatum relinquimus. Iterũ Ambroſ. in 2. ca. Lucæ, & epiſt. 81. conſule illum, ibi.

Pergente populo in promiſsionis terrã, ipſa Maria, vel ob cõtemptum Moyſi Æthyopiſſam vxorẽ, aut ob inanem gloriã (vt alij exiſtimãt) vel ob aliud peccatũ, lepræ ſordibus inficitur. *Apparuit ei lepra quaſi nix.* Statimque præceptum Domini iniungitur. Numer. 12. v. 4 *Separetur ſeptẽ diebus extra caſtra, & poſtea reuocabitur.* Excluſaque eſt Maria extrã caſtra ſeptẽ illis diebus, in quibus (ait ſacer textus:) *Et populus non eſt motus de illo loco, donec reuocata eſt Maria.* Itaque manſit populus immotus, taliter, quod nullus pedem moueret, non deambulante Maria. Mirũ valdè, & omni ſtupore refertũ. Nonne populus iter egit aliquando ſine Moyſe, ſine Aarone? Quis ambigit? Quare ergo ſine Maria promiſſæ terræ *Numer.*

viam

Digitized by Google

viā nō ſequetur? Tātus igitur numeroſus exercitus ſic grauabitur, vt immobilis exiſtat, quia vna tantū fœmina immota, ſiſtitur? Pergat, pergat populus, iter ſuū gens numeroſa perficiat, & poſtea, Maria reſtituta ſaluti, iterū aſſociabitur. Apage, apage, quod populus ſine Maria pedē moueat. Acute difficultatē diluit Lyra ad illa verba: *Et populus non eſt motus de illo loco, donec reuocata eſt Maria. Ex quo patet* (ait Lyra) *impedimentū itineris ex reuerentia ad Mariā.* Ac ſi diceret. Non pergit populus Hebræus ad promiſsionis terrā incomitante Maria. perſpicuū ergo ſit, omnes immobiles futuros eſſe, nō aſſociāte ipſa; abſq; Mariæ ductu errorē itineris pertimeſcant, & tanquam marmoreæ colūnæ ad talem peregrinationem reddantur. Quæ mirè concinunt cum his, quæ à Venantio fortunato, in Virgineo carmine proferuntur. Lyra.

Fœlix, qua generi humano ſub tartaro lapſo
Ad cælos facta eſt ſors, via, porta, rota. Venantius

Quare tu, qui huius maris fluctus penè demerſus appares, Mariā cogita, Mariam inuoca, non recedat ab ore; nam ipſius ſanctiſsimi nominis fretus, non fatigaris, non deuias; ipſa enim propitia, ad portum deuenis ſalutis.

Nonnullas accipe huius ſtellæ conditiones exprobatis Aſtrologis deductas, Virginique aptiſsimas. Stella illa eſt, quoad motum velociſsima; licet enim hæc ſtella, quæ vulgo dicitur *Tramōtana*, à loco ſuo moueri, nō videatur, tamē in ſpheræ ſuo circulo circulariter circūvoluitur; & quia circulū habet breuiſsimū, quaſi nō moueri, videtur. Sic B. Virgo, quāvis in ſtatu gratię immobilis permāſerit, & ab ipſo per motū alicuius criminis nūquā receſſerit; motū tamen dilectionis diuinæ velociſsimè cucurrit. Dicit enim Bernardus: *Qui amat vehementius, cucurrit velotius, & peruenit citius.* Bernardus

Item ſtella illa ratione ſui ſitus eſt medij totius cœli oſtenſiua; medium autem cœli eſt filius Dei, quia mediator eſt Dei, & hominum; hunc nobis iſta ſtella oſtendit, cùm ipſum nobis viſibilem genuit. Item ſtella per gyrum Arcturij ſibi propinqui ab alijs ſtellis eſt diſtincta, à cuius vicinitate *Pollus Arcticus* eſt vocata, vt tenet Beda.

Arcturus enim eſt, *ſeptem ſtellarum curſus*, qui iſtam ſtellā circumeunt, facientes ei quaſi circulū, & coronam; quia, ſcillicet, Beata Virgo omnium ſanctorum coronis, quæ ad gradus ſeptem pertinet, coronatur, & decoratur. Quod eleganter cecinit doctiſsimus Beda.

mus Idiota de Contemplat. Virg. cap. 2. *Non defuit* (ait) *tibi puritas Angelorum, non fides Patriarcharum, non zelus Apoſtolorum non patientia Martyrum, non ſobrietas Confeſſorum, non innocentia, aut humilitas Virginum. In ſumma nullo genere vacaſti virtutum, ò Virgo pluſquam Beata, quodcunque donum alicui ſanctorum vnquam datum fuit, tibi non fuit negatum, ſed omnium ſanctorum priuilegia in te congeſta habes.* Sic doctiſsimus Idiota. O fulgens ſtella, ò præclarum ſydus, fulges enim, ò præclariſsima Stella, omnium ſanctorum priuilegijs, ac gratijs vndique condecorata; neminem tibi ante ferendum, aut æquiparandum decerno, cum illud, quod, vel in Angelis, vel in hominibus optimum habeatur, te coronet, te amplectatur.

S. Idiota.

Stella iſta à pleriſque *Pollus* appellatur, à *pollendo*: quia continuè mundo pollet, nũquam occidit, ſed ſemper ſuper nos aſsiſtit. Sic Maria lucem ſuæ miſericordiæ nunquam ſubſtrahit, vel abſcõdit. Et quomodo non fixa, & immobilis ſtabit, patrocinia hominibus impendens, quando peccantium occaſione, ac peccatorum cauſa, ad matris Dei dignitatem euecta eſt? Ni fallor accinit illa Eccleſiæ proſſa.

Eccleſiæ.

Peccatores non aborres,
Sine quibus numquam fores
Tanto digna filio.

Tandem notandum do, quòd iſta ſtella, ſiue *Pollus*, eſt *axis* cœli ex vna parte receptiua, ſiue terminatiua. *Axis* enim vocatur linea quædam imaginatiua, quæ ab illo Pollo Antartico, vſque ad iſtum articum recto diametro, ſicut linea à puncto vſque ad punctum eſt tracta. *Axis* iſte fuit dolor paſsionis Chriſti, quia ab vno pollo, ſcilicet, à filio crucifixo vſque ad illam, ſcilicet, vſque ad corpus ipſius matris immobilis à fide, & gratia pertranſijt, ſicut ei Simeon prædixerat Lucæ 2. *Et tuam ipſius animam pertrãſibit gladius, ideſt, dolor paſsionis Chriſti.* Quare *axis* iſte gladius eſt, ab vno vſque ad alterum pertranſiens pollum, hoc eſt à corpore Chriſti in Cruce fixo, vſque ad materna viſcera iuxta crucem ſtantis Mariæ. De quo in vltima Areola fuſius reddibit ſermo.

Inſuper ſupra allegatis authoribus noſtrum theorema communientibus, arridet Gotfredus Viterb. vetus, ac ſatis pius poeta 4. p. Chronicici ſui.

Digitized by Google

Nata maris Stella, Regias Maria nouella,
In templo Domini, nocte, diuque fuit;
Creuit, & à cunctis meruit vehementer amari,
Moribus; & ſpecie dignior abſquè pari.

AROMA II. PRO MORIBVS.

Simulata æquitas, non eſt æquitas, ſed duplex iniquitas.

STella ſimplicitatem indicat, & duplicitatē, vel ſimulatā æquitatē pungit, ac carpit. Sic Geminian. lib. 1. de elem. c. 49. *Secūdò* (ait) *ſtellæ ſunt ſimpliciſſimæ, non ex contrarijs compoſitæ, ita ſimiliter veri ſancti ſunt ſimplices per intenſionem, & non duplici corde. Prouerb. 11. Simplicitas iuſtorum diriget eos.* Hæc Gemin. *Geminian.*

Deuteron. 22. Sic filijs Iſrael præcepit Dominus: *Non indueris veſtimento, quod de lana, lignoque contextū eſt.* Sanè abhorret Dominus veſtem lana, linoque contextam. Quare? Quod prophanas inhoneſtaſque veſtes Dominus prohibeat, nō inficior, non miror; etenim mundana, vanaque veſtimenta laquei debilium, eſca peccatorum, diaboli rete, tartarorum porticus videntur. At non ita veſtis ex lana, & lino contexta; cur ergo à Domino interdicitur? Eleganter perpenditur huiuſmodi præceptum à Diuo Gregorio, 8 Moral. capit. 3. aſſerente huiuſmodi prohiberi veſtimenta, quia in ipſis cordis duplicitas, ac animi doloſitas figuratur. *Per lanam* (ait) *quippe ſimplicitas, per linum vero ſubtilitas deſignatur. Ea nimirum veſtis, quæ ex lana, linoque conficitur, linum interius celat, lanam in ſuperficie demonſtrat; veſtem verò ex lana, linoque contextam induit, qui in locutione, vel actione, qua vtitur, intus ſubtilitatem malitiæ operit, & ſimplicitatem foris innocentiæ oſtēdit; quia enim ſub puritatis imagine deprehendi calliditas nō valet, quaſi ſub lanæ groſſitudine linum latet* Hæc Gregorius. Hi enim bianimi, doloſi venenum mellis ſpecie falsò propināntes, fouea quā plurimis perdendis, ſunt. Quia cum ſæpè domeſtici ſint latrunculi, omnes domus angulos ſimulata æquitate perſcrutantes, vitari nequeunt, fugari non poſſunt. Scut nouacula acuta dolum faciunt, & quos videntur leuare, hoſtiliter feriunt, læthaliter vulnerant. *Deuteron.* *D. Gregor.*

Nunquam virtutis mendacium, aut religionis ſimulatus cultus ipſum colentibus læthalis non erit, ſed ſemper manu Dei omnipotentis punitus, remanebit.

Digitized by Google

Recole 2. Reg. Abſalonem doloſè iuſtitiam ſimulátem, magnique iudicis notas, vt ſibi arriperet regnum, bi animo itinerum ingreſſu prædicantem. *Manè conſurgens Abſalon ſtabat iuxta introitum portæ in via, & omnem virum, qui habebat negotium, vt veniret ad Regis iuditium, vocabat Abſalon ad ſe, & dicebat: Quis me conſtituat iudicem ſuper terram; vt ad me veniant omnes, qui habent negotium, & iuſtè iudicem, &c.* Quæ maior æquitatis ſimulatio? Quod maius iuſtitiæ mendacium? Quid Abſaloni pro hac iuſtitia ſubdolè, & doloſè prædicata, eueniet? cap. 14. miſerè interiſſe fertur: *Accidit autem, vt occurreret Abſalon ſeruis Dauid, ſedens mulo; cùmque ingreſſus fuiſſet mulus ſubtus condenſam quercum, adhæſit caput eius quercui, & illo ſuſpenſo inter cœlum, & terram, mulus, cui inſiderat pertranſiuit.* O miſera Abſalonis ſtrages! O infœlix interitus! Vnde tanta infœlicitas Abſalonis? Præclarè D. Iſidorus Peluſiota lib. 3. epiſtolarum cap. 219. *Abſalon* (ait) *à diuina iuſtitia ſuplitio affectus eſt, quòd ex autorãdi patris cauſa probi iudicis ſpeciem præ ſe tuliſſet, ſubditoſque per huiuſmodi lenocinium ſibi deuinciſſet.* Hæc Iſidorus. Dum Abſalon ſuam pandit iniquitatem, ac ſceleſtus apparet, pœnas ſcelerum non ſoluit. At dum iniquitatem ſuam prætextu æquitatis ſimulat, ſpeciemq; probi iudicis referre, ſtudet, vt animos traheret populares; tunc citò periјt, ac pro æquitate ſubdole ficta læthalem ſubiјt pœnam, ac miſerè perimitur.

Iſid. Peluſ.

Præclarè iſti virtutum ſimulatores ſtrutiones à diuino Spiritu vocantur, de quibus Iſaiæ 34. *Erit cubile draconum, & paſcua ſtrutionum.* Quid autem eſt in ſtrutione? Audi S. Gregorium 7 moral, cap. 12. *Strutio quippe volandi ſpeciem habet, ſed vſum volandi non obtinet, quia, & hypocritæ cunctis intuentibus imaginem de ſe ſanctitatis inſinuant, ſed tenere viam ſanctitatis ignorant, in peruerſa mente ſtrutio paſcitur, quia, & latẽs malitia callide tegitur, & intuentium oculis ſimulatio ſanctitatis antefertur.* Sic Gregorius. Non aliter multi ſpeciem volandi habent, cæterùm non volant; ſub prætextu caſtitatis impudici ſunt; in quo prorſus omnipõtenti ſunt ingrati, ac certo maiori ſuplicio afficientur à Deo.

Iſaias.

S. Greg.

Miror valdè cur Deus, cuius miſericordiæ non eſt numerus, longaminis, & multum miſericors tam acriter contra Amalech ſæuierit, vellumque ſempiternum in illum bucinans, delectionem illius nominis prædicet; ac vltimam ſtragem iubeat. Deuterono. 23. Deus Iſraelem ſic alloquitur: *Memento, quæ fecerit tibi Amalech, quando egrediebaris de Ægypto; &c.* Cùm ergo (annectit Deus) *Dominus Deus tuus dederit tibi requiem, de lebis nomen eius* de

Deuteron.

de ſub cœlo; caue ne obliuiſcaris, &c. Quare mi Domine, ita in Amalecitas igne ſcandeſcis iracundiæ? Cur ita vehementer es incēſus? Cur in fœminas ſæuitus? Cur paruulis lactantibus non parcis? Quid boues, & animalia ſine fraude, & dolo meruere? Præclarè Abulenſis, 1 Regum 15. q. 2. 3 6. 7 & 8. exiſtimat Amalechitas pacem, & amicitiam oſtentaſſe Iſraelitis; cum ad hoc, quod de trāſitu agerent certos illi homines ablegaſſent. Poſtea tamen ex inopinato, ex inſidijs à tergo, poſpoſita fide, promiſſoque, in agminibus extremos, feſſos, & debiles viros, in fœminas, paruuloſque irruiſſe. Ideôque Iſraelem Deus alloquitur, vt deleat nomen eius ſub cœlo. Nihil enim ſimpliciſsimus Deus, omnis compoſitionis penitus expers, magis odit, ac deteſtatur, quā doloſam animi ſimplicitatem, ſibi prorſus oppoſitam & odibilem. *Abulenſ.*

Caue (ait Chriſtus per Matthæum) ab his, qui veniunt in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. Illi inquam, qui, detectis inſidijs, ſimulatis dolis, nihil aliud, niſi in fraudem inducere ardent. Quare inter mundi ſceleratos peior, omni iniquitate concretus, diaboli inſtrumentum, Eccleſiæ clades, Chriſtianorum ſtrages, fidelium deturbatio, hoc eſt, Antichriſtus, qui ſub mundi finibus venturus eſt, hypocriſis vitium ſummo cordis affectu amplexurus eſt, quo vndique cathaphractus, fortiterque munitus, initio ſui tyrannidis ſubiugaturus, orbemque debellaturus inſurget. Qui, Religionem ſimulans, pietatem fingens, zelum apparētem demōnſtrans, verſutus, verſipellis ditioni ſuæ ſubijciet quā plurimos, ac poteſtati tyrannicæ miſerè, & lacrymabiliter ſubiunget.

Quare ad illa verba Iob cap. 20. *Qui regnare facit hominem ſuper terram.* Aliqui eruditi tranſtulerunt. *Qui regnare permiſit hypocritam ſuper terram*: & nonnulli, *Antichriſtum ſuper terram.* *Iob.*

ARO-

AROMA III.

Aliæ cœli ſtellæ proprietates Deiparæ aptiſsimè appropiãtur. Nomẽ MARIA *animarum incendium, cæleſtis paradiſi iucunditas, vitæ reparatio.*

STellarum proprium exiſtit munus, gelidum noctis temperare frigus, & leniter modificare. Quare terræ naſcẽtia fouet, & mitigat. Propterquod etiam Maria interpretatur *Stella*. Malitia quippe huius mũdi frigida eſt. Vnde Hieremiæ 6. Dominus ait: *Si-*
Hieremiæ. *cut frigidam facit ciſterna aquam ſuam, ſic, & frigidam facit malitia animam.* Veniat ergo Maria *Stella*, quæ gelidum temperet frigus, & coruſcantibus radijs præfulgens calefaciat, & foueat. Comprobat hanc proprietatem S. Bernardus homil. 1. ſuper Miſ-
S. Bernar. ſus: *Ipſa eſt* (ait) *ſtella terras perluſtrans, & calefaciens magis mentes, quam corpora. Fouet virtutes, excoquit vitia.* Hæc Bernardus. Ipſa eſt mulier fortis, de qua Prouerbiorum vltim. non timebit domui ſuæ à frigoribus niuis, omnes enim domeſtici eius veſtiti ſunt duplicicibus, hoc eſt, Dei, & proximi charitate.

Canticorũ Canticorum 1. Sponſus ad ſponſam ſic effatur: *Oleum effuſum nomen tuum, ideo adoleſcentulæ dilexerunt te nimis.* Quare oleo Marianum nomen aſsimilatur? Quid eſt in oleo, quod nominis Mariani typum gerat? Eſt ne, quia oleum virtutem continet illuminatiuam; quapropter deuotionem in puritate, & claritatem ſcientiæ ſignificat? Eſt ne propter virtutem alleuiatiuam, & ideo laboribus medetur? Eſt ne fortaſis, quia multum habet aereitatis, ideſt, aereæ leuitatis, & terreſtritatis parum, ideoque alijs liquoribus ſuperfertur, quomodo Marianum nomen alijs excelentius exiſtit, propterquod plurimum diuinitatis obtinet? Fortè his rationibus Mariæ vocabulum oleo accomodatur?

Richard. à S. Laur. Sed Richardus à Sancto Laurentio ad noſtrum inſtitutum locum præfatum trahit lib. 1. capit. ſecundo: Oleo comparari exiſtimat propter exardeſcentem huius nominis calorem, quo frigidus ferueſcit, & tepidus quaſi ignitus redditur. Oleum enim ad ignem alit: *O magna* (ait) *& multum amabilis Maria, tu nec nominari quidem potes, quin aſcendas, nec cogitari, quin recrees diligentium te animos, quod eſt olei proprietas, quod igni infuſum, ipſum feruentiorem reddit.* Hæc Richardus. Frigus expellit oleum iſtius nominis, gelidum ſegregat, calorem prouocat, expulſaque à cor-

dibus

Digitized by Google

dibus hominum frigiditate, duplicibus omnes eius clientuli veſtiuntur, hoc eſt, Dei, & proximi ardenti charitate. Quare D. Bernardus ad præfatum Cantic. locum: *Oleum effuſum nomen tuum, ideò adoleſcentulæ dilexerunt te nimis;* ſic exponit; ideſt: *Feruẽter, quaſi iſtius nominis appellatione accenſi.* *S. Bernar.*

His accinit Alanus ad primũ Corinthiorum cap. poſt plurima, quæ de Mariano nomine prædicat, ſic olei proprietates exponit: *Oleum eſurientem reficit, ægrotantem ſanat, membra defatigata mitigat, odorem parit, flammam nutrit, &c.* Punge illa: *Flammam nutrit* Si frigidus es, calore huius appellationis accenderis; effunde ſuper cor tuũ oleum iſtud, & ſic expulſis frigiditatibus, caleſies. Sin autem iam calidum es, iterum, atque iterum dicti ta, millies in os tuum oleum iſtud reuoca, vt ad inſtar ignis exardeſcat, & totus feruens, & ardens reddaris. *Alanus.*

Aliam ſcrutati ſunt Aſtrologi, & naturales in ſtellis virtutem; nempè viuificandi, vitamque elargiendi. Sic atteſtatur Philoſophus. Propterea orbis primus plures ſtellas continet, quia ipſe præcipuè vitæ iſtis inferioribus cauſa eſt. Quid aptius Deiparæ? Sine qua, nec fugari mors, nec vita reparari valet.

Ioannes 11. Mortuum Lazarum ſuſcitaturus Chriſtus Dominus, Bethaniam venit, eumque quatuor dies iam in monumento habentem, Iudæoſque plurimos ſorores conſolantes, reperijt. *Marta ergo audiuit quia Ieſus venit, occurrit ei.* (Maria domi ſedente) abundanti imbre lacrymarum, prolixa oratione vitam fratri à Domino depræcatur. Sed antequam ſuſcitaretur. Maria ſoror vocatur à Domino, vt ſuſcitationi adeſſet. Cur (ait Chryſologus) Maria, quæ domi ſedebat, ad præſens euocatur ſpectaculum? Nonne Dominus (illa abſente) miraculum patrare poterat? Vt quid eius deſideratur præſentia? Optatur intuitus? Sanè, quia ſine Maria Stella mirabili vita nequibat elargiri. *Denique* (ait Chryſologus ſermone de Lazaro ſuſcitato) *vbi Marta confeſſa eſt Chriſto, & quid ſuæ culpæ non in perſona mulieris pia confeſſione deleuit, mittitur ad Mariam, quia ſine Maria, nec fugari mors poterat, nec vita poterat reparari. Veniat Maria, veniat materni nominis baiula, vt videat homo Chriſtum virginalis vteri habitaſſe ſecretum, quatenus prodeant ab inferis mortui, mortui exeant de ſepulchris.* Quid ſubtilius? Vbi eleganti calculo huius ſtellæ radios viuificantes, mortemque fugantes, vides. *Ioan.* *Chryſolog.*

Inſuper ſtella, iuxta peritorũ proloquiũ, locatione eſt alta, quia eam in firmamento poſitam agnoſcunt Aſtrologi. Quare rectè adaptatur Deiparæ propter ſublimationem, & excelſam ſituatio-

tio-

Digitized by Google

tionem; quis enim inter Dei beatos, qui, vt ſtellæ in perpetuas fulgent æternitates, altior, & ſublimior? Vtique Maria inter beatos fœliciſsimè primas obtinet, ac in beantium regno primatū creaturarum poſsidet.

Mirabantur Angeli Mariam ad cœlum ſcandentem, eiuſque præexcelſum thronum, cuneum Angelorum ſuperantem. Sed quæ huius admirationis cauſa? Mirantur ne Virginem cœlum conscendentem, cuius vita cœleſtis, totaque diuinis fulgoribus irradiata, exiſtit? Appage. Quid autem ſpirituum mentes in ſtuporem rapit? Sanè ſublimis huius ſtellæ ſituatio, hoc eſt, ſuper dilectum ſuum, aut ſuper firmamentum ſuum. Quòd dilectus thronus ſtet Mariæ, & quòd ipſe in gremio ſuo intra brachiorum ſuorum nexum ſuſcipiat, ſolium æternum offerat, & ſeipſum in ſedem regalem gratanter libet, hoc in admirationem inducit, in ſtuporem excitat. Sic S.Petrus Damianus ſerm. de Aſcenſ. *De Maria dicitur, quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto, delitijs affluens, enixa ſuper dilectum ſuum? Aſcendit de deſerto, ideſt, de mundo. Verè affluens; quia multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu ſupergreſſa es vniuerſas. Enixa ſuper dilectum ſuum, Rex virtutum dilecti eſt Pater, in quo ſibi benè complacuit; ſuper hunc innititur mater illa fœlicior, & in aureo reclinatorio diuinæ Maieſtatis incumbens, intra Sponſi, immo filij ſui brachia requieſcit.* Hæc eleganter Cardinalis, & quam opportunè! Talis eſt thronus Mariæ. Vtique in amplexu filij, inter eius brachia mater quieſcit, in gremio eius diuinitatis reſidet, ibi ſedem figit; vt maternus honor, ſtellæquè huius celſitudo prædicetur, eiuſque dignitatis faſtigium cunctis innoteſcat.

S.Pet.Da.

Tandem Stellæ Maria ſimilitudinem obtinet; quia ſtella cœlos ornat, ipſoſque reddit aſpectu pulchriores, delectabiliores viſu. Vnde Eccleſiaſt 43. dicitur: *Spes cœli, gloria ſtellarum.* Et Geneſ. 1. fertur; Deum ſtellas condidiſſe, vt lucerent in firmamento cœli. Sic cœli, Maria abſente, eiuſque nomine non perſonante, quaſi venuſtate nudi, ſpoliati, à pulchritudine alieni, non elegantis formæ, neque conſpicabilis erant ſpeciei; certè quaſi caligine denſi, ac tenebris circunfuſi, quoad vſque hæc Stella Maria in ipſo colluceret firmamento.

Eccleſ.

Cant 2. Hæc ab ſponſo audiſſe; decantat, & manifeſtat ſponſa: *En dilectus meus loquitur mihi; ſurge propera amica mea, columba mea, formoſa mea & veni. Iam enim hiems tranſit, imber abijt, & receſsit, flores apparuerunt in terra noſtra, tempus putationis aduenit, vox turturis audita eſt in terra noſtra.* Preme hæc vltima verba: *Vox turturis audita eſt in terra noſtra.* Quare ergo cœleſtis

Canticorū

can-

Digitized by Google

cantici meliflua armonia, ſub voce turturis audita eſt? Turtur enim non canticum, ſed lugubrem gemitũ pro cantico habet; porrò auis iſta deſerta diligit, amœna fugit, auium cæterarum ſodalitium, frequentiamque vitat, vt amantis conſortij deploret abſentiam.

Hæc accipe ex Ioanne Geminiano de turture diſerens, lib. 4. de natural & volatil. c. 90. *Turtur eſt auis caſtiſsima, quæ dum parem ſuum perdit, alterius vlterius copulam non requirit, ſed ſolitaria ſemper incedit, & mœrore perditæ ſocietatis ſemper gemit.* Si ergo locus fletibus oportunus, turturi exiſtit habitaculum, ibiq; eius vox lacrymabilis auditur, quomo in cœlo, vbi nec ſolitudo, nec lacrymæ reperiuntur: *Vox turturis audita eſt?* Ibi enim ſanctorũ ſpirituum reſonat chorus, cœleſtium agmina decãtãt, ac dulciter intonantes, ſuauiter lenocinantur auditu. *Ioan. Gem.*

Difficultatem diluit Hugo de S. Victore ſerm. 2. Aſſumpt. Apte ergo, abſente Maria, in cęleſti curia vox turturis ſuſpirijs, & gemitibus plena auditur. Nam inter beatitudinis frondoſa, & virentia, inter ſplendida ſodalium cęleſtium agmina, dum te (ô Maria) deſiderat, dum cęleſtis patria tali non ornatur ſtella, iucundatur nomine, dum ſplendore tuo non fulget, fulgentibuſque micatibus non ſplendeſcit, turtur, turtur ſibi viſus eſt, & veluti vacua ſunt illi omnia. Accipe præfatum Authorem: *Vox turturis amori canit, & dilectioni; & habet ſingularem dilectionẽ turturis, cui canit, vel præſenti gaudium, vel abſenti affectum. Igitur vox turturis tota de amore, & non nouit aliud præter amorem turtur.* Poſt pauca ſic Author annectit, ad Virginem effatus. *Surge velociter, & egredere ad illum* (ad Chriſtum in gloria) *vt videas faciem eius. Expectat te, qui natus eſt ex te; illuc præceſsit te, illic eſt filius tuus, qui vocat te, qui inuitat te, qui venientem de Libano præcedit te, & ſpectat te ſuper montes aromatum.* Preme illa verba; quæ miram redolent eloquentiam, & extremam ſtellæ proprietatem mirabiliter corroborant. *Hugo à S.*

ARO-

AROMA IV. MORALE.

Terribilior Deus beneficia largiens, quam verbera inſligens.

Geneſ. GEneſ. 34. Sic poſt ſomnum illud exclamat Iacob: *Quam terribilis eſt locus iſte!* Quid eſt, quod terribilem locum appellat eum, in quo tot accepit beneficia? Sanè meritò Patriarcha terribilem locum appellat eum, in quo tot beneficia, tot munera á Deo accepit. Sic Chryſoſtomus homil. 54. *Stupens iuſtus propter magnam miſericordiam timuit: & tunc profundius timet, quando largius recepit.* Hæc Chryſoſtomus. Quæ perſpicue in ſtella roborantur, quæ lucem á Sole recepit, non vt ſibi ſolum proſit, non vt ipſa ſolum luceat, ſed vt alijs ſplendorem elargiatur, ac fulgorem præſtet.

D. Chryſoſ.

D. Cyril. Diuus Cyrillus homil. Epheſi habita], ſic diſcutiendum præbet. *Quare Deus præcepturus legem, Apoſtoliſque Spiritum immiſſurus, ignis ſpeciem præfert? Quare non in zephiro leui, aut alterius ſpecie apparet?* Satisfacit Cyrillus in hunc modum: *Deſcendit vniuerſorum Dominus in monte Sinai in ſpecie ignis; & quare in ſpecie ignis? Sanè, quia illis promulgaturus erat legem, tunc ſalubriter admodum in ignis ſpecie deſcendiſſe, viſus eſt. Nempe quo hinc tranſgreſſores illius intelligerent, rem ſibi cum igne fore.* Igne hominibus beneficia collata inuoluuntur; ignis indiuiduus comes diuinæ largitatis. O quam ſibi cauent quicunque intrant ignem! Quam metuitur ignis periculum! Quam horreſcunt mortales igneum, vel leuem contactum! Non aliter metum incutere debent Spiritus ſancti munera. Sic diuitiarum copiæ, honores crebri, fœlicitates, abundantiæ, integra ſalus, ac reliqua munera diuinitus emiſſa. Quæ omnia igne deſcendunt reſperſa, vt recipientes metuant, & metuentes recipiant, exactumque iuditium de tantorum munerum acceptione eorum oculos non elongetur.

Lucæ. Lucæ 25. Concluſa piſcium multitudine tam copioſa, ita, vt rete eorum rumperetur, acceptoque tam magno Magiſtri beneficio; ſtupor circundedit omnes, qui piſcium aderant capturæ, maximè Petrum, qui ad genua procidens Ieſu, in hæc ſtupefactus prorrumpit: *Exi à me, quia homo peccator ſum Domine.* Quorſum tam nimiæ formidines, Paſtor egregie? Inter aduerſariorum phalanges intrepidus, invalidus, animoque inuicto gladium euaginas, & nunc ad Magiſtrum miſericordem, beneficiaque largientem,

tem tanto circumfuſus timore, tremoreque *vallatus?* Excutite pauorem de corde, en tibi Magiſter beneficus adeſt, magnificus exiſtit, largitor ſuper aquas benignus aduentat. Quid formidas?

Meritò extimeſcit (ait Ambroſius lib. 3. de Virgin.) Petrus, quia Deus magis metuendus, beneficia largiens, quam flagella infigens. *Vir* (ait) *ſapiens, in quo eſſet Eccleſiæ firmamentum, & magiſterium diſciplinæ, nihil vtilius ſibi eſſe proſpexit, quàm ne ſecundæ tis operis extolleretur euentu: & ideo, ait, exi à me Domine, quia homo peccator ſũ: nõ ergo rogat, vt deſeratur, ſed ne inſletur. Ergo & tu, ſi beneficia ſuperfluere in te, & redundare cognoueris, tuam metire virtutem, gratiam Deo redde, contemplationemque cordis, velut nauis ſub vnda ſuſcipe, ne te in tantis mundi fluctibus iactantiæ alicuius aura circumferat, &c.* Quid profundius? Ne inflèris, quando tibi à Domino munera conferuntur, ne intumeſcas, potius te tremor arripiat, ne fortè illa tibi iram in diem Domini theſaurizent. S. Ambr.

Apud Luc. 12. diuitem quendam bonis refectũ inuenies. *Hominis cuiuſdã diuitis vberes fructus ager attullit.* Huic omniũ generũ diuitiarũ ingens pelagus, promptuaria plena, eructantia ex hoc in illud, oues fœtoſæ abundantes in gregibus ſuis. Huius autẽ diuitis extrema quis occupat euentus? Audi miſeram ſtragem, infœlicem mortem, & quomodo illi omnia præter cogitatum ſuũ accidere. Lucæ.

Nocte quadã miſerabili clade, repetita ſententia, infœliciter perijt. D. Ambroſ. ſerm. 81. rogat; quare diuiti auaro bona fœcundiſsima donata fuere? Quid tandẽ illum in tã miſerum deturbauit ſtatum? Vtiq; tot beneficia illi à Domino collata. Hæc eius verba *Dices fortaſis, cur ager hominis nihil boni operaturi vberes attullit fructus? Vt magis, & magis Dei potentia noſceretur, dum ad huiuſmodi homines beneficia ſuæ benignitatis oſtendit. Pluit enim ſuper iuſtos, & iniuſtos, & Solem ſuum oriri iubet ſuper bonos, & malos. Verùm talis benignitas Dei, ſicut per nimiam patientiam, facultatem conuerſionis, & emendationis indulget, ita, & maiora, & grauiora ſuplitia conſeruat, vt conuertat in ingratos.* Hæc Ambroſius. Interdum diuina beneficia iacula ſunt peracuta, & quandoque munera, tum naturæ, tum gratiæ hominibus conceſſa, dira, ac immania illis retorquentur. Quia abutentes Dei miſericordia, eiuſque largitatem indebite interpretantes, ex eo occaſionem impenitendi accipiunt, quod illis conuerſionis, aut perſeuerantiæ motiuum efficax exiſtere, debebat. Sic diuiti vberes fructus, horrea, abundantia, ager plenus, S. Ambroſ

fa-

ſamulorum copia, adſtantes miniſtri, accepta beneficia deſuper è-miſſa propria culpa interitum, ac miſeram mortem intulerunt.

Geneſ. Decorus, ac pulcher ille adoleſcens Ioſeph. Geneſ. 39. ingenti, ac nimio libidinis ardore ab vxore Putiphar adamatur; iterũ, atque iterum nocte, dieque mulier impudica adoleſcenti erat moleſta, ipſumque modo blanditijs, ac modo muneribus effuſis, modo terroribus aggredi feſtinat. Tandem Ioſeph ad mulierem efatur: *Quomodo ergo poſſum hoc malum facere, & peccare in Dominũ meum?* In quo autem hæc impotentia, aut peccandi impoſsibilitas nitebatur? Audi Ioſephum, quid adulteræ, ad peccatum ſtimulanti, reſpondeat: *Ecce Dominus meus, omnibus mihi traditis, ignorat, quid habeat in domo ſua, &c. Neque quidquam eſt, quod non ſit in mea poteſtate, &c.* Ad ea verba: *Quomodo poſſum hoc malum facere, & peccare in Dominum meum?* Habent Septuaginta: *Et peccabo coram Domino?* Quæ expendens Ambroſius lib. 1. de Iacob, & vita beata, cap. 2. ait: *Pulchra ratio, quod nec beneficijs Domini deberet iſſe ingratus, nec occultum poſſet eſſe peccatum, quod Deo teſte committeret, &c.* Si igitur Ioſephus ex vnius hominis miſericordia, quam in ſe expertus fuerat, ab eo offendendo ſic retardabatur. Quanto magis retardari debent homines ab offendendo Deo ex ipſius Dei miſecordia, quam in ſe ipſam immenſam, infinitãq; experiuntur? Quare, qui hac vana confidentia innituntur, indigni ſunt, vt eis diuina miſericordia patrocinetur, ne (vt ſolent) remedium miſericordiæ diuinæ, & benignitatis Dei ſibi in malitiæ propriæ venenum vertant. Perpende Ioſeph verba: *Quomodo poſſum, &c.*

Septuag.

Ambroſ.

AROMA V.

Sine hac maris Stella, nec pelagi huius vitantur naufragia, nec portus ſalutaris arripiat.

PLurima S. Antoninus egregius Anthiſtes congerit, quibus exa-ctè Mariam Stellam maris interpretari lubet; & poſt nonnullas huius diuiniſsimi vocabuli interpretationes, ſic dilucidè effatur: *Conuenientius autem dicitur Virgo Maria Stella maris, & ei aſsimilatur propter ſex conſideranda in Stella illa, videlicet ſubſtãtiam, quantitatem, qualitatem, ſitum, ſtatum, & effectum. Quantũ ad ſubſtãtiam, Stella cœleſtis incorruptibilis, & origo lucis eſt.* Sic Beata Virgo Maria fuit cœleſtis conuerſatione, vt completius dicere poſſet cum Apoſtolo: *Noſtra conuerſatio in cœlis eſt.* Ad Philippo IV. Incorruptibilis fuit mente, & corpore. Nam, vt dicit Anſelmus, ea puritate debuit, vt niteret, qua maior ſub Deo nequeat reperiri. Fuit autem origo lucis, cùm de ea canit Eccleſia: *Angelus conſilij natus de Virgine, Sol de ſtella.* S. Antonin

Quantum ad qualitatem; illa ſtella eſt ſuperior, & clarior, & vtilior, quia eſt in ſupremo poli. Sic Beata Virgo Maria eſt ſuperior omnium ſanctorum, & Angelorum, Deo propinquior, & clarior virginitate. Eſt tandem vtilior hominibus; quia iſti nullibi Deum inuenire poſſunt niſi in ea; ipſa Deum hominibus pandit, ac dulciter impendit, &c.

Apud Lucam 2 num. 7. de Chriſti Saluatoris ortu ſic efatur: *Et peperit Maria filium ſuum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præſepio.* En quomodo Dominus faſcijs ligatus appareat; quæ puerilium brachiorum circumplicatio à paſtoribus in ſignum nati infantis ab Angelo tradditur: *Et hoc vobis ſignum, inuenietis infantem pannis inuolutum, num.* 12. Quid eſt, quod paſtoribus, Dominum, ac Regem ſuum quærentibus, inter tot eius mirabilia brachiorum ſolùm ligatio, faſciæque ipſum conſtringentes, in ſignum patefiunt? Sanè, dum ad Ieſum in ſinu Mariæ, manibus plicatis, mittuntur, nihil aliud oſtenditur, quàm ipſam eſſe velut Domina ad Ieſu manus ligandas, aut ſoluendas, earumque apud Mariam plenum ſtare dominium. Sic Richardus à Sancto Laurentio lib. 10. de Laudibus Virg. *Ligauit mater* (ait) *manus incunabilis, ne poſſet extendere de cætero eas ad feriendum, nec manus habere niſi ad beneplacitum nutricis; ſicut in pueris, qui coli-* Luc. Richard. à S. Laur.

Digitized by Google

colligantur incunabulis; & tanta poteſtas ſuper filium Dei, & ſuū, tunc data eſt matri, &c.

Marcus. Huic accinit, quod apud Marcum 6. cap. num. 7. de miſione Apoſtolorum perhibetur: *Et vocauit duodecim, & cœpit eos mittere binos, & dabat illis poteſtatem ſpirituum immundorum, & præcepit eis, ne quid tollerent in via, niſi virgam tantum, non peram, non panem, neque in Zona æs, ſed calceatos ſandalijs, & ne induerētur duabus tunicis.* Cur in tam longo itinere ita incommodi Apoſtoli mittuntur? In tam ignotis, ac incultis regionibus, quis eis alimenta, & ad vitam neceſſaria præſtabit? Quod refugium in tanta rerum nuditate? Qua fiducia freti, tot laboribus exponuntur? Sanè, quia eis præcipitur, virgam ſecum ferre, quæ Mariæ Virginis extitit imago, & ſola ea, & ſi cuncti deficiant, omnibus æquiualet, ac tuti Apoſtoli iter fœliciſsimum conficient. Præclarè Richardus à Sancto Laurentio lib. 12. de Laudibus Virgin. *Maria Virga prædicationis, videlicet, quæ ſola datur Prædicatoribus ad portandum in via. Vnde Marc. 6. dixit Dominus duodecim Apoſtolis: Nihil tulleritis in via, niſi* Virgam *tantum, qui enim habere poſſet hanc* Virgam *comitem in via vitæ præſentis, non deeſſet ei gratia, non doctrina, vel aliquid neceſſarium, &c.* Quid pulchrius?

Richard. à S. Laur.

Inſuper Beata Virgo Maria Stella ſemper rutilans, ſemper clara in fide extitit. In qua nihil leuitatis, nihil inconſtantiæ iuxta crucem poſita, omnibuſque filij vulneribus ſancinata. Aliæ ſtellæ, id eſt Apoſtoli, iuxta aliquorum placitum ceciderunt, amittentes lumen fidei diuinitatis Chriſti, ipſa autem Maria ſingulari cōſtantia, mirabili grauitate, incredibili robore animi ſepta, firma, & ſtabilis iuxta crucem perſeuerauit.

Vtilis eſt valdè ſtella maris pro fœcunditate; mater eſt ſanctorum, genitrix totius ſanctitatis; & quis ſanctus, vel ſancta vtilior, & fœcundior nobis hac Virgine, quæ nobis genuit Deum, pariter & hominem omnium Saluatorem?

Quantum *ad quantitatē*, ſtella maris eſt minima in apparientie, ſed maxima in ſe ipſa. Sic Maria maxima ſanctitate in re, ſed minima in ſua mente propter humilitatis magnitudinem excelſam.

Quantum ad *ſtatum*, ſtellæ huius ſtatus ſine motu eſt, quia eſt vicina Pollo; & ſine occaſu, quia non occidit nobis, vt aliæ ſtellæ. Maria ſine inconſtantiæ motu, quia nunquam turbata; ſemper fulgens, quia nunquam occaſu obtenebrata peccati.

Vlterius effectus huius ſtellæ maximè Deiparæ adaptari, valent. Præcipuus, ac inter eos nobilior eſt ferrum ad Calamitam

tra-

Digitized by Google

trahere, ſua luce nautas dirigere, eſſeque contra Aquilonem. Sic Maria per inſertam ſibi miſericordiam attrahit peccatores ad cœlum per pœnitentiam, quam eis procurat. Naufragantesque in pelago huius mundi ad portum ſalutis dirigit.

Sanè Deus per Mariam cunctis in hoc mūdo periclitātibus portū ſalutis aperit, viam oſtendit vitæ; ſed cui nō ſalutaris Deus per eam?

Ex quo profecti sūt de Ægypto Iſraelitæ per quadraginta duas māſiones Num. 33. tranſierūt ad cāpeſtria Moab ſuper Iordanem cōtra Ierichô, itaq; iuxta Iordanē finita eſt tota Iſraelitarū peregrinatio. Sed cur ſalutis æternæ auſpiciū primū datur in peruētu Iſraelis ad Iordanem poſt quadraginta & duas māſiones? Certè, quia ibi aduentus Domini ad Mariā figurabatur, vmbraq; Virginis exiſtebat. Ex Euāgelijs cōpertū eſt, tot Mariæ numerari auos, quot manſiones populi Iſrael peregrinationis recenſeri; ita, vt acceſſus Iſrael ad Iordanē, ſit quaſi vmbra Dei accedentis ad Mariā, de cuius conſortio ſtatim ſalus humano generi promiſſa reperitur. Sic Hieron. ep. ad Fabiol. *Nec mirū* (ait) *ſi in illo numeri ſacramēto perueniamus ad regna cœlorū, ſub quo Dñs, atq; Saluator à primo Patriarcha peruenit ad Mariā Virginē, quaſi ad Iordanē.* Hæc Hieron. Non enim niſi in Maria, & per Mariā ad æternam ſalutem via patefit, omnia ſunt gaudijs, & diuitijs plena, vbi oſtēditur Maria. Nos ipſa ex barathro vaſtiſsimi maris eruit, & ad cūctam perducit gaudiorum fœlicitatem. *Numeror.* *Hyeronym.*

Præclarè accinit D. Antonin. cap. 14. de Nomini. Mariæ: *O quiſquis intelligis in huius ſæculi pro fluuio maris, inter procellas, & tempeſtates fluctuare, magiſq; per terram ambulare, ne auertas oculos ab huius ſæculi ſyderis fulgore, ſi nō vis obrui procellis. Si inſurgūt venti tentationū, ſi incurras ſcopulos tribulationū, reſpice ſtellā, voca Mariā, ſi iracūdia, aut auaritia, aut carnis illecebra nauicula cōcuſſerit mētis, reſpice ad Mariā, voca eā, &c.* Adeſt vbiq; tibi in Mariæ vocabulo efficax ſalutis tuæ patrociniū. In ſcopulis tētationū prouētus, in procellis ſerenitas, in fureſcentibus tēpeſtatibus trāquillitas, & in intumeſcētibus naufragijs deſideratus portus. Stella iſta te ducens, & è periculis educens, ſternit tibi ſecurū iter. Quare ſi ſemitā cœleſtē, ſi paradiſi viā attingere conaris, ad Mariæ nomen recurras, ipſam inuoca, quæ viarum cœleſtiu perfecta eſt, & in ea totū Dei itinerarium (teſte D. Petro Damia. ſer. 63.) concluſum eſt. *D. Antonin.* *S. Pet Da.*

Prouerb. 8. v. 22. *Dominus* (ait ipſa de ſe) *poſſedit me in initio viarū ſuarū.* Septuaginta tranſtulerūt: *Dominus creauit me initium*

tium viarum ſuarum. Quo pacto Maria initium viarum Dei eſſe poteſt? Nonne apud Theologos fides iuſtificationis principium, adiuncta Dei charitate? Nonne ſacramenta, quæ à Chriſti latere dimanarunt? Quare Maria? Pulchrè Athanaſius ad Synodi Nyſſeni decreta ſic fatur: *Non eſt ſimplex, & vna ſignificatio huius verbi, creauit; hìc enim intelligendum, non creauit, aut fecit, ſed præfecit. Maria ergo præfacta eſt diuinorum itinerum, & in biuijs ſedet, in triuijs conſiſtit; prætereuntes, vt dirigat; deambulantes, vt ducat; vt ſic cunctos per errantia itinera deuiantes, in ſecuro cœleſtium choro collocet.*

Athanaſ.

De fœliciſsimo Deiparæ ſepulchro paſsim inter Doctores theorema circumfertur. Vbi corpus illud candore virginitatis puriſsimum, Chriſti ſacrarium, tantorum chariſmatum aſylum, omnis pulchritudinis apotheca, reconditum fuerit? Quis enim locus tam fœlix, vt in ſe Mariam (poſtquam ipſa apud Ioannem vixit naſcentis Eccleſiæ altrix, & nutrix, Apoſtolorumque Magiſtra) glorioſè humauit? Fides aſtruit, quod tandem Maria (expletis duodecim ætatis luſtris plus, minuſvè) mortem guſtauit. Sed creditur, quòd tumulo reuiuiſcens glorioſa, reuolauit ad ſuperos. Hoc proculdubio certum; ſed de loco, diuiniſsimum Mariæ corpus, Chriſtique thalamum humante, controuerſia eſt.

Miſsis de hoc quam plurimis: communis piorum ſententia tenet, in Valle Ioſaphat fuiſſe ſepultum. Sed cur ibi, & non alibi deponitur? Elegāter extricat quæſitum Pater Salazarius per hæc: *Fortaſſe illud fuit myſterium, ſepeliendi Beatam Virginem in Valle Ioſaphat, vbi extremum iuditium futurum eſt (vt refert Brocbardus in Deſcriptione Terræ Sanctæ) nam ſicut Rachel in loco eo ſepulta eſt, ex quo, tranſeunti populo captiuo poſſet auxiliari: ita Beata Virgo ſepellitur in valle, in quo hominibus ad iuditium vocatis patrocinetur, &c.* Hæc Doctor. Et quam pulchrè! Rachel illa venuſta, & pijſsima fœmina mortua eſt in via, illa, inquam, quæ ad terram ducebat promiſsionis, in qua appoſitam, & humatam fuiſſe, Scripturæ commemorat; quia ſpiritu prophetico, populum Hebræum illuc peregrinaturum, agnouit; eumque rectam ad promiſſionis terram ſemitam edoceret, iter pararet, viam ſterneret, ſecluſoque peregrinandi errore, optatum, diuque deſideratum cōſequeretur locum. Aſt, non aliter Maria valle humatur Ioſaphat, vt hominibus ad iuditium tractis ſuccurrat, patrocinetur, in iuuamen ſe illis offerat.

Salazar.

Lincei ſunt virginei oculi, vt hominibus viam claritatis præbeant, ipſos in regionem cœleſtem traducant, viamque miſe-

ſtellæ, & tenebrarum auertant, cunctiſque creaturis additum ſecuritatis pandant.

Apocal. 12. *Signum magnum apparuit in cœlo; mulier amicta Sole, & Luna ſub pedibus eius.* Quid eſt, quod Maria Lunam pedibus terat, greſsibus calcet? Sanè, quia non ſolum ſibi lucet Maria per radiantes Solis micatus, quibus dilucidè veſtitur, ſed etiam aliorum illuminatrix, & ductrix exiſtit, dum repulſis viarum perditionis tenebris, aliam viantibus ſaluationis patefacit. Etenim quæ ſibi Sole amicitur, vt clareat, & caleat cœleſtium penetralia, nobis viatoribus Luna exiſtit, ideſt noſtræ nocti, & nobis peccantibus, vt illuminet, præeſt. Quod ſic examinabat Chryſoſto. *Quid eſt, in præfecturas diei, & præfecturas noctis? Hoc eſt, vt Luna diſpellat tenebras, & hominum generi lumine ſuo præbeat commoditates vtendi ſuis ſtudijs; tunc enim viator fidentius iter facit, & ſua quoque ſtudia, metu depoſito, aggreditur, &c.* Proh Deus immortalis! Quàm hæc vita non ſcateat periculis? Quot ſunt metus? Quot occulti hoſtes? Quot claſſes hoſtium hoc mare transfretantes! Quot horride, & tremendæ tempeſtates! Verùm inter hos nocturnos timores, inter immanes procellas data eſt Stella maris Maria; cuius radijs, quiſquis viator eſt, iter facere, & conficere rectè, poteſt.

Apocal.

Chryſoſt.

Erat vniuerſum hominum genus peccatis obrutum, à ſummo bono, ſuoque vltimo fine, longius aberrans, charitate extincta, in deterius ſemper prolapſum, ac tandem propter tot immania ſcelera homines in profundum barathri præcipites, & pene demerſi, currebant. Sinet ne Maria in immenſum delabi pelagus? Apage. Illuſceſcat ergo maris Stella, radijs ſuis ducat, fulgoribus dirigat, ne cuncti pereant; non enim ſtellæ munus perficiet, ſi humanæ ſaluti luce ſua portum non annuat, remedium non propinet. Perpulchrè excogitabat ſanctus Bernardin. tom. 3. homil. de B. Virgin. ſerm. 2. *Ante aduentum huius Virginis peccati nebula totum mundum occupauerat, vt non eſſet, qui verum lumen videre poſſet. Erant enim omnes gentes, quaſi nebulæ turbinibus agitatæ; proinde in tenebris morabantur. Tandem proceſsit Beata Virgo, ſicut fulgida* Stella *fugans illas tenebras, &c.* Conſule Diuum Antoninum loco præfato. Caniſium lib. 1. capit. 3. & *S.* Bernardinum inibi. Qui omnes vnanimi cõſenſu, placido iubilo Mariam Stellam fulgentem, radijs præclariſsimis rutilantem acclamant. Cuius ſplendoribus homines, fugatis tenebris, illuminati ſunt.

S. Bernard.

Nunc autem tene Poetam nomini Deiparæ ſacro decantãtem.

Nunc, ò Stella maris, noſtris nos aſpice præſens,
Eripe tot pelagi, pene hauſtos fluctibus atris,
Nunc lucem, luciſque tuæ iubar exere, & orbem
Exerere, ac radijs nigrantem diſcute nubem.

Signet tandem melifluus Magiſter tenerrimus Mariæ filius Abbas Bernardus ſuper Miſſus, &c. *Ipſa eſt* (ait) *igitur nobis ſtella ex Iacob orta, cuius radijs vniuerſum orbem illuminat, cuius ſplendor, & præfulget in ſupernis, & inferos penetrat, terras etiam perluſtrans, & calefaciens magis mentes quam corpora, fouet virtutes, excoquit vitia; ipſa (inquam) eſt præclara, & eximia ſtella ſuper hoc mare magnum, & ſpatioſum neceſſario ſubleuata, micans meritis, illuſtrans exemplis.* Quid aptius, aut luculentius pro noſtro inſtituto deſiderari, valet?

S. Bernar.

Fœlix, fœlix, immo fœliciſsimus, qui nauigandi peritia, id conſequitur, vt nauem rupibus non illidat, vndis non abſorbeatur. Immineant, immineant pericula, ſcateant tribulationes, terreant immanes tempeſtates; ad Mariam flectendi ſunt oculi, ad hanc maris ſtellam, quæ ſuo ductu, ſuis meritis, ab omni nos diſcrimine ſubducat, & tandem ad cœleſtis patriæ portum euehat. O quam perpulchrè accinit Amadeus homil. 8. de laudibus Deiparæ. *Dici* (ait) *non poteſt, chariſsimi, quoties his aſperrimis ſcopulis naufragaturi offenderent, illi in Syrtes peſsimas non reuerſuri, inciderent, hos Scyllea vorago hiatu horribili mergeret, illos Sirenarum cantus in exitium dulces retinerent; niſi ſtella maris perpetua Virgo Maria ope validiſsima obſtitiſſet, ſuoſq; iã fracto gubernaculo, & rete cõquaſata, omni humano cõcilio deſtitutos, cœleſti ducatu ad portũ æternæ pacis applicãdos eueheret, &c.* Quapropter Cynoſura ab aliquibus dicitur, quæ in portũ deducit. Nõne Sirenarum cãtus carnales voluptates ſunt? Nõne Sirenæ auaritia, inuidia, inflata ſuperbia, carnis carnis ſtimuli? Haud dubiũ. His ergo terribilibus voraginibus, ac ſuperbis vndis naufragarentur nauigãtes, niſi ſtella hac ducti vocabuloq; Mariano freti, portũ ſalutis arriperẽt, ſalutiq; perẽni fruerẽtur. Et ſic dilucidè S. Efrẽ ſer. de eius laudib ait: *Tu noſter eſt portus, Virgo intemerata. Quid amplius huic ſtellæ debitores eſſe poſſumus, cùm ipſa nobis peccatoribus penè dimerſis ſecuritatẽ inducat, portũ offerat, ſalutem propinet. Hac ergo cauſa, Maria non cœli, nec mundi, ſed maris ſtella dicta eſt, quia ad hoc deſtinata exiſtit, vt à tempeſtatibus huius mundi eripiat homines, ipſoſque in cœlum dirigat.* Ita explicat Abſalon Abbas ſer. 31. qui eſt Annũt. *Aue* (ait) *cœli ſtella, aue mũdi ſtella, aue maris ſtella, aue Maria, vel, vt modo video, rectè ſtella maris vocata*

S. Amad.

S. Efren.

Abſal. Ab.

es.

es: Tempore huius ſalutationis mille erant in cœlo Beati, in mundo nulli iuſti, vel admodum pauci; ſed omnes erant in mari, hoc eſt, in amaritudine peccatorum inuoluti: & ideò iuſtè maris ſtella, ideſt, peccatorum ſtella nuncupata eſt. Sicut ſtella hæc nauigãtibus in mari rectæ viæ inditium eſt; ſic eſt Maria in hoc mundo tortuoſe viuẽtibus; alijs rectam viam bonæ operationis, alijs rectam viam humilitatis, alijs rectam viam caſtitatis oſtendit. Hæc Auctor. Inſuper, & Eccleſia hæc omnia Mariani vocabuli munera, in tertio nocturno mirifice claudit: *Clariſsimum* (inquit) *Mariæ nomen, ipſum eſt ſtella præfulgens: peccatores illuminat, & dirigit in portum ſalutis, conſolatur triſtes, miſeros leuat, iacentes erigit, &c.* *Eccleſia.*

AROMA VI. MORALITATIS.

Propria voluntas perditionem parit; præcipitium infert.

DVm nautæ, ſtella maris duce, nauigant, portum ſalubriter arripiũt; at dum proprio ducuntur nutu, liberaque feruntur voluntate, ſcopos adeunt, ruinis ſubduntur. Sanè vbi volũtas propria dominatur, nunquam ibi ſalus, ſed infirmitas; nunquam vita, ſed mors, nunquam ſecuritas, ſed miſerum eminet præcipitium.

Iſaiæ 4. Lucifer ille ſuperbus conſcendere appetens, in lateribus Aquilonis ſedere cupiebat: *Dicebas in corde tuo* (ait ſacra pagina) *in cœlum aſcendam, ſuper aſtra cœli exaltabo ſolium meũ, ſedebo in monte teſtamenti in lateribus Aquilonis.* Aquilo aer eſt frigidus, ac nebuloſus, & perinde ad ruinã aptus. Quare ergo iſte Lucifer tanto intellectus acumine ruinã in ſui ſedem appetit? Propriam concupiſcit miſeriam? Sanè, quia à ſua gubernabatur voluntate. Hinc S. Bernard. ſermon. 17. in Cantic. ſic fatur: *Tu tibi miſer ſedes collocas in Aquilone, plaga nebuloſa, & frigida. Ac ſi diceret, tu, qui antea Domini ductus voluntate, iuxta Dominũ ſtabas, qui ſeruus omnipotentis conditoris illi in throno præexcelſo famulabaris, dulciter quieſcens perennibus nobilitatibus diuitijs, quãdo iã dominari appetis, ac tuã adimplere voluntatẽ ſuperbus, ac vanus concupiſcis, miſer in Aquilone plaga horribili, ac regione nebuloſa ſedem collocas, &c.* Nam quidquid creata voluntas ſibi proprio nitens iuditio inaniter præſumit, ruinã quærit, exitiũ ſubijt. *Iſaias 4.* *S. Bernar.*

Hæc eſt, quæ materiã tartareis flammis comburendam præſtat. Quod eleganter adnotauit Bernardus ſer. 3. de Domin. reſurrect. *Ceſſet* (ait) *propria volũtas, & infernus non erit, in quem enim deſeuiet ille ignis, niſi in propriam volũtatẽ? Nã propria voluntas Deũ impugnat, aduerſus eũ extollitur, ipſa eſt, quæ paradiſũ ſpoliat, in-* *Idem.*

fernum ditat, ſanguinem Chriſti euacuat, & ditioni diaboli mundum ſubiungat, &c. Omnis enim tui ruina, omne tuum exilium & demum nullum eſt aliud, nisi quod deſidrrium tum impletũ habeas. Tuum exequens placitum, te ipſum inſequeris, te interficis; dum tibi complaces, ſi enim in mundo, nulla lepra propriæ intereſſet voluntatis, nulla hominum aſtaret ruina, diaboli frangeretur poteſtas, infernus euacuaretur, paradiſus animabus ditaretur; ac deniqueſpoliato diabolo: Chriſti ſanguine peccatores abſtergerentur quos omnes miſerabiles effectus lepra voluntatis impedit, & magnam hominibus ruinam infert.

Matth. Pro filijs Zebedei mater conſanguinitatis vinculo nixa, ſic ad Dominum accedit, adorans, & ſubnixe poſtrata obnixe rogat, humiliter petit. Matth. 20. *Dic, vt ſedeant duo filij mei, vnus ad dexteram, & vnus ad ſiniſtram in regno tuo.* Quid petis, ô mulier! Nonne ſiniſtra damnationis eſt? Haud dubium. Quomodo filio ſuo ruinam petit? Perditionem poſtulat? Quomodo æternam nato concupiſcit gehennam? S. Marcus 10. cap. cauſam tam miſeræ petitionis expoſuit, aſſerens, quod appropinquantes filij, & mater dixerunt. *Volumus.* Ac ſi diceret, noſtræ voluntatis eſt, &c. Ad quod pulchrè D. Chryſoſtomus Chriſtum adducit reſpondentem:

D. Chryſoſ. *Neſcitis quid petatis; ergo vos vocaui ad partem dexteram de ſiniſtra, & vos veſtro conſilio curritis ad ſiniſtram.* Adeò in ſui ruinam grauitant creatæ voluntates, dum liberè exequntur, ac effrenatè exercitio mandantur, vt, quando quiſque voluntatem præoptat, ſiniſtram appetat, gehennam tartarorum deſideret.

Iſai. Huc attinet illa Iſaiæ 58. ad Dominum quærimonia, quia plebis ieiunia, abſtinentias, aliaſque macerationes ſpernebat: *Quare Domine ieiunauimus, & non aſpexiſti, humiliauimus capita noſtra, & neſciti?* Nonne ieiunium iram Dei ſedat, Deum minâtem lenit? Nonne paradiſi aperit ianum? Nonne vitia comprimit, mentem eleuat, virtutem affluênter largitur? Quid eſt, quod Dominus maceratum ieiunijs populum non aſpiciat? *Ecce* (reſpondit Dominus) *in die ieiunij veſtri inuenitur voluntas veſtra.* S. Thmas à

S. Thomas à Villanou. Villanoua ſic exponit ſermon. 1. Quadrag. *Impletis deſideria veſtra.* Hæc enim voluntas alia opera ſordibus inficit, vt Deo accepta non ſint; ipſa te in foueam ducet perditionis, ad barathrum præ

S. Bernar. cipitabit miſeriæ. *Grande malum* (ait Bernard. ſermo. 3. reſurrec.) *propria voluntas, qua fit, vt bona tua tibi bona non ſint. Propria voluntas eſt, quæ non eſt communis cum Deo, & hominibus, ſed noſtra tantum, quando quod volumus non ad honorem Dei, non ad vtilitatem fratrum, ſed propter nos metipſos facimus. Huic contraria eſt*

cha-

charitas, quæ Deus eſt. Porrò voluntas propria quo furore Domini maieſtatis impugnat; audeant, & timeant ſerui propriæ voluntatis. Primò, namque ſe ipſi ſubtrahit, & ſubducit dominatui eius, cui tanquam auctori ſeruire iure debuerat, dum efficitur ſua, ſed numquid contenta erit hac iniuria? Addit adhuc, & quod in ſe eſt, omnia quoque, quæ Dei ſunt tollit, & diripit. Hæc Bernardus. Caue ergo, ô chariſsimè, propriæ voluntatis lepram, quia ſi ipſa inficieris, totus ea miſera calamitate peribis, ac in ruinam ibis.

AROMA VII.

Exactè Maria Stella interpretatur, quæ in apparientia minima, in veritate maxima exiſtit.

SAnctum, & diuinum Ieſu Chriſti Domini nomen, ſuper omne nomen euectum ex eius exinanitione deductum atteſtatur Paulus ad Philippenſ. 2. Ita Maria, quia exinaniuit ſe, formamq; ancillæ ſumpſit, meritò tam excellens conſequta eſt nomen, vt eo audito, omnia ſiue cœleſtia, ſiue terreſtria, ſiue inferna genua flectât. Scribit Richardus à Sancto Laurentio libro 4. de Laudibus Virgin. *Exinaniuit ſe exemplo filij ſui, formam ancillæ accipiens, propterquod, & Deus exaltauit eam, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, & in nomine ipſius omne genuflectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum.* *S. Paulus.* *Richard. à S. Laur.*

Sanctus Antoninus Archiepiſcopus Florentinus, cap. 14. §. ſic tenet: *Stella eſt minima in apparentia nobis, ſed maxima in ſe ipſa. Sic Beata Maria maxima in ſanctitate in ſe ipſa, ſed minima in ſui mente propter maximam humilitatem. Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. Ait Lucæ 1. Humilis in corde, totum Deum tribuens, humilis in ore, ſeu locutione, cuius ſignum rariſsima, & breuis locutio eius. Humilis in opere ſeruiens cognatæ in partu, loco ancillæ, ipſa, quæ erat Angelorum Domina.* Hæc ſanctus Anthiſtes. Cuius humilitas certè in ſtuporem, & ipſas ſupernas intelligentias adducere poteſt. Quia quando excelſioris maieſtatis cacumen tenet, primatum occupat; tunc ad ima trahitur, & ſine humilitatis cogitatione aliquid haud accipit. Ita, vt ſe ſe virgineo illo ſtellæ pectore quantitas, & paruitas mirabili nexu copulentur. *S. Antonin.*

Lucæ 1. Angelus ad eam ingreſſus dixit: *Aue gratia plena Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audiſſet turbata eſt in ſermone eius, & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio.* Quid inter tot gaudia, atque excelſa munera excogitat Maria? Quid tâ- *Luc.*

tis

Digitized by Google

tis circunfuſa fauoribus rimatur? Sanè ad celſitudinem vocata, humilia cogitat Maria, mollem ſuum, mulierem ſexum, certare difficilē, proſterni aptum, procliuē decipi, intra ſe ſe reuoluit. Et quando ad ſublimen dignitatis cuneum ab Angelo extollitur, ipſa in humilitatis gradu pedem ſiſtit. Accipe Andream Ieroſolymitanum ſermone in Mariæ ſalutatione ad illa: *Et cogitauit qualis eſſet, &c. Veriſimile enim eſt, ipſam, & declara ſtirpe natam, & Dauidis filiam, haud ignaram diuinorum, quæ in Scripturis habentur oraculorũ, fuiſſe. Et cogitationes ſuas ſtatim conuerterit ad primum parentis lapſum.* Hæc Andreas. Quando ad Dei genitricis imperiũ, ſe euectā intuetur, ſe eleuatā cōſpicit; quando tāti Solis dignisſima maternitate ſe amictā excógitat, tunc ad ancillationem reducitur, & ſupernam illam dignitatem cunctis clariorē, ad ima reuocat. *Tunc* (ait) *ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbũ tuum.* Quæ elucidans Abbas Guarricus ſermon. 3. de Natiuitat. in perſona Deiparæ ad Chriſtum orat. *O Domine, tu matrem me dicis; ego ancillam profiteor. Ancilla Chriſti ſum: & quidem matrem amore, & ſolicitudine me præſtabo, quantum potero: & conditionis meæ ſemper memor ero.* Hæc Guarricus.

Andreas Ieroſolym.

Guarricus

Cantic, 1. *Dum eſſet Rex in accubitu ſuo nardus mea dedit odorē ſuum*, ideſt, *Beata Maria*; Sic plures ſancti exponunt. Sed quare diuinum Verbum in ſinu Patris acquieſcens, & in gremio reſidēs immortalitatis, cum Deus eſſet immenſus, infinitus, æternus omnipotens, filius Dei, omnia potens, omnia continens, æqualis per omnia Patri, atque vna ex ipſo, & in ipſo cōſempiternus eſſentia, odore tantillæ arboris ad ima deſcendit? Vlterius, quid eſt, quod Deipara nardo comparatur? Nonne melius & aptius Libano? Nōne cedro? Quare nardo, quæ inter cunctas arbores ima, atq; modica deſcribitur? Tene Ioānem à S. Gemin. lib. 3. de vegetabilibus, & planctis cap. 37. de Deipara ſermonem facientem. Item Maria aſsimilatur nardo. Cant. 1. *Nardus mea dedit odorem ſuum, &c. Quod dicit Eccleſia de Beata Virgine. Quia nardus eſt herba modica, & calida, & odorifera, & ſpecioſa; ſimiliter B. Maria fuit modica per humilitatē, cùm dixit, Ecce ancilla Domini, &c. Calida per charitatem; odorifera per puritatem; & ſpecioſa per fœcunditatem, &c.* Preme ea: *Modica per humilitatem*. Et enim Maria nardus humilis odorem flagrantem Regi in accubitu ſuo exiſtenti dedit, quo odore humilitatis motus, & exitatus exultauit, vt gigans ad currendam viam à ſummo cœlo egreſsio eius.

Canticoquē

Ioan. à S. Geminian.

Audeam dicere, quod tota Mariæ celſitudo, & ingēs ſublimitas eius humilitati tributaria fuerit, quæ in Maria fundamentum

Digitized by Google

totius eius dignitatis extitit. Quod idoneè perſcrutatur S. Ildefõſus ſerm. 2. Aſſumpt. *Iam ergo Beata Virgo humiliat ſe in cunctis, vt tota in ſe ſuſcipiat gratiam conditoris; quia quod per partes alijs datum eſt, tota ſimul in ea inuenit gratiæ plenitudo, quia, ſcilicet, multum ſe humiliauit inter immenſa dona, inter diuinitatis commertia.* Hæc Ildefonſ. Vbi ſanctiſsimus Preſul ponderat, quòd Maria dum de ſe abiectius cogitat, & humilius ſapit, virtutis faſtigium humilitate oſtentat. *Ildefonſ.*

Hinc Eccleſiaſt. 3. verſ. 2. Diuinus Spiritus ſic eloquitur: *Quãto maior es, humilia te in omnibus.* Ac ſi diceret: Radix celſitudinis abiectio; fundamentum eximiæ dignitatis humilitas. Et ſic quanto magis abiectior, tanto ſublimior videris. Ad quod melifluus Abbas ſermon. de verbis Apocalipſis: *Signum magnum apparuit, &c.* Efatur: *Cùm Maria quanto maior erat, humiliabat ſe in omnibus, certè humilitate eſt præomnibus, quia maior omnibus extitit. Quapropter meritò facta eſt nouiſſima prima; quæ cum prima eſſet, omnium ſe nouiſſimam efficiebat. Merito facta eſt omnium Domina, quæ ſe omnium exhibuit ancillam.* Etenim cum iuxta veriſsimam Domini regulam; *qui ſe humiliat, exaltabitur.* Ac proinde penè, humilitatis gradus ſit, & exaltationis menſura, quemadmodum dignitas, ad quam Deipara aſſumpta eſt, omnium eſt ſumma, quæ puræ creaturæ deferri queat; ita conſequens eſt, vt eius humilitas, cuius merito ea illi dignitas collata fuit; iuxta illud; *quia reſpexit humilitatis ancillæ ſuæ, &c.* Maxima fuerit, quam pura creatura aſſequi poſsit. Sic S. Bernardinus Senenſ. excogitabat tom. 2. ſerm. 51. art. 1. *Gratia primæ ſanctificationis* (ait) *quæ eãdem virtute repleuit, ſic à principio fuit in mẽte eius, vt in abiſſo humilitatis profundæ, quòd ſicut nulla poſt filium Dei creatura tantum aſcendit in gratiæ dignitatem, ſic nec tantum deſcendit in abiſum humilitatis profundæ, nec inſuper alicui creaturæ in hoc ſæculo eſt datum, guſtare nihilum creaturæ, nec tantum ſe humiliare, & anihilare ſub ſolito maieſtatis.* Hæc S. Bernar. nec amplius fari poteſt. Sed, vt tantam Mariæ humilitatem experiamur, lubet in lucem pandere Ambroſium lib. 2. de Virg. vbi Mariæ honeſtatem commendans, ſic fatur. *Et in prece pauperis ſpem reponens, &c.* Pro eo quod Doctor habet *in prece*, aliquibus *humile* ſignificari libet. Ac ſi dicat, tam magnificè Maria de merito humilitatis ſentiebat, vt ipſa Virgo, quæ *Spes noſtra* ab Eccleſia præconatur, ſuam ſpem in prece, & ſuffragio humilis, & obiecti paruuli repoſuerit. Preces hominum miſerorum, ac humilium efficatiores reputans quam præclara ſuorum merito-

Eccleſ.

S. Bernar.

S. Bernar. Senenſ.

S. Ambroſ.

rum

rum facinora. Et quaſi plus pauperis humilis meritum exiſtimãs, quàm ſuæ maternitatis Dei immenſum decorem. O ingens humilitas,& profunda abiectio! Miror, ſi non conſonant Ambroſi verbis alia,quæ,quæ ab Ignatio Martyre epiſtol. ad Ioannem proferuntur: *Maria miſeris,& afflictis*(ait) *condolebat afflicta,nec ſegniter ſubueniebat humilibus deuota,quæ,& deuotis deuotior humiliaretur,&c.* Hæc Martyr inclytus. En Marianam humilitatem, quæ ideò in prece pauperis ſpem reponebat,quia humilibus deuota,& deuotis reuerẽtius humiliabatur.O ſublimis abiectio! O præ excelſa humilitas! Quis non ſtupeat tam ſublimem abiectionem? Quis non miretur tam excelſam humilitatem Virginis? Quæ quãtò in maiori meritorum faſtigio,tanto in abiectori erat humilitatis ſolio.

S. Ignat. Mart.

AROMA VIII. PRO MORIBVS.

Augmenta omnia humilitatis tributaria.

NIhil magnum,nihil præclarum,nihil pulchrum, nihil floridũ in hac vita,niſi de radice humilitatis ortum. Hæc fons ſcaturiens bonorum,ac cunctorũ fœlicitatum radix. Si enim in te magnam fabricam beneficiorum Dei experiri deſideras; prius humilitatis fundamentum iacta.

Hinc Matth.14. Dominus Ieſus ad Patrem; *Confitebor tibi Pater Domine cœli,& terræ,quia abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus,& reuelaſti ea paruulis.* Preme: *Et reuelaſti ea paruulis,&c.* Non enim nobilibus, non mundi magnatibus, non terræ Principibus,non vetuſtiſsimis familijs diuina conceduntur colloquia,ac gloriæ patefiunt ſacramenta, ſed paruulis humilibus: his enim Deus ſua reſeruat,atque ditiſsimos præparat theſauros.Præclarè S.Baſilius Seleucienſ.orat.ait: *Ideo primates ſanctorum dignitatem aliquam ſupra naturam conſequuti, hinc vel maximè humilitatem reſpiciunt,congreſſa eſt igitur aliquando cum Deo creatura, colloquebatur,& oratio viciſſim ab vtriſque ſine honoris diſcrimine ferebatur;ac cernere rem inuſitatem, linguã è luto auſam cœleſtia loqui,& Deum impigrè reſpondentem homini terreno Hæc enim parta ab humilitate lucra homines in altum euehunt, & Deo perſuadent,verba cum hominibus faciat.* Sic Baſilius. Ex quibus euidenter demonſtratur,quam impoſsibile ſit,hominem diuinis ditari muneribus, niſi humilis,& paruulus ſit. Aſcendes, ò homo, per humilitatem, & ſi cœleſtia loca, altitudineſque Polorum pene-

S. Matth.

S. Baſil.

netrare, deſideras,ad infimum puſſilitatis deſcendere feſtina ; nã
hæc via regalis humilitatis ſecuriſsimum ad Deum parat iter.

Canticorum 1. *Dum eſſet Rex in accubitu ſuo,nardus mea de-* Canticorũ
dit odorem ſuum. Quare nardus puſſila,ita ſolium regale aſcende
re,non veretur? Quid eſt, quôd herba minima ad regium cubile
appropinquare, audeat? Sanè in hac herba humilitas figuratur,
quæ medijs regijs exercitibus graditur,intrepidaque pergit. Vn-
de D.Bernardus ſermon.42. in Cantica: *Eam regem nominat, &* S. Bernard
in alto habitare,fatetur;nec ſic tamen diffidit humilitas; nam quid
eſt aliud,nardus mea dedit odorem ſuum,quàm placuit mea humi-
litas? Non mea ſapientia,non mea nobilitas, non mea pulchritudo,
ſed quæ ſola inerat humilitas,dedit odorem ſuum. Hæc D. Bernar-
dus.Sola ergo humilitas ſecura ad theſaurum diuinitatis perueni
re poteſt,ſola hæc viam ad Deum ſternit,ſola hominem ditat. Nã
hæc omnium origo, hæc diuinorum ſcala, totiuſque cæleſtis ſtru-
cturæ firmiſsimum fundamentum.

Matthæi 13. num.16. Baptizatus Ieſus confeſtim aſcendit de S. Matth.
aqua: *Et ecce aperti ſunt ei cœli,viditque Spiritum diuinum deſcen*
tem,ſicut columbam ſuper eum,& ecce vox de cœlo dicens; hic eſt fi
lius meus dilectus,in quo mihi bene placuit. Egregie S Hilarius ad
Pſalm.188 *Domine probaſti me.&c.* Rogat, quare æternus Pater
Chriſtum filium ſuum,hoc tempore Baptiſmatis,& non alio, euul-
gauit? Nonne aptius erat,ipſum in mirabili Lazari ſuſcitatione
oſtendere? Nonne quando Paraliticum triginta & octo annos in
infirmitate iacentem priſtinæ reſtituit ſanitati? Quid eſt æterne
Deus,quod filium habitu ſordido peccatorum modô indutum,ſic
honoras? Sic in lucem pandis? Sanè humilitas Chriſti in Baptiſ-
matis receptione patefacta,paternum ſtimulat cor,vt modo Chriſ
tum filium eſſe vnicum,hominibus demonſtraret. Accipe S.Hila-
rij acumen: *Demonſtratum eſt autem*(ait)*in Euangelio vbi,& pro* S. Hilar.
batus,& cognitus eſt,humilitas itaque eius probatio eſt,vnigenitus
namque Deus peccatorum remiſſor, & æterni regni Dominus bap-
tizari ſe tanquam peccator expoſcit. Et poſtea annectit Doctor ſan
ctus: *Hinc paterna vox filium complacitũ ſibi,poſtquam probauit,*
oſtendit,hic eſt filius meus dilectus,in quo mihi bene complacuit,ip-
ſum audite. Hæc Hilarius. Sic humilitas ditat,ſic honorat, & ip-
ſum Chriſtum,qui dum maiori humilitatis habitu indutus, appa-
ret,tunc ad ipſum paterna deſcendit vox: *Hic eſt filius meus dile-*
ctus, in quo mihi bene complacuit. Hinc ipſe Dominus totius
virtutis exemplar exclamabat, *diſcite à me,* quid à te mi Ieſu diſ-
cemus? Aut quid non diſcemus,qui totius diuinitatis, ac ſanctita-
tis

Digitized by Google

tis exiſtis plenitudo? *Quia* (ſubdit) *mitis ſum, & humilis corde.*

D. Auguſt. Atque eleganter D. Auguſtinus de verbis Domini: *Diſcite à me* (ait) *non mundum fabricare, non cuncta viſibilia, aut inuiſibilia creare, non in ipſo mundo miracula facere, & mortuos ſuſcitare, ſed quoniam mitis ſum, & humilis corde. Cogitas magnam conſtituere fabricam celſitudinis? de fundamento prius cogita humilitatis.* Sic Auguſtinus. En totius ſanctitatis fundamentum, en omniũ virtutum augmentum. Sic Deus à nobis trahitur, & quaſi vinculis pie vincitur, ac dulciter tenetur.

S. Matth. *Cùm* (Matthæi 8.) *introiſſet Ieſus Capharnaum, acceſſit ad eũ Centurio, rogans eum, & dicens: Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur, ad quæ Ieſus, ego veniam, & curabo eum.* Ecce quam citò Dominus Centurionis domum, puerum curare, proficiſcatur. Sed vnde tantus honor Centurionis domui? Vnde tam larga munerum exhibitio? Certè humilitas Centurionis diuinum trahebat cor, vt Chriſtus Dominus largiter ſalutem puero condonaret. Et ſic ſtatim, ac ſe humilem prædicat, dicens: *Domine non ſum dignus, &c.* Protinus ad domum eius quaſi ſupplex trahitur.

S. Auguſt. *Videte* (ait Auguſtinus ad præfatum locum) *quemadmodum tenuit ordinem, prius commemorauit, quod ſub alio eſſet, & poſtea quod alij ſub illo eſſent. Sub poteſtate ſum, & in poteſtate ſũ. Sub aliquo ſum, & ſuper aliquos ſum. Trepidauit Chriſtum mittere inter parietes ſuos, & etiam intus erat in corde ipſius, iam erat anima eius ſedes illius, iam ibi ſedebat ille, qui humiles requirebat.* Hæc Auguſtinus de Centurione. Qui ſtrenuus miles inter armorũ apparatus, inter militiæ tumultus, inter militares hauſtus, ita humilis, abiectus proſternatuſque incedebat, compreſſa omni militari arrogantia, vt ſua demiſſione Deum traxerit, ac humili confeſſionis vinculis dulciter ligauerit.

(?)

ARO-

Digitized by Google

AROMA IX.

Vlterius expenditur Mariana humilitas in ſtella præuiſa, & ex proprio Mariæ *vocabulo deducta.*

CAniſius egregius candoris Mariani propugnator libr. i. cap. Victorini, Eraſmi, Lutheri, toruis huius nominis interpretationib⁹ repulſis, aliã agreditur, quæ ex ipſa nominis ethymologia deducitur. Vtiq; deriuari exiſtimat à verbo *Iarath*, quod ſignificat *proijcere*. Ita, vt Virgo *proiecta, & humiliata* ex ipſo nomine patefiat, & quæ oculis omnipotentis magna videbatur, ſibi ipſi minima appareret. *Caniſius.*

Diſcutione dignũ eſt de Mariæ humilitate D. Aug. elogiũ dum ait: *Maria virginitate placuit, ſed humilitate cõcepit. Quæ Illa ſanè, qua ſe ancillã prædicat; Ecce ancilla Dñi, fiat mihi ſecũdũ verbũ tuũ.* Iſta ergo humilitas exiſtit Mariæ, veluti cõcipiẽdi forma. Rurſus cõmune eſt peripateticorũ placitũ: *Quod omne genitũ ſimile formæ generanti exijt.* Sic ergo humilitas Mariana, ſeq; ancillã prædicare, fuit ratio cõcipiendi Chriſtũ. Videas modo Chriſtũ ſimilẽ feminæ (teſte Paulo) *Humiliauit ſemetipsũ Dñs noſter Ieſus Chriſtus formã ſerui accipiẽs, in ſimilitudinẽ hominẽ factus, & habitu inuẽtus, vt homo.* Preme illud: *Formã ſerui accipiens.* Cui fortè accinit D. Aug. ſer. de Natiu. dicẽs ad Virginẽ: *Si formã Dei te appellẽ, digna exiſtis.* Quod certè mirabile eſt, omniq; ſtupore dignũ, Mariã Dei ideã, & formã appellari, etenim in Deo formas, & ideas creaturarũ aſtruũt Theologi, quæ ipſi veluti exẽplaria ſint ad res cõdiẽdas: at Deũ ipsũ in creatura aliqua veluti in ſui ipſius idea, & forma eſſe, perdificile eſt. Piè ergo dicendũ, arbitror, Mariã Virginẽ Dei formã, atque ideã appellari per humilitatẽ, ita, vt Deus ipſe ratione humanitatis, Marianã humilitatem imitatus ſit. Nam, vt fert commune quoddam medicorum proloquiũ. Filij, vt plurimum matrizant, ideſt, matres ſuas moribus, & ingenio referunt, Poetaque retulit. *D. Auguſt.* *S. Paul.* *S. Auguſt.*

Multum de patre decoris
Plus de matre feras.

Afferunt nati plus ſimilitudinis de matre, quam de patre, & ſæ-

ſæpè ſæpius matrizare, quam patrizare compertum. Quòd in Chriſto Domino, & Deipara minimè deſideratum, exiſtimo. Deus quippe tot tantiſque virtutibus, donis, ac gratijs matrem ſuam inſigniuit, & perornauit, vt natus ex illa ingenio, ac moribus eam in ſe ipſo exprimere, videretur; quatenus nihil virtutis, vel honeſtatis, aut in filio erat, quod in matrem non præfuiſſet: in matre, quod in ſemetipſum imitatione non transferret. Præcipuè eius præexcellentem imitatus eſt humilitatem, vt per omnia ſimilis euaderet maternæ. Quare ſi humilitas, concipiendi eſt forma, iuxta illud, *humilitate concepit*: Chriſtus Dominus ſerui formam accepit in ſimilitudinem hominum factus, vt inde proportio, & ſimilitudo inter filium, & matrem, illiuſque permagna comprobaretur humilitas.

Iſai. Huc procuidubiò expectat Iſaiæ vaticinium cap. 11. de Verbi diuini incarnatione; *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet.* Sanè difficilia verba, & primo aſpectu penè impoſsibilia. Quòd virga de radice Ieſſe oriatur, prorſus credibile, hoc nullus ambigit. Cæterum, quod, *flos de radice eius aſcendat*, inſulſe affirmari, videtur. Quomodo ergo flos de radice? Quando flos non de ſummitate virgæ? Quando non de eius acumine? Sanè flos iſte eſt Chriſtus, virga autem *Maria*. Sic canit Eccleſia. *Virgo Dei genitrix virga eſt, flos filius eius.* Naſcitur ergo Deus homo de virga, & non vtcumque, ſed de radice eius, hoc eſt, de humilitate eius; non de omni gratiæ plenitudine, non de cunctis eius priuilegijs, ſed de eius nimia abiectione, ac profundiſsima humilitate. Quare: *Sic virginitate placuit, humilitate concepit*, cui Chriſtus Deus aſsimilari, ac proportionari voluit. Vnde ſanctus Bernardus libro 5. de conſideration. cap. 10. ſic fatur: *Dixiſſe* (ait) *poterat, & flos de virga, ſed maluit, à radice, vt virgam, inde florem duxiſſe originem, demonſtraret.* Hæc Bernardus. Videas, quanti à Deo fiat Deiparæ humilitas, cuius Dominus imitatur formam, exequitur ſimilitudinem.

Eccleſia.

S. Bernard.

Iſaias. Quis non videat paſsim in ſacra pagina, Virginem noſtram terram denominari? Sic Iſaiæ 45. *Rorate cœli deſuper, & nubes pluant iuſtum, aperiatur terra, & germinet Saluatorem.* Et alibi ſæpe, quibus locis nomine *terra* Virginem Patres accipiunt. Sed cur terra valdè humilis, & abiecta, typus, ac imago exiſtat Mariæ? Oportunè comparatur terræ Maria, cuius profundæ humilitati omnes omnium gratiæ videntur vectigales. Sic fatur Rupertus; *Cuncta virtutes, omnes gratiæ, cuncta dona, quæ Virginem or-*

Rupert.

Digitized by Google

nabant, humilitati eiuſdem tributa reddebant, &c. Ac ſi dicat: Humilitate ſua tam præexcelſa omnia Virgo Maria comparauit, cui ob eius nimiam ſubiectionem cuncta ſubiecta fuere. Terræ, & ſi profundæ, & abiectæ cætera elementa, aliæque creaturæ inceſſanter penſitant; à qua humiditate humectant, aer nubium impinguat rore; cœlum, & aſtra influxu, & calore fœcundant, agricola induſtria excollit, labore ornat. Sic Mariæ cunctæ creaturæ obſequium præbent, famulatum libant. Cui Mariæ, cum terra humilitate exiſtat, Angelici Chori, cuncti ſanctorum cunei, ſplendidũ impẽdũt ancillatũ. Nihil dimiſsius Maria ſibi. Quæ nõ ſolũ alijs mulieribus, ſed Magdalenæ pœnitenti miniſtrat; ſed ex ipſa abiectionis profunditate ad thronum eminentiſsimum euehitur: quia auguſtior ſublimitas tributaria exiſtit humilimæ abiectioni. Teſte ſancto Petro Damiano ſermone 45. *Hæc* (ait) *tam ſingularis, tam incomparabilis Virgo. Si non ſequeretur humilitatem Chriſti, nunquam pertingeret ad celſitudinem Chriſti*. Sic Doctor. Preme: *Ad celſitudinem Chriſti*: ad celſitudinem Dei, ad celſitudinem diuinam deuenit Maria, quia congruum erat, vt quæ infra omnium creaturarum numerum demittebatur, ſuper omnes mira celſitudine duceretur. In quo intueri poteris Mariæ ſingulariſsimam humilitatem, & quomopo inter maiores glorias, inter illius illuſtriora priuilegia, inter auguſtiores magnitudines ſemper ſe humilius ſapiebat, ſemper abiectius cogitabat, vt hinc ſe eſſe ſtellam, quantitate maximam, aſpectu minimam, perſpicue comprobaret. *S. Pe. Da.*

(?)

ARO

AROMA X. MORALE.

Humilitas homines exaltat.

1. Reg. 1. Regum 16. Relictis maioribus Iſai filijs, Dauid inter omnes minimus ad regium accerſitur cuneum. Sic Dominus ad Samuelem effatur: *Surge, & vnge eum, ipſe eſt enim.* Quare inter alios natos Iſai, ſolus Dauid paruulus, ætate minimus, adoleſcẽs, iuuenis, regiam adeptus eſt poteſtatem? Præclarè S. Remigius Altiſ. ad caput 2. Sophoniæ premens illud: *Verbum Domini, quod fa-* S. Remig. *ctum eſt ad Sophoniam filium Chuſi, filij Godoliæ.* Vbi eleganter alloquitur hæc: *Ego Speculator filius Chuſi, qui interpretatur humilitas, habebat auum Godoliam, qui dicitur magnitudo Domini, de magnitudine Domini generatur humilitas. Hic talis, ac tantus benè dicitur fuiſſe in diebus Ioſiæ Regis ſanctiſsimi, qui interpretatur eleuatio Domini, tempore ergo eleuationis exiſtit filius humilitatis, quia per humilitatem eleuantur ad cæleſtem eleuationẽ.* Hæc Remigius. Quando humilitas ſine eleuatione? Quando celſitudo, abiectionis comes non exiſtit? Ille ſperet creſcere, & ſupra ſe eleuari, qui in oculis ſuis paruulus eſt, quia tunc maior efficietur, quando in ſui paruitatis agnitione fuerit verſatus.

S. Lucas. Apud Lucam cap. 7. de Centurione ſic fertur, & cum audiſſet de Ieſu, miſit ad eum ſeniores Iudæorum, rogans eum, vt veniret, & ſanaret ſeruum eius; quam hiſtoriam Matthæus cap. 8. S. Matth. recenſens, ſic aſſerit. *Acceſſit ad eum Centurio, rogans eum, & dicens: Domine, puer meus iacet, &c.* Si Lucas affirmat eum præſentem non fuiſſe, quomodo iuxta Matthæum ipſe Ieſus præſentiſsimus extitit? Quid in Centurione Matthæus adinuenit, per quod Dominus illi præſentiſsimus adeſt? Eiuſque domum beneficijs cumulat? Sanè Centurionis humilitas Chriſtum præſentiſsimum illi fecit, eiuſque domum immenſis ornauit muneribus. Sic D. Auguſtin. lib. de S. Virgin cap. 3. *Fidem Centurionis illius ideò Ieſus* S. Auguſt. *præcipuè laudauit, nec ſe inueniſſe in Iſrael, dixit, tantam fidem; quia ille tam humiliter credidit; vt diceret, Nõ ſum dignus, vt ſub tectum meum intres. Vnde nec Matthæus ob aliud eum, dixit, acceſſiſſe ad Dominum; cum apertiſsimè Lucas inſinuet, quod non ad eum ipſe venerit, ſed amicos ſuos miſerit, niſi; quia fideliſsima humilitate magis ipſe acceſsit, quam illi, quos miſsit.* Hæc Auguſtinus. Non longe aberrat à Domino humilis corde, non longe diſtat;

nam

ſtam in quouis ſpatij interuallo, ſic à Deo reſpicitur, vt illi ingentia erroget beneficia, ac ſi illi propinquus, ac præſens exiſtat.

Bonus ille agricola Lucæ 13. intra ſe cogitans, quomodo ficũ quandã frugiferã efficeret, vberesque adduceret fructus; ſic ſtatuit: *Fodiam circa illam, & mittam ſtercora.* O quã recta agricolæ prudentia! O quã exacta cura! Sanè erigere pulchros fructus non poterat, niſi adhibito ſtercore, & per foueã humilitatis. Quod tetigit D. Ambroſ. lib. 1. de Virg. in initio: *Vtinam me ſub illa infructuoſa adhuc ficu iacentem, ex aliqua Ieſus parte reſpiceret. Ferret quoque poſt triennium fructus, & noſtra ficus Vnde tantum peccatoribus ſpei? Vtinam ſaltem ille Euangelicus cultor vineæ Dominicæ ficum noſtram fortaſſe iam excidere, dimittat illã, & hoc anno vſque dũ fodiat, & mittat cophinũ ſtercoris; nã fortè de terra ſuſcitet, & inopẽ, & de ſtercore erigat pauperẽ.* Sic Ambroſ. O fœlix humilitas, quæ pauperẽ ad tantũ vehis dignitatẽ. O ſublimis abiectio, quæ abiectũ eleuas, proſtratum erigis, pauperem diuitẽ, ſubditum Regem, terrenum diuinum conſtituis! *Lucæ.*

AROMA XI.

Maria Stella Matutina valet interpretari. Vbi Antiphona ab Eccleſia recitata enucleatur: Aue Stella Matutina, peccatorum medicina, mundi Princeps, & Regina, ſola Virgo digna dici, contra ſtella inimici clypeum ponens ſalutis, tuæ titulum virtutis.

O Sponſa Dei electa, eſto nobis via recta ad æterna gaudia

INter ſtellarũ copioſã multitudinẽ, numerũque innumerabilẽ, aptior Mariæ typus, eiuſq; exactiſsima imago, ſtella matutina apparet. Quapropter non incõgruè aliquibus placet Mariæ vocabulũ perinde, ac matutinã ſtellam interpretari. Loquatur ipſa de ſe Apocal. vlt. *Ego sũ genus, & radix Dauid, ſtella ſplendida, & matutina.* Et iuxta illud Eccleſ. 1. *Quaſi ſtella matutina in medio nebulæ, &c.* Quapropter alma mater Eccleſia in ſuis deprecationibus Virginem *Stellã matutinã* interpellat in percelebri recitata Antiphona: Quam in præſentiarum enucleandam, ſtylo humili, breuique compendio digerendam duxi. *Apocal.* *Eccleſiaſt.*

Aue ſtella Matutina.

STella hæc matutina duo nobiliora munera obtinet, quib⁹ aptimè Mariæ adaptatur. Primũ, *vicinitatẽ*, ſeu *ad ſolẽ propinquitatem,*

Digitized by Google

diem inchoat, ſoléque nuntiat. Quapropter *Dianæ* nomẽ accipit. Secundum eſt, tenebras fugare, nam ipſa illuſcente, tenebras propè pellendas agnoſcimus, ideoque *Lucifer* à pleriſque nuncupatur. Vtrũq; munus Maria ſubijt; cũ, & ex creaturis nulla Deo creatura ſtrictiori vinculo exiſtat; Inſuper, & peccatores, qui in tenebris luxuriæ ſedẽt, clariſsime perluſtret, ad caſtitatiſque fulgores reddat. O quã pulchrè vtrũq; huius ſtellæ munus amplexus eſt Auguſt. ſerm de Virg. Mariæ Natiui. *Tu verò* (ait) *glorioſa Virgo Maria Beata es inter omnes mulieres; tu prælata cunctis Virginũ Cateruis. Tu ſequeris agnum, quocũquẽ perrexerit. Tu virgineos Choros, & incentiuæ carnis illecebris alienos per lilia roſaſq; vernantes ad fontẽ perennis vitæ potandos, inuitas. Tu in illa beatorũ beatifica regione primi Ordinis dignitatem tenes, & meritò filio viciniſsima.* Hæc Aug. Ex quo Doctoris pereleganti elogio, & Deo propinquitatem, carniſque, & diabolici incurſus mitigationem comprobari, compertum eſt.

S. Auguſt.

Nã quis, etſi libidinis impotenti æſtu furens, etſi carnis illecebris allectus, & ſi ſtimulo luxuriæ cõmotus, virgineũ Mariæ contẽplãs pudorẽ, radiãtis huius ſtellæ munditiẽ conſpiciens, mortem potius non appetat, quã caſti pectoris iacturã pati? Ipſa de ſe cõcinit: *Ego mater pulchræ dilectionis, agnitionis, & ſanctæ ſpei, &c.* Ab ipſa pulchræ enaſcuntur cogitationes, ab ipſa caſtiſsimi cogitatus, ita, vt à Maria progenie ſit, quidquid virgineum, & caſtum in mundo mundum exiſtit. Et ab ipſa pectoris munditie cœleſtiũ virginum proſiliant agmina.

S. Ioan.

Ioan. 19 Cũ vidiſſet ergo Ieſus matrem, & diſcipulũ ſtantẽ, quẽ diligebat; dicit matri ſuæ: *Mulier, ecce filius tuus.* Deinde dicit diſcipulo: *Ecce mater tua, &c.* Inter Patres circunfertur paſsim, quõmodo verum ſit, quòd Ioannes Mariæ filius ſit? Nonne Zebedei vxorem matrem Ioannis extitiſſe, ſacrũ atteſtatur eloquium? Quis ambigit? Quomodo ergo Maria Ioannis appellatur mater? Nõ equidẽ erat Ioannes Mariæ filius carnali generatione, qua homo, ſed qua virgo, erat mundiſsimus itaque Ioannes, vt virgo mũditiei ſectator, Mariæ extitit ſpeciali quadã generatione filius. Ac cinit Galfridus apud Titelman: in allegorijs: *Quodammodo* (ait) *Ioannes Virginis Mariæ in virginitate filius fuit, cuius illa, ſi non carnẽ, carnis tamen integritatẽ edidit; & illũ, ſi non hominẽ, tamẽ virginẽ genuit. Cæterũ quã multi bodiè parit ſanctiſsima illa fœcũdiſsimaque virginitas, quàm fœlix eiuſmodi generatio ſuo equidẽ modo, fœcunda quidẽ & incorrupta poſteritas.* Hæc illæ. Quotidie Maria nobis fœtibus exultat lætabũda, quotidie vberrima fructus

Galfridus.

Digitized by Google

fœcundiſsimoq; partu virgines parit, ſicut enim in Eccleſia Chriſti nunquã virgines deficiunt. Sic nec in Maria fœcunditas deeſt, quia cum ſtella ſit matutina, tenebras immunditiæ, libidiniſque illecebras fugans, lucis caſtimoniam parturit. Agnoſcãt ergo Virgines matrem ſuam, quarum ſi non carnem, ſaltem integritatem ſplendens ſtella hæc dedit.

Peccatorum medicina.

HOc cauſaliter, & nõ formaliter capiendũ eſt, vel quia Saluatorẽ genuit, qui verè languores noſtros tullit, & dolores noſtros portauit; vel, quia quotidie patrocinĩũ nobis impẽdens, gratiã conſequitur, & ad priſtinã ſpiritualiter ſanitatẽ aduocat, qua ratione peccatorũ medicina inuocatur. Rectè ergo Bernar. ſer. de Aſſumpt. *Sileat* (ait) *miſericordiã tuã Virgo Beata, ſiquis eſt, qui te inuocatam in neceſsitatibus ſuis ſibi meminerit, defuiſſe.* Preme illud: *Siquis eſt, qui te inuocatã in neceſsitatibus, ſibi meminerit defuiſſe.* Videas vocabulũ, *Maria*, quã efficax; & quomodo ad illud Deus quaſi ſupplex aduẽniat, & veluti ſubiectus poſtulata condonet, noſtraſque infirmitates, ac langores medeatur. *S. Bernar.*

Ex dictis liquet, ſalutem mundi, & hominum, non ſolũ Chriſto, ſed etiam Virgini ab æterno eſſe donatam. Sic tamen, vt filius tanquam prima, & principalis cauſa redẽptionis noſtræ cõdignũ pretiũ obtulerit. Maria verò eamdẽ redemptionẽ ex congruitate quadã impetrarit. Et hoc non ita intelligendũ, quòd Chriſtus eo adiutorio indiguerit: cũ ſanguis eius noſtrorũ debitorũ compenſationem immenſo interuallo vicerit; ſed quia matris auctoritas, & dignitas hoc poſtulabat; vt eius quoque merita meritis Chriſti quoadunarẽtur, vt ſalutis hominum vtrique reſponderet; & medicina ex filio tanquam principali cauſa, & ex matre de quadam congruitate coaleſceret.

Cantic. 6. Sponſus ad Sponſam ſic alloquitur: *Vna eſt columba mea, perfecta mea, vna eſt matri ſuæ, electa genitricis ſuæ.* Guillielmus apud Delrium, ſic præfatum locũ enucleat: *Eſt enim Maria vnice electa genitrici ſuæ, ſingulariter electa ad miniſterium redemptionis, & regenerationis gratiæ; inſigne quippe, & ſingulare miniſterium gratiæ redemptrici exhibuit, in eoquod ipſum redẽptorem ſibi, nobiſq; genuit, ſibi nobiſq; lacte aluit, at ad annos maturitatis perduxit: quia ergo ſola erat ad hoc diuinitus præordinata, meritò dicitur; vna matri ſua, & electa genitrici ſuæ.* Hæc Guillelmus. *Canticorũ* *Guillelm.*

Digitized by Google

mus. Itaque operata eſt Maria ad noſtrã ſalutẽ, dũ medicũ genuit, ipſumque lacte aluit, & ad maturitatem perduxit, qui langores noſtros omnes ſanguine ſuo pretioſiſsimo meditus eſt. Cui conſonat illud Epiphanij de laud. Virg. *Eua enim mortis cauſa facta eſt hominibus, per illam ingreſſa eſt mors, Maria verò cauſa vitæ* Hæc Epiphan.

Epiphan.

Mundi Princeps, & Regina.

HIc Mariæ Principatus, ac Regnum ſtabilitur, quod etſi multiplici debeatur iure ei, ratione nominis Mariæ præſtãdum, atteſtari non renuo. Audi Gerſon. 4. part. ſermo. Anuntiation. ſic fantem: *Hodie Domina noſtra altius nomen accepit, & perfectius, quod eſſe poſſet homini poſt nomen filij ſui, &c.* Et poſtea: *Melius eam appellare non poſſumus, quoniam per hoc habet veram auctoritatem, & naturale dominium ad totius mundi Dominium: ita, quod in nomine ſuo omnia flectantur in cœlo, & in terra, & in inferno.* Et poſt aliqua annectit: *Ideò Domina noſtra dicitur, Aduocata noſtra, Mediatrix noſtra, Regina noſtra, noſtra Imperatrix, per cuius manus Deus ordinauit dare ea, quæ dat humanæ creaturæ, &c.* fuit equidem verè, & propriè mundi Regina, ac ſæculi dominatrix. Quod in ſequentibus fuſiori ſermone ſantiendum eſt. Modo autẽ lectio Athanaſij accerſenda eſt, ad illud Eccleſiaſt. *Dominus poſſedit me, &c.* Athanaſ. *Dñs præfecit me initiũ viarũ.* Ac ſi diceret: *Dñs creaturis omnibus me præfecit, atque illarũ principatũ, ac dominiũ tradidit.* Verè, & propriè Virgo regni obtinet principatũ, ac dominatrix exiſtit, quia Chriſti Regis parens eſt. Quemadmodũ, qui natus eſt ex illa Rex eſt, & Dominus hominum, Angelorũ, omniumque creaturarum; ita eius mater ſimile occupat principatum, ac æquale obtinet dominium.

Gerſon.

S. Athanaſ.

Huc refero illud, quod de pulcherrima muliere: *Eſther* ſacrà tradit hiſtoria, c. 15. *Cũque regio fulgeret habitu, & inuocaſſet omniũ rectorẽ, & ſaluatorẽ Deũ: aſſumpſit duas famulas, & ſuper vnã quidem innitebatur, quaſi præ delitijs, & nimia teneritudine corpus ſuũ ferre, nõ ſuſtinẽs. Altera autẽ famularũ ſequebatur Dominã, deſluẽtia in humũ veſtimẽta ſuſtẽtãs. Ipſa autẽ roſeo colore perfuſa, & gratis, ac nitentibus oculis, &c.* Ad quid enim duarũ famularũ comitatus? Sanè miſtico sẽſu, in ipſis famulab. Mariæ dominiũ vberrime recõditur. Seraphicuſq; Præceptor in ipſis dominium ſuper homines, & Angelos aptiſsimè exponit: *Duæ famulæ, quarũ Dña*

Eſther.

Digitized by Google

Reginæ Mariæ; ſunt Angelica, & humana creatura: Humana eſt famula illa, quæ ſequitur Dominã ſuã in mũdo, colligens veſtimenta Dominæ, hoc eſt, virtutes, & exẽpla Mariæ. Angelica verò eſt illa altera, ſuper quã in cœlo innititur, ſe ſociando, & deliciãdo cũ Angelis, innititur inſuper potentiſsima Angelis imperando, &c Quid elegantius? Quid ſubtilius? Quid deuotius? Adeô ſuperæminens Mariæ regnum, adeô ſuperexaltatum imperium, vt nô ſolũ humana, verùm, & Angelica natura famulatum, & humile præſtent obſequium. De quo iterum luculentiùs redibit ſermo. S. Bernar. in ſpecul.

Sola Virgo digna dici.

PОrrô Deiparã, licet prima nõ fuerit in virginitate ſeruanda, (aliæ enim Virgines antiquitus præceſſerũt) primã tamen omnium virginitatem voti ſponſione præpotenti Deo ſacraſſe, communis Patrum, Theologorumque adſtruit ſententia. Conſule Suar. 3. p. diſp. 124. c. 4. qua ratione fortaſsis dicitur ſola, quia vſque ad illud tẽpus nullũ aliud exemplũ de vouenda virginitate, inſpectũ eſt. Quem ſenſum verborum ſequutus eſt S. Bernar. Senẽ. tom. 1. ſerm. 52. ar. 2. c. 1. congruentique, & apto ſermone illã Virginem primiceriam appellat: *Maledictum* (ait) *benedicta Maria, Virginum primiceria aboleuit, dum prima ſuam virginitatem Domino conſecrauit, &c.* Suarez. S. Bernar. Senenſ.

Huc attinet illud Spaltis 44. oraculum: *Adducentur Regi Virgines poſt eam, proxime eius afferuntur tibi.* Super quæ verba, ſic eleganter concinit præfatus Doctor: *Adducentur* (inquit) *regi, ſcilicet, Chriſto Virgines poſt eã, ideſt, poſt Reginam, quæ prima ſummo Regi dicauit virginitatem, proximæ eius, ideſt, viduæ, & continentes, quæ virginibus proximæ iudicantur, offerũtur tibi, ſcilicet, Chriſto. In huius myſterium ſumpto tympano, ideſt, carnis ſuæ mortificatione, à Maria egreſſæ ſunt omnes mulieres poſt eam, cum tympanis, & choris, &c.* Nulla alia mulier ante Mariam cũ tympano, hoc eſt, carnis mortificatione, & virginitatis ſponſione egreſſa eſt. Primiceria Maria extitit, dum prima ſuam virginitatem Domino conſecrauit. Poſt eam egreſſæ ſunt multæ, quæ illius votum integritatis emulantæ ſunt. Spal. Senenſ.

Vel dicitur, *ſola Virgo*, ob ſingularitatem, quia ipſa ſingulariter inter omnes ad miniſterium maternitatis Dei eſt admiſſa. Cui videtur ſubſcribere Guarricus ſermon. 1. Annuntiation. vbi fatur: *Maria ſingularem præ omnibus electis inuenit gratiam, & gratiam apud Deum, vt, videlicet, Dei conciperet, & pareret filium, atque æbore corporis eius thronum ſibi virtus Altiſsimi,* Guarricus

ſine

ſine manibus ſcinderet glorioſum. Glorioſus prorſus ille tronus, ac mirabilis, de quo Scriptura perhibetur, quòd non eſt effectum tale opus in vniuerſis regnis, quod facile teſtimonijs probaretur Angelorum, qui ſemper, & inſatiabiliter in gloriam, & decorem Dominici corporis proſpicere, concupiſcunt Hæc Guarricus. Ex quibus eleganter prolatis, dilucidè inſpicitur, quomodo Maria inter omnes electa, & prælecta ſit; vt Dominum ſine læſione conciperet, & conſeruata integritate pareret.

Contra tela inimici Clypeum pone ſalutis.

Dauid. Dauid Regnum plenum bellis, ſanguine hoſtium madidum reperijt Inſuper aereas poteſtates in filios Dei belligerantes, gladijs, ignibus, enſibuſque minantes inſpexit. Quapropter ipſum maternum Dei vterum, veluti ordinatam aciem in aduerſarios fixit, ad cuius vteri virginalis conſpectum, omnes aduerſarij, vt cera ante faciem Domini fluxerunt: *Guillelm.* *Equidem* (ait Guillelmus) *ex quo Maria Dei filium peperit, dæmonibus terribilis fuit. Cum enim viderent eam integritate ſimul, & prole gaudentem, vehemens illis* *S. Ioã. Da.* *ſuſpicio incidit, ne fortè illa genuiſſet tot propheticis vocibus illum pronuntiatum Meſsiam, per quem eorum imperium rueret: itaque virginitate illius puerperæ nil eis ſunt terribilius.* Hæc Guillelmus. Ac ſi diceret: Maria à primo Verbi in mundum ingreſſu, cũ primò in vtero habuit Verbum diuinum, terribilis, & aduerſarijs formidabilis erat. Cunctumque illis pauorem incutiens, tremenda, vt caſtrorum acies ordinata, præexiſtebat. Dum enim Deum æternum hominem genuit, tantoſque deinde filios adoptiuos acquiſiuit, dæmones, qui in ipſis infauſte regnabant, ſubegit, ac penitùs debellauit; taliter, quod ad illius dumtaxat nomen totus dæmoniorum tartareus exercitus infirmatur, ac penitùs contremiſcit.

Hinc illud S. Ioannis Damaſcen. elogium, oratione 1. de Deipara: *O ſanctiſsima Ioachim, & Annæ filia, quæ principatus, ac poteſtates fefelliſti, atque ignea maligni tella extinxiſti, quæ in ſpiritus thalamo verſata es, atque immaculata conſeruata in Dei ſponſam. O ſanctiſsima filia in maternis vlnis conſpicua, rebellibuſque Angelis formidabilis.* Hactenus Damaſcenus. Rebellibus Angelis prorſus formidabilis Maria, & meritò: nam quomodo audebunt in eam, quæ vniuerſo virtutum genere vndiq; vallata, cõſpicitur? Omniq; ſpiritualium armorum munitione fulta? Certè nõ

infi-

Digitized by Google

Inficior dicere, quod nomine perſonante Mariæ, omnes aereæ poteſtates metu pauidæ, timore atonitæ, concito curſu latibula quærunt, ſe in eorum ſoueas ſumum, & flammas euomentes, quaſi ad vltimum confugium detruduntur. Quare conſonè accinit Eccleſia: *Contra tela inimici, clypeum pone ſalutis, &c.*

Tuæ titulum virtutis.

Quis eſt iſte Marianæ virtutis titulus? Certè eius diuiniſsimum nomen *Maria* hoc eius efficacitatis, ac egregiæ potentiæ titulus, iſte virtutis titulus, nihil aliud eſt, quam omnium eius gratiarum epilogus, omniũ donorũ in eius nomine mira concinitas.

Rogabat Sanctus Antoninus 4 part. titul 15. capit. 14. Cur in Angeli ſalutatione ad Virginem Eccleſia addidit: *Et nomen Virginis Mariæ?* Si illud Angelum non expreſsiſſe, videtur. Certè Eccleſiam ſuper addere, inconueniens: cùm in Deuteronomio habeatur: *Nõ habetis verbis his quidquam, nec minuetis, &c.* Et in Apocal. *Siquis appoſuerit ad hæc verba, apponat ei Deus plagas, quæ ſunt in iſto libro.* Extricat pulchrè Antoninus nodũ per hæc: *Ad hoc reſpondetur, quod* à nullo erratum eſt, ſed rectiſsimè factum, Angelus enim digniſsime ſalutando, nouæ dignitatis nomine ſalutauit, vt permutationem nominis, mutatio ſtatus figuraretur, & eminẽtia dignitatis; quando enim, quis aſſumitur ad dignitatem magnam, mutatur nomen, vt patet in Papa. Quod, & Dominus Ieſus fecit de Petro, dicens, tu vocaueris Cephas, ideſt, Petrus. Angelus ergo de proprio nomine, quod eſt Maria, mutauit nomen, dicens: *Gratia plena*: hoc autem nomen, quod eſt, Gratia plena, huiuſmodi circunlocutio eſt tantum proprij nominis Beatiſsimæ Virginis, & perſonæ ipſius; quod nulli alij conuenit, propriè, nec Deo, nec creaturis, ſed quod plenitudo gratiæ intelligitur ſuſceptiuè. Conſtat ergo, quód Deus non eſt gratiæ ſuſceptiuus, ſed datiuus; nulla autem creatura eſt plena gratiæ ſuſceptiuè præterquam Beata Virgo, quæ tantum ſuſcepit, quod pura creatura magis ſuſcipere non potuit. Inde hoc, & ita proprium fuit, quod nulli alij conuenit. Ideò Angelus ei nomen impoſuit, dicens, Gratia plena; Eccleſia tamen addendo ad *Gratia plena*, non errat, vel indecenter agit; quia non apponit ad verba Scripturæ ſacræ aliquid falſum, vel contrarium ei, quod prohibetur per auctoritates inductas, nam per id, quod dicit cùm Angelo gratia plena, quod nomen exprimit ſuam dignitatem, & per quod addit S. Antonin.

Ma-

Maria, intendit eã inclinare ad noſtrã neceſsitatẽ ſubleuandã. Haud quaquã ambigendum eſt, hoc nomen omnium bonorũ theſaurum locupletiſsimum exiſtere, omnium Virginis virtutum apothecam, quare nec minuit, nec auget Eccleſia ad verba ab Angelo præſcripta; ſanè, ſi hæc fuerit, *gratia plena*: hoc ſonat *Maria*, hoc exprimit, ac in lucem apertiſsimè pandit.

Nomina teſtatur Præceptor Angelicus ſup. epiſt. ad Roman. lect. 1. diuinitus imponuntur quibuſdam à principio natiuitatis ad deſignandam gratiam, quam à principio conſequuntur. Ita, vt nomen ſit, quaſi gratiæ conſequẽdæ titulus, operationis ſignum, aut virtutis operatiuæ demonſtratio. Quapropter idem Præcep. 1. p. q. 13. artic. 8. hoc nomen, *Deus*, ſupremo Domino congruum eſſe affirmat; quia ipſum perfectiſsimum actum, (in quo eſſe Dei noſtro modo concipiendi) indicat: *Deus* (ait) *non eſt nobis notus ſua natura, ſed innoteſcit nobis ex operibus, vel ex effectibus Vnde hoc nomen Deus, eſt nomen operationis quantum ad id, à quo imponitur ad ſignificandum, imponitur enim hoc nomen ab vniuerſali rerum prouidentia*. Hæc D. Thomas. Ex quo patefit, quomodo nomen a Deo impoſitum, operationis eſt index. Ergo nomen Mariæ eius operatiuæ virtutis ſignum exiſtet? Quid pulchrius? In quo autem virtus Mariæ erga homines ſtat, niſi, vt nos à periculis mortis, à diaboli inſidijs, verſutijs, fraudibus, ſtudijs, tueatur, eiuſque diuiniſsimum nomen, ita turris fortiſsima nobis ſiſtat, vt ad eius vmbram cuncti dæmones perterriti fugiant, ac penitus euaneſcant?

D. Thomas

D. Bonau.

Accinit D. Bonauentura in 3. Pſal. *Glorioſum, & admirabile eſt nomen tuum. Qui illud retinent, non expaleſcent in puncto mortis.* Hæc D. Bonauentura. O magnitudo nominis Deiparæ, cuius ſolùm voce dæmones dilacerati pereunt! O nomen ad cuius ſonitum phalanges tartarei nimis timore conterriti horreſcunt, à facie ipſius fugiunt pauidi, & cum illo rurſus congredi extimeſcunt! Quod pijſsimè roborat S. Brigitta libro 1. Reuelation. cap. 19. *Omnes* (ait) *dæmones verentur, & timent qui audientes hoc nomen Maria, ſtatim relinquunt animam, &c* Hæc Sancta Brigitt. Cuncti tartarorum exercitus ad vocem, *Maria*, quò ſe vertant, prorſus ignorant, ipſumque infernorum horrorem, quo ſe protegant, anhelantes inquirunt, leuiores flammas gehennales, quam vocabuli *Maria* fulmina ſentientes.

S. Brigitta

(?)

O

O Sponſa Dei electa!

TAmetſi aliæ Virgines, quæ Deo votum caſtitatis emiſſerunt, ipſique corpus illibatum conſecrarunt, aliquali ratione ſpōſæ vocabulo condecorentur. Peculiariter Deiparæ hoc nomē cōgruit; quia cū ipſa mater Dei ſit, & ſponſam dici, conſonum eſt, cū materna dignitas cum ſponſæ gloria maximam coniunctionis neceſsitudinem habeat.

Si ergo Maria vera, & naturalis Dei Opt Max. mater extitit, viri prorſus ignara, altiſsimique virtute obūbrata, vera quoque, & præcipua illius ſponſa eſſe, debuit. Ita, vt ſimul mater, & Dei ſpōſa appellaretur. Ildefon ſer. I. de Aſſumpt. Deip. *Lōgè à principio, ſed dudum tantis inſignivit virtutibus, ita, vt ſponſa iure dicatur, & mater ſui Creatoris, &c.* Idem ferè tenet Aug. ſer. Aſſumpt. & 35. Sanctis: *Hæc eſt* (inquit) *quæ ſola meruit mater, & ſponſa vocari.* Hæc Auguſt. S. Ildefon. S. Auguſt.

Inſuper Spōſa Spiritus ſancti meritò appellatur; quia filium Dei, diuina grauidata virtute, concepit; atque adeò vnum atque eundem filium cum Deo Patre meruit, habere communem.

Idcircò Chryſipus Ieroſol. hom. de Virg. Beāta, perpulchrè adſtruit. Ipſe Pater te ipſi deſpōſauit, Spiritus ſanctus efficit ea, quæ ad deſponſationem pertinent, & filius ipſum templi tui decorem aſſumpſit. Proinde cùm Deipara totius Trinitatis virtute, & efficacitate imbuta Dei filium concepit, Sponſa totius Trinitatis appellatur. Chryſip.

Sancta puella (ait Epiph. ſer. de laud. Deip.) *Virgo Maria, Spōſa Trinitatis, & theſaurus deſponſationis planè arcanus.* Et mox annectit: *Et Pater miſit arrabonē de cœlo, ſpiritū ſanè, qui præparauit Virginē unigenito filio, cœleſti Spōſo, quā pater dilexit, filius inhabitauit, Spiritus ſanctus percōcupiuit. Ipſa eſt enim ſponſa, & thalamus, & ex ea ſponſus procedit Chriſtus.* Ex quibus Patrum teſtimonijs perſpicuè patefit; Virginem inter alias mulieres, quæ cœleſti, ac ſpirituali coniugio Chriſto ſponſatæ ſunt, potiori iure hoc munere functam eſſe, ac ſpecialiter hoc honore decoratam. S. Epiph.

Eſto nobis via recta Ad æterna gaudia.

Chriſtus Dominus, vtpotè humani generis Redemptor viam

ipſiſ-

Digitized by Google

ipſis hominibus patefecit, immo ipſe factus eſt nobis via, & veritas; ita, vt quotquot ſalutem conſecuturi ſunt, per Chriſtum eam ſunt adepturi. Tamen Ieſus ſic humanæ ſalutis negotium partitus eſt, vt quod iuſtitiæ erat, ipſe ſolus per ſe abſque adiutorio perfecerit; quod autem gratiæ, & miſericordiæ, nonniſi adiuuante, & cooperante Maria. Sic extricatum fuit aromate pr-terito.

Chriſtus Dominus in crucis ſtatera pretium mundi ſoluens, diſcipulum Ioannem intuens, illique parentem ſuam oſtendens, ſic effatur Ioan. 19. *Ecce mater tua.* Cur Dominus, quos in ara crucis filios tam diris doloribus, tam immanibus tormentis, tam copioſa ſanguinis effuſione parturit, ab alio veluti parturiri iubet, cum matri ait: *Mulier, ecce filius tuus.* Nonne ſanguis Chriſti illi ſufficiens erat? Haud dubium. Satage ergo, mi Domine, vt in te verum, & vnicum reparatorem ſolum homines reſpiciant, quos pretioſiſſimo ſanguine immanibuſque angoribus redemiſti: nonne tu torcular ſanguineum, cruentumque paſsionis calcaſti ſolus, & de gentibus non fuit vir tecum? Quare ergo ſub vmbra alterius aliquis adoptabitur filius?

Ioan.

Sanè in re iuſtitiæ ſolus Ieſus eſt, ipſe ſolum per vulnerum ſuorum cicatrices ſalutis humanæ viam aperuit: aſt, in re gratiæ, & pietatis, matris interceſsionem, ſtuantem charitatem admiſsit; vt ſic Maria cum Chriſto conductrix ad gaudia æterna eſſet, in ſaluteque hominum patranda, ſuum etiam adhiberet adminicu'ū. Vnde Arnold. Carnot. tract de Laud. Virgin. in hæc prorrumpit: *Hic ſtupendum eſt,* (ait) *quod conſummata diſpenſatione incarnationis, expiraturus Ieſus, matrem tanto affectu honorat; victor ſuppliciorum, & quaſi ſui immemor, ad Patrem de cruce conuertitur, & colloquitur, intimans, quanti apud Deum meriti eſſet, & gratiæ, quam ſolam in illo puncto reſpiceret, cum tam in capite vulnerato, foſſis manibus, & pedibus in vltimis eſſet: mouebat enim eum matris affectio, & omnino tunc erant vna Chriſti & Mariæ voluntas, vnumque holocauſtum ambo pariter offerebant Deo, hæc in ſanguine cordis, hic in ſanguine carnis Verum, breui eſt ſermone colligendum; quo initio, quo progreſſu ad hunc beatitudinis cumulū Virgo ſancta deuenerit; vt cum Chriſto communem in ſalute mundi effectum obtineat, &c.* Preme hæc vltima verba: *Vt cum Chriſto communem in ſalute mundi effectum obtineat, &c.* Ecce quomodo Ieſus, & Maria in vna voluntate, in vno corde ſalutis humanæ reparandæ concurrant, & mutuo dilectionis incendio ardenter conflant. Ambo holocauſtum idem offerunt Deo, ambo viæ rectæ ad æterna gaudia; nec vnus ſine altera, nec Chriſtus ſine Maria, nec

Arnold.

iſta

ſine Chriſto; hic vniuerſum valorẽ iuſtitiæ ſanguine ſuo apponit: Maria autem affectu, interceſsione, & fauore viam rectam ad æterna gaudia pandit.

AROMA XII. PRO MORVM REGVLA.

Labores manuum tuarum, quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit.

MAtutina ſtella Solem præueniens, agricolas operaturos excitat, cunctoſque viuentes è lecto ad laborandũ ſtimulat. In quo otioſi punguntur, pigrique oſcitantes obiurgantur. Sanè otioſitas in hominibus ipſorum nocumentum eſt, vitæ ſuæ miſera clades: labor autem ingentia cumulat bona, quam plurima impẽdit beneficia. Hinc Regius Vates Pſal. 127. *Labores manuũ tua-* Dauid.
rum, quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit. Quæ verba enucleans Drago lib. de Sacram. Paſcha. ſic concinit: *Moleſtus eſt la-* Drago.
bor, ſed fructuoſus. Labores manuum tuarum, quia mãducabis, beatus es, & bene tibi erit. Quaſi labores neſciant, vel ad momentum ſine præmio, & fructu eſſe. Etenim labores manuum tuarum in præſenti quaſi beatificant, & Deus in illis tibi præſentiſsimus adſtat.

Recole Matth. c. 4. vbi Dominus piſcatores ad regium Apo- S. Matth.
ſtolatus cuneum aduocat. Miror quare non Reges, non nobiles, non dominos, dignitateque plurimos præſtantes, ſed iſtos retia præmanibus tenentes, ad ſuam euehat ſocietatem? Hos, mi Domine, in ſocios appetis, quos fortè mundi homines in ſeruos nõ admitterent? Hos ergo trahit Dominus: *Venite* (ait) *faciam vos fieri piſcatores hominum*: quia hoſtiliter otium fugientes, operi incumbebant laborioſo, ac ſudore agitabantur. Pulchrè Chryſol. ſer. 28
De labore tranſeunt ad laborem, quia labor neſcit laceſſere medita- Chryſolog.
tus. Hinc eſt, quod Apoſtolos ſuos Dominus humanis laboribus exerceri voluit, vt eos indefeſſos redderet in diuinis. Hæc Chryſol. Dum laborant homines pauperes ad dignitatem ſublimen euehuntur: laborantes beati ſunt, vilibus exercitijs inſudantes, imperium obtinent orbis; quia homo in ſudore vultus ſui veſcetur pane beatitudinis ſuæ; ſedens autem, & otio deditus, peribit. De peccato primi Angeli paſsim inter Doctores circumfertur, quale fuerit? Sed relictis varijs eorum placitis, radicem, & originem ruinæ otium fuiſſe, aſſerere, non infitior. Nam Iſaiæ 6. ſic habetur: *Sedebo in lateribus Aquilonis, ſimilis ero Deo altiſsimo, &c.* En vbi per otium diui-

Digitized by Google

diuinam gloriam ſibi vſurpare curat, ac ſeſſionem tentans, labo-
S. Bernard. rem fugit, ibi ruinam parat, caſum ſubijt. Sic Bernard. ſer. 3. *Sola ſedet Trinitas, quæ ſola habet immutabilitatem. Sola eſt, apud quã non eſt transmutatio, neque viciſsitudinis obũbratio. Seraphim ſtãt extendentes ſe, & intendentes in eum, in quem proſpicere, concupiſcunt, qui ſedere præſumpſit, ſe ipſo voluit, eſſe contentus. Tu ſedere tentaſti, ô impie! propterea tui ſunt moti pedes, & effuſi ſunt greſſus.* Hæc Bernard. Nullus otioſus quin pereat; nullus in otioſitate ſedens, quin ruat. Nam ipſa otioſitas perditio oſcitantium eſt, ac vagam degentium vitam miſerum præcipitium; caue eam, ne te
Idem. perdat: *Nam ipſa* (verbis vtor S. Bernar. ſerm. 1.) *mater eſt nugarum, nouercala omnium virtutum. Ipſa enim eſt, quæ virum fortẽ fortiſsimè præcipitat in reatum, facit ei ſuffocare virtutem, ſuperbiam, & viam conſtruere ad gehennam.* Quid pulchrius?

Apud Ioan. 3. iuxta ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichem, fatigatus Dominus ex itinere ſedebat ſupra fontem, vt aquam perennis gratiæ mulieri peccatrici Samaritanæ effluenter elargiretur. Et quid eſt, quod tanto labore mulierem iſtam cõparat Chriſtus? Quid enim in hac peccatrice tuam excitat pietatẽ? Tua commouet viſcera? Nonne ſeptem inhoneſtè ſeruiebat hominibus, ac in lacu luxuriæ ſordidiſsima volutabat? Haud dubium. Quare tu adeô miſericordem ad ipſam exhibes, quæ ſe tibi tam ingratam
Chryſoſt. præbuit? Præclarè Chryſoſt. hom. de Samar. *Hora ſexta* (ait) *quo tempore quieti à labore vacabant omnes. Tunc illa hydriam arripiens, aquam aduehebat. Non erat ergo Dominus, quam horam cæteri captandæ quieti dabant, iſtam ſolere aduehẽdæ aquæ vacare: propterea ſexta hora Dominus abijt, &c.* Hæc Doctor, & quam pulchrè!

Sicut enim otium tibi diabolum parat, ruinam ſternit; ſic labor Deum trahit, diuina comparat: & ita quando Deus ſeruorum mentibus adeſſe vult, quando ſua largiter tribuere munera, nihil prius illos docet, quam laboribus officioſis operam nauare. Samaritanam ad ſe adducere conabatur Dominus, at non trahit cã, nociuo otio torpentem, non quieti incumbentem, non vaniloquam, ſed eam de laboribus manuum ſuam manducãtem, & ſeruilibus, ac laborioſis officijs inſudantem, &c.

S. Matth. Matth. 25. nu. 41. Cum Chriſtus Dominus contra reprobos ſententiam tremendam pronuntiat, dicens: *Ite maledicti in ignẽ æternum.* Huius ſententiæ cauſam manifeſtat: *Eſuriui enim, & nõ dediſti mihi manducare, &c.* Perpende cauſam damnationis: æternis cruciatibus deſtinat, quia per otioſitatem ab operæ ceſſarunt.

Non-

donnē multa ſacinora commiſerunt impij? Quis dubitat? Vnum enim peccatum in aliud inducit. Quare ergo ſolam ab opere bono ceſſationem Chriſtus in memoriam reuocat? Sanè, quia in otioſitate, quam memorat, omnia alia ſcelera, quaſi in radice, & cauſa includit. Otium enim radix, origo, & omnium criminum caput exiſtit. Hoc ex Chryſoſtomus ad hunc locum de aſſumſi. Eius verba accipe: *Ex illo inſtruimur, quod illi, qui bona fecerunt, cæleſtibus ſine fine potituri ſunt bonis; qui verò culpantur, & ſi nihil habeant mali, bonorum tamen aliquid omiſſerunt; ſimul cum illis, qui mala geſſerunt in ignem gehennæ ſunt abducendi. Niſi quiſquam illud dixerit, quod & bonum non facere, malitiæ quædā pars ſit. Nam otij iſtud eſt, & ſegnitiei, otiū verò malitiæ quædam pars eſt; immò verò non pars, ſed caput, & mala radix; omnem quippe malitiam docuit otioſitas.* Hæc Chryſoſtom. Ex quo nihil acutius excogitari poteſt. *D. Chryſoſt*

AREO-

Digitized by Google

AREOLA QVARTA.

MARIA IDEM EST, AC DEVS EX GENERE MEO.

AROMA I.

Extricantur Ambroſij verba: Maria idem eſt, quod Deus ex genero meo. *Ex quo Virginis præſtantiſsima dignitas effulget.*

NOMINA In ſacra Scriptura, diffinitiones eſſe rerum, hominumque, ſignificationes, & compendarias indices, haud dubium. Sanè, paſsim apud Doctores hæc veritas probata, atque elucidata, conſpicitur.

Aſſentit Chryſoſtom. hom 18. in Ioan. *Mos erat (ait) antiquis, maribus nomina imponi, quod Elias fecit. Hoc autem*

Digitized by Google

tem non timere fecit, ſed, vt appellatio imponatur, quæ ſit diuini beneficij perpetuum monumentum, & memoria per prædicta nomina auditorum animis imprimatur, &c. Quaſi in nominibus perſonarum, aut geſta, & facinora præſentia, aut futurorum auſpicia pateſiant, & aperta, & dilucida pictura videantur.

Zacharias, & Elizabeth in patres Præcurſoris à diuino cōcilio deſtinantur. Et quare iſta, & non alia nomina parentibus Ioannis præſcribuntur? Vtique, quia in Præcurſore, & Dei memoria de humana natura redimendā, & iuramentum, aut promiſſum de ipſius ſalute clarius innoteſcere cœperūt, *dicente Ioanne*. Ego vox clamantis in deſerto, parate viam Domino, rectas facite ſemitas Dei noſtris. Habes apud Originem, & Toletum. Huius accipe verba in Lucæ capit. 1. *Non inutiliter adnotandum exiſtimo vtriuſque nominis ſignificationem; cùm enim ſit conceptio, & natiuitas Ioannis plena myſterijs: nomina etiam parentum myſterio vacare non eſt credēdum; Zacharias apud Hebræos idem ſignificat, quod Latinè, memoria Dei: Elizabeth autem, id quod Dei iuramentum, &c.* Diuino affatus Spiritu hæc duo vocabula parētibus Præcurſoris impoſita cenſentur. Quibus nominibus eſſe in Ioanne diuina promiſſa ad impleta, aſtruitur. Aduentus Meſsiæ, humani generis liberatio, memoria Dei, diuina pietas, ac benignitas, diaboli ruina eluſcēt. Cur ergo in nomine *Maria* eius Dei maternitas, & diuinus concēptus, vt pote præexcelſior eius dignitas non pateſiant?

Quare inter huius vocabuli notationes, ac deſcriptiones, quæ à Patribus, & Theologis recenſentur: illa inter cęteras præcipua, ac præſtantiſsima, Marianamque commendans dignitatem, Ambroſius adſcribitur lib. de Inſtit. Virg cap. 5. *Speciale* (ait) *Mariæ Domini hoc nomen inuenit, quod ſignificat Deus ex genere meo.* Cui præclaræ interpretationi accinit Rutij Benzoni mens lib. 2. ſuper Magnificat cap. 22. dub. 5. vbi ait: Idem eſſe Mariæ nomen, *ac Deus de conceptu*: & quamvis ſi fortè nominis proprietatē ſcrutemur, vnde huiuſmodi deducatur Ethymon, non pateat. Tamen tantis auctoribus data fide, nihil aptius, aut congruentius Mariæ dici poteſt, cum in ea interpretatione Deiparam vndequaque perfectam eſſe, omnique gratiarum genere ornatam, dilucidè exprimatur.

S. Ambroſ.

Rut. Bōz.

Aliquod veſtigium huius interpretationis inuenio ſacra in pagina: nam Iſaię 7. dicitur: *Ecce Virgo concipiet.* Quem locum etſi transferant Latini, *Ecce alma concipiet.* Hebræi apponunt dictionem, *Lamarbeth*, in qua *Mem*, apud nos eſt, *M*, & eſt finalis

Iſaias.

clau-

clauſula verbi, *Adam*, quod interpretatur, *verbum clauſum*; aut *res clauſa*; denotans Spiritus ſancti virtute in Maria Virgine Deũ hominem factum fuiſſe; indeque claustro virgineo clauſo terram adiiſſe. Inſuper Rabbi Hecados duplici hanc dictionem eſſe confectam atteſtatur, ex *Mar*, quod ſonat idẽ, quodd *Mater*, & *Beth*, quod interpretatur *Meſsias*, quæ in vnum collectæ idem, ac *Mater Dei* indicant, vel *Deum de conceptu Mariæ oriendum*, quæ aptè conſonant interpretationi: vnde fortaſis venit ſalutatio illa Præſulis Toletani Ildefonſi, qui ſæpè numero ſalutabat Virginẽ ſuppreſſo Mariæ vocabulo, & loco illius ad Mariam aiens: *Procido ante te ſolum opus incarnationis Dei*, &c. Quid aptius? Quid deuotius?

Rabbi Hecados.

Ildefonſus

Deus ex genere meo, denuntiat Mariæ vocabulum: quod gemino ſenſu accipi valet, vel quoad maternitatem, ita, vt ſenſus ſit, *Deus eſt filius meus*, qui ex vtero meo, illeſa virginitate, proceſſit, vel quoad vnionem, & inter Chriſtum, & Mariam conformitatem interuenientem; ac ſi dicamus, Deus ex genere meo, ideſt, Deus, & ego valde ſimiles ſumus, inter vtrũque maxima interueniente conformitate.

Primam expoſitionem videtur inſinuare S. Antoninus 4. p. tit. 15. cap. 14. in principio. Vbi aſſerit de nomine Mariano diuinitùs impoſito: *Angelus dignißimè ſalutando nouæ dignitatis nomine ſalutauit, vt permutationem nominis ſtatus figuraretur, & eminentia dignitatis*, &c. Vbi in nomine proprio Mariæ ſuam maiorem dignitatem præſignatam, pulcherrimumque honorem perpendit. Nam licet in humanis generibus, & genealogijs ex clariori maiorum ſtirpe, ac excellentioribus titulis nobilior educatur proſapia, ac excellentium genus. In Maria tamen aliter procedendum exiſtimo, cuius nobilitas præclarior non à proauorum titulis, ſed ex generoſitate prolis penſanda eſt. Hæc maior nobilitatis Mariæ corona, hic ſplendor amplioris excellẽtiæ, clara certè proauorum titulis, clarior tamen prolis generoſitate, cũ Deus ex genere ſuo ſit: quæ S. Petrus Damianus ſermon. 2. de Natiuit. pulchrè admodum exponit, ac mirificè extollit: *In humano* (ait) *genere ille nobilis dicitur, qui claris maiorum titulis inſignitur. Beata Virgo Maria licet generoſitate patrum ſtirpe progenita, ab illo tamen trahit amplioris excellentiæ genus, qui de illa eſt nouo naſcendi genere procreatus, clara proauorum titulis, ſed incomparabiliter clarior generoſitate prolis, filia ſiquidem regum, ſed mater Regis Regum.* Hæc Doctor. Mos eſt inter homines, quando ſtirpem ſuam commendare cupiunt, illamque ſummis extollere lau-

S. Antonin

S. Pe. Da.

Digitized by Google

laudibus, huiuſmodi verba proferre: ego ſum ex tali, vel tali genere, ex ſtirpe taliũ proauorũ originẽ traho, genus deduco. At Maria nõ ſic ſuã ex maiorũ titulis nobilitatẽ euincit, ſed ex ſuæ prolis generoſitate, ex nobilitate filij ſuã clariorẽ venatur nobilitatẽ; aſſerẽs in ſcriptione ſuę appellationis, *Deus ex genere meo*.

Ex hac ergo interpretatione nominis Maria, ſcilicet, *Deus ex genere meo*, perſpicue excellẽtia Virginis clareſcit, eiuſq; præexcelſa dignitas patefit; nã quot ſunt elemẽta nominis Maria, tot ſunt eius virtutũ eximiæ voces. Gen. 17. Abrahamo Deus ob eius dilectionẽ, quã plurima gratãter promiſſa offert, fœd⁹ inter Dũ, & Abrahã indiſſolubili pacto ſtatuitur, ſemenq; eius vehementer multiplicãdũ, deſcernit. Abrahã tãtorũ magnitudinẽ, nec minima ex parte ſoluere, aut equare exiſtimãs, cecidit pron⁹ in faciẽ, cui Deus, ego ſũ, & pactũ meũ tecũ, eriſque Pater multarũ gentiũ. Nec vltra vocabitur nomen tuũ Abraham, ſed appellaueris Abraham, quia Patrem multarum gentium *conſtitui te*. Quid autem magnũ datur in vna litterula H, quod ipſam tanquam præclariſſimum munus, Abrahamo elargitur Deus? Certè in elemento, H, aliquid ad Dei generationem expectans claudebatur; & id ſolum ingentia tot promiſſa imbibit, inuſitata munera, innumera beneficia Abrahamo accumulat. Excogitauit ſatis concinne Lippomanus: *Ante promiſsionem nomen illius erat Abram, patre excelſus: poſtea autem paternitatis illius celſitudo ornatur interpoſitione* ה. *(H intellige) litteræ, quæ inter ſacratiores litteras, quibus nomina Dei ſcribũtur, principalis eſt, quæ ſemel adſcripta nomini Abraha indicat prærrogatiuam quandam maximam datam generandi Deum, &c.* Vnicum duntaxat elementum, ſuperaditum Abrahami nomini, per quod ſignificabatur venturi Meſsiæ Patrem futurum eſſe, Abrahæ amplificat dignitatem, ipſius ingentia munera ad auget. Quid Mariæ totum nomen, cunctaque eius elementa integram maternitatem exprimentia? Quid totum vocabulũ Maria, quod eſt idem, ac Deus de genere meo, vel ex conceptu meo? Equidem & ipſa appellatione Maria, eiuſque vocabuli characteribus auguſtis omnigenæ eius prærrogatiuæ capiuntur, & mirabilis dignitas reſplendet, &c.

Hæc illuſtrior Mariæ excellẽtia, quod mater Dei omnipotẽtis ſit, & quod vnus eſſet, ideq; cõmunis Dei Patris, & Virginis filius. Quæ præclariſsima maternitatis dignitas humanæ & Angelicæ naturæ dignitatẽ immẽſo interuallo ſuperat. Ex illa ergo excellẽtia tã explẽdidiſsimæ dignitatis pulchrè admodũ extollitur Maria, nã ad hoc, vt digna Dei mater cõſtitueretur: qua nõ erat decẽs pu-

ritate nitere? Quò radio non clareſcere? Qua Angelica pulchritudine non ornari?

Sanè conueniens fuit, ipſam perſonam effici matrem Dei, quæ præ cunctis ſupernis ſpirituum agminibus longe ſuperior omnibus gratijs, donis, priuilegijs condecorata eſſet. Nam ſi Angelis, & hominibus vtriſque miniſtris, tantum præſtitit decorem, quam ipſe filius in matrem ſibi deſtinare, ac eligere volebat, qua gratia non perfunderet? Qua ſanctitate non extolleret? Quibus virtutum chariſmatibus non illuſtraret?

Luculentiſsima ſunt ad hoc Dionyſij Carthuſiani verba lib. i. de Laudibus Virginis, & eleganter Mariam extollunt, eoquòd Deus ex genere eius ſit: *Quemadmodum (ait) decentiſsimum fuit, vt illam naturam, quam Creator voluit ſuæ perſonæ vnire, omni chariſmate gratiæ, ac gloriæ, omni virtute perfectam, ac dono Spiritus ſancti ſummè, & incomparabiliter decoraret. Ita omnino concedens fuit, vt Virginem iſtam, quam ſibi matrem elegit, poſt humanitatem aſſumptam vniuerſis gratiæ, ac gloriæ chariſmatibus inenarrabiliter excellentius, munificentiuſque ornaret, quantum ſine dubio decuit, matrem Dei præ miniſtris ornari, & exaltari. Etenim ſi non decuit, naturam humanam niſi pulcherrimè, & incomparabiliter decoratam ſumini à verbo, ita nullatenus decens fuit, perſonam humanam effici Dei matrem; niſi ſpecioſiſsimè, ac glorioſiſsimè ornatam.* Hæc Dionyſius. Si enim ad miniſterium tanti Dei in Angelis ſuis, mundiſsimis ſpiritibus, reperijt prauitatem, ingens ergo debebat eſſe ſanctitatis ſpecimen in ea, quæ ad excelſam Dei maternitatem erat aſſumenda.

Dion. Car.

Hæc ergo maternitatis dignitas infinitatem quandam redolet, nimirum ex parte termini, cùm ad Deum relatio ipſa maternitatis terminetur, qui ſimpliciter infinitus exiſtit. Nonne ita concors Theologorum ſententia conſtantiſsimè tuetur? Haud dubium. Ita D. Thomas 1. part. quæſt. 25, art. 6. ad 4. *Beata Virgo* (inquit) *ex hoc quod eſt mater Dei, habet quandam dignitatem ex bono infinito, quod eſt Deus, &c.*

D. Thomas

Hanc ſanè infinitatem dilucidè demonſtrat, ac perbelle cõprobat S. Bernardinus Senenſis tom. 2. ſermon 61. art. 1. dap. 12. Qui piè dulciter, ac ſatis oportunè de infinita Virginis maternitate ſic diſſerit: *Quòd Deus generaret Deum* (ait) *nulla requirebatur in Deo diſpoſitio, cùm id ex natura conueniret, vt per viam naturæ intellectus produceret Verbum per omnia ſibi æquale: immò impoſsibile eſt, quòd non generet Deum propter fœcunditatem. Sed quòd fœmina conciperet, & pareret Deum, fuit miraculorum miracu-*

S. Bernar. Senenſ.

raculum. Oportuit enim (vt ſic dicam) fœminam eleuari ad quandã dam æqualitatem, per quandam quaſi infinitatem perfectionum, & gratiarum, quam æqualitatem creatura nunquam experta eſt. Hæc Sanctus Bernardinus. Excogita Deum de Deo, infinitum de infinito, immenſum de immenſo genitum; nihil mirum, nihil ſtupendum. Aſt, ipſo ordine rerum poſtpoſito, inuerſo, Deũ de creatura, immenſum de menſurabili, omnipotentem ex fœmina conceptum, & genitum; miraculorum miraculum: cùm in hoc tam extrema inæqualitas inſit, ſcilicet, Deus conceptus, creatura cõcipiens. Quid ergo? Oportuit enim fœminam eleuari ad quandam veluti dignitatem diuinam (liceat mihi ſic fari) per penè infinitatem gratiarum, in creaturis nuſquam expertam; vt ſic digna Dei efficeretur mater, & tam præexcelſa dignitas maternitatis perſonæ ad eam aſſumptæ concinne congrueret, aptè, & opportunè conueniret.

Quæ omnia Mariana munera, ac eminẽtiſsima priuilegia paucis Ambroſius præfata interpretatione conſtrinxit, dicens: *Maria idem eſt, ac Deus ex genere meo:* ac ſi dicat; ſi me Deus ſplendidiſſimis cumulauit beneficijs, ſpecialiſsimis ornauit chariſmatibus, pulcherrimis fulciuit ornamentis, illud præſtantius in ſubſcriptione nominis mei ab omnibus viſendum, & contemplandum defero, ſcilicet, *Deus ex genere meo:* ideſt, vnus idem ipſe, qui filius Dei, filius meus eſt.

Quid amplius? Quæ maior præeminentia? Hæc enim priuilegiorum epilogus, hæc gratiarum ſcaturigo, hæc donorum radix, hæc chariſmatum origo. Quare D. Anſelm. de excellẽt. Virg. c. 3. ait: *Hoc ſolum de ſancta Virgine prædicari, quòd Dei mater eſt, excedit omnem altitudinem, quæ poſt Deum dici, vel cogitari poteſt.* Hæc Anſelm. *S. Anſelm.*

Tantique Christus Dominus maternitatem Mariæ faciebat, vt eam ſemper omnibus alijs glorijs anteponendam, ac præferendam curaret; ita, vt nihil Deo charius, nihil dulcius ſua matre exiſtere, illamque palàm euulgare, etiam ſi ad hoc exequendum, celare diuinitatem, Deitatem abſcondere, opus eſſet.

Suffixus cruci inter tot tormentorum langores Dominus Ieſus Patrem ſic interpellat. Ioan. 19. *Deus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me?* Quid hoc? Vt quid, mi Domine, coram aduerſarijs derelictionem hãc manifeſtas? Vt quid fragilitatis ſigna publicè depromis? Quorſum hæc debilitatis oſtenta? Pulchrè S. Ildefonſus ſermon. 8. Aſſumptionis ad Virginem ſermonem faciens, effatur: *Vt te matrem oſtenderet, verum ſe hominem tormenta patiendo,* *S. Ioan.*

AROMA II. AD VIRTVTES AMPLECTENDAS.

Præſtantior Maria, eoquòd Deus ex genere eius cognatione ſpirituali, quam carnali.

PRæſtantiſsimum quidem eſt, Deum concipere. Deum parere, ipſum lactare; ſed illud præſtantius, atque fœlicius, Dei meritis, ac præceptis acquieſcere, illi placere, atque per omnimodam mentis innocentiam, fidē, ſpē, charitatem, & gratiam propinquū exiſtere. Ambæ igitur in Virgine propinquitates adſtruuntur, carnalis in vtero, ſpiritualis in mente concipiente: quæ inter ſe, ita conferuntur, vt iſta illam præcedat, atque deuincat, immo propter ſpiritualem maternitas carnalis eſt conceſſa: ſanè ad carnalē ſpiritualis diſpoſuit, atque adeò eam antiquiorem, nobilioremq; eſſe, non ambigo.

Quod perſpicuis verbis D. Leo Papa ſerm. de Natiuit. atteſtatus eſt: *Diuinam* (ait) *humanamque prolem prius concepit mente, quam ventre, ita, vt ſicut vterus grauidus fœtum præcedit, prole anterior exiſtit, eodē prorſus modo, prius Maria ſemine fidei, gratiæ, charitatis grauidata, Saluator noſter natus eſt, procedēs proles magnifici germinis, pudore virginitatis perſeuerāte, & niſi antecedēter hic mētis cōceptus anteiret, poſteà naturalis nō expectaretur partus* S. Leo Pap

Robuſtū adhibēt fundamentū ad præfata ſtabilienda, ea, quæ à S. Aug lib. de Virg. c. 23. notata fuere: *Beatior* (ait) *Maria fuit, percipiendo fidē Chriſti* (*cōplementū virtutum, ſcilicet ſpē, charitatem, gratiam, intellige*) *quā concipiendo carnem Chriſti &c.* Et infra c. 5. ſic annectit: *Hinc, vt Maria, & laudabilius, atque beatius mater eſt Chriſti, quia fecit voluntatem Patris eius, qui in cœlis eſt.* Sic Auguſt. S. Auguſt.

Matth. 12. Loquente Chriſto ad turbas, en mater eius, & fratres ſtabant foris, quærentes ei loqui: *Ecce mater tua, & fratres tui foris ſtant quærentes te: Chriſtus autem extendens in diſcipulos ſuos manus, eoſque deſignās, ſic effatur: Ecce mater mea, & fratres mei: quicūq; enim fecerit voluntatem Patris mei, ipſe eſt meus frater, & ſoror, & mater.* Quid eſt, quod Dñs matrē, quā tam nimio proſequebatur amore, dignoſcere ſe prædicat, neſcire ſe dicit? Ignorare annuit? Hilarius, & Tertulianus exiſtimarunt in hac Chriſti reſponſione Iudæos ab Euangelico negotio reijciendos, genteſque ad illud accipiendas fore, ſignificari. Audi Sanctum Hilarium, canone duodecimo in Matthæum: *In ma-* S. Matth. Hilarius. Tertu.

Digitized by Google

tre Domini, ac fratribus Sinagoga, & Iſraelitæ præfigurantur, ingreſſu eius, atque aditu abſtinentes. Hæc Doctor. Cui ſuffragantur Gregorius hom. 3. in Euangel & Ambroſ. in cap. 8. Luc. fulciente Hieronym. in c. 12. Matth.

Gregorius. Ambroſ. Hieronym

Aliter Chryſoſtomus homil. 45. in Matthæum locum dilucidat, quod ea ſolum, & vera nobilitas, atque neceſsitudo cũ Chriſto eſt, vt voluntatem Dei facias, hic propinquitatis modus multo melior illo eſt, ac vberior: *Probat Dominus* (ait) *nec matrẽ, nec fratres ſuos, nec quoſcunque alios ſua fretos neceſsitudine virtutum negligentia oportere. Nam ſi nullam mater etiam in quantum mater vtilitatem conſequitur, niſi virtutem collat, multominus alij neceſsitudine ſaluabuntur: quare Chriſtus Dominus relicta carnanali, de ſpirituali illa generatione, atque cognatione ſermonem inſtituit, vt rudes Iudæorum animos commonefaciat, falſamque illorũ fidutiam, & ſtultam de affinitate conceptam opinionem retundat; alteram verò ſpiritualem, quæ in veri Meſsiæ fide, præceptorumq; Dei obedientia conſiſtit, vt præſtantiorem acclamet.*

Chryſoſt.

Sed ad noſtrum reuertens inſtitutũ, alia via grauiſsimi Doctores locum inueſtigarunt; aſſerentes Chriſtum Dominũ his verbis nullatenus matrem repuliſſe, aut diſcipulos matri præferendos annuiſſe, ſed potius Saluator mundi ipſam Virginem collẽs, quid in illa maximum eſſet, aperuerit, ſpirituałẽ maternitati carnali præferens. Sic Iuſtinus martyr quæſt. 136. *Non* (ait) *debito honore fraudat Dominus, ſed docet, qua (vt ita dicam) maternitate Virgo ſit Beatiſsima; ſi enim is, qui verbũ Dei audit, & ſeruat, Dei eſt, & ſoror, & frater, & mater, quorum vtrumque in eius matre inerat, perſpicuũ eſt, matrem eius ex hac maternitatis ratione beatam dici, oportuiſſe: nam Dei ſermonem audire, & exequi virtutis eſt, animæque puræ; quæ tota ad Deum ſpectat; & quia non quamlibet fœminam elegit Deus, quæ Chriſti mater fieret, ſed omnium fœminarum virtutibus excellentiſsimam; propterea Chriſtus volebat, ob hanc virtutem prædicari matrem ſuam, per quam id exequuta fuiſſet, vt Virgo mater fieret.* Hæc Iuſtinus. Quibus verbis iuxta Iuſtini placitum, nihil indecorum Mariæ à Chriſto prolatũ fuit; ſed tantum ſpiritualem cognationem carnali præferendam fore aſſeuerat; ſimul, & ſi maximè beata eſſet cenſenda, quia illum vtero gemuerit, vbere lactauerit, longe tamen beatiorem exiſtimandam, eôquod illum ſpiritu, fide formata, charitate, gratia, reliquarumque virtutum cumulo digniſsimè conceperit.

S. Iuſtinus mart.

Cauſam autem huius prælationis in maternitate ſpirituali, ſi Theologicè inueſtigemus, ac Scholaſticè diſcutiamus, in eo prorſus

Digitized by Google

ſus ſtatuendam eſſe, exiſtimo; quia intima rationalis creaturæ perfectio, non ex diuinis dumtaxat muneribus, aut ex gratuitis donis, ſed ex proprijs quoque ipſius creaturæ actibus, meritis, ac liberis operationibus progreditur. At ſi Mariam præmeditemus carne Chriſtum concipientem, prout hoc à conceptione ſpirituali ſeiungitur, diuino tantum munere, & dono Dei perfectum fuiſſe, elucebit.

Si verò de conceptu ſpirituali per fidem, charitatem, aliaſque virtutes ſermo fiat; iam non ſolum diuino dumtaxat munere, iam non præcisè gratuitu, & diuinitùs perfuſo dono, ſed ipſius quoque Deiparæ arbitrio, meritis, ac actibus ſupremæ perfectionis eſſe abſolutum, compertum eſt.

Ita, vt ſicut corpus Marianum ad Deum concipiendum perfectiſsimum extitit, virginitate ornatum, pulchritudine conditum, alijſque gratijs perfuſum; ita animus ſanctitate integer, charitate plenus, iuſtitia promptus, omnique virtutum flore fulcitus apparuit. Accinit eleganter Damaſcenus oration. 1. de dormit. Deiparæ: *Inueniſti* (ait) *gratiam apud Deum, inuenit Maria gratiæ abyſſum, quæ duplicis virginitatis nauem incolumen ſeruauerat, animamque non minus quam corpus incolumem cuſtodierat.* Hæc Damaſcenus. Quæ ferè eadem repetit libr. 4 fidei orthodox. cap. 15. *Damaſcen*

Corroborat inſuper Auguſtinus aſſertum noſtrum. Nã plus eſt, eſſe ſimul matrem, ſororem, ſponſam, amicam, & virginem, quàm dumtaxat matrem eſſe. Sed Maria Chriſtum mente concipiens, & eſt mater, ſoror, ſponſa, amica, & virgo, &c. Et corpore generans præcisè maternitatis decus adipiſcitur. Ergo hoc alteri muneri poſponendum eſt. Quæ ratio eſt acuminis Auguſtini ad præfatum locum Lucæ. *S. Auguſt.*

Quibus nec diſsimilia habentur ex Guarrico, dum ponderat, Chriſti ad matrem verba omnem prorſus aſperitatem excludere, miraque Mariæ redolere virtutum inſignia; in quibus, ſcilicet, verbis (*Beati, qui audiunt verbum Dei, &c.*) ait, dignitatem maternam non ſpernit, nec carnalem propinquitatem abijcit, ſed ipſa honore habita, ac plurimi æſtimata, aliam, ſcilicet, ſpiritualem, longe præſtantiorem eſse, buccinat, nobiliorem que eſse, potiorem, & antiquiorem, affirmat: *Mariã* (Guarricus inſuper enucleat) *matrem ſibi Ieſus probat, quandoquidem, & ipſa voluntatẽ Patris in tantum faciebat, vt de ipſa prædiceret Pater, vocaueris voluntas mea: igitur vbi eam filius negligere videtur, ibi amplius honoraſſe inuenitur, dum ei, ſcilicet, materni nominis bonor duplicatur;* *Guarricus.*

tur, pro eo quòd eundem filium, quem aluo geſtauerat incarnatum, etiam animo geſtabat inſpiratum, &c. Quid egregius? Quibus verbis peracute probat, Mariam fœliciorem extitiſſe, eo quod Chriſtum mente per fidem, & gratiam conceperit, quàm corporaliter vtero portauerit.

AROMA III.

Omnem gloriam filiæ Regis abintus, id eſt, ex aluo venandam, Ethymon nominis Maria, Deus de conceptu, *ex Ambroſio adnotat.*

TRia à Patribus enumerari ſolent, quæ tanta ſunt, vt ne diuina quidẽ potẽtia maiora illis in ſuo quoq; genere effici poſſũt. Nẽpe vnio hypoſtatica, maternitas Virginis, & eſſencialis Beatorũ gloria ex parte obiecti; quæ in aperta ſummi boni contemplatione conſiſtit.

Vterus nãque Mariæ hoc illi donũ, & veluti infinitã ei cõparauit dignitatẽ; ex qua aliæ quã plurimæ gratiæ, excellẽtiæ, ac priuilegia ei influerũt. Hinc nãq; vterus eius, verè thalamus Dei, appellatur, cubiculũ ſpõſi cœleſtis, domus, ac per dulcis Creatoris manſio, Saluatoris tabernaculũ, cœleſtiũ gaudiorũ paradiſus, myſticarũ ſacrarius nuptiarũ, quibus vnita eſt Verbo æterno humana natura, ac alma Eccleſia ſibi deſpõſata. Vnde egregiè S. Bern. effabatur: *Iam vterum tuum tanquam ſacratiſſimũ Dei templum totus mundus veneratur, quia in eo ſalus initiata, ibi decorem indutus eſt filius Dei, & electæ Eccleſiæ formoſus in ſtola candida exultanter occurrit, deſideratum diu oraculum porrigens, & Eccleſiam ſibi deſpondens, &c.* Hoc ergo munus tanti à Patribus cõmendatũ proculdubio inter præſtantiſsima Dei corporalia dona maximũ ſibi, ac eminentiſsimum collocauit ſitum. Itaque aluus omnem prorſus Mariæ adduxit honorem, cuncta illi comparauit priuilegia, ac per ipſum certè ad cumulum omnium gratiarum cuncta eſt.

S. Bernar.

S. Lucas. Lucæ 1. à Trinitate ad Virginem Angelus mittitur, ipſam timoribus concuſſam ſic effatur: *Ne timeas Maria, inueniſti enim gratiam apud Deum, &c.* Quid mirum eſt, Mariam gratiam apud Deum inuenire? Nonne apud Deum plurimi gratiam inuenere? Nonne ab origine mundi innocẽs Abel occiditur? Nonne Enoch Deo placens transfertur? Iuſtus Noe inuenitur? Abraham fidelis probatur? Nonne Moyſes manſuetus dignoſcitur? Ieſus caſtus? Dauid lenis? Elias acceptus? Daniel ſanctus? Quare inter hos omnes

Digitized by Google

nes Mariam reperiſſe gratiam, perhibetur? Aut quæ hæc gratia, quæ à Maria inuenitur? Sanè maternitatis gratiam in medium profert Angelus, eiuſque vteri magnitudinem prædicat. Cui videtur ſuffragari Guarricus ſermon. 1. Anuntiationis, ſic fatur: *Maria ſingularem præ omnibus electis inuenit gratiam apud Deum, vt, videlicet, conciperet, & pareret filium, atque ex colore corporis eius thronum ſibi virtus Altiſsimi ſine manibus excideret glorioſum. Glorioſus prorſus ille thronus, ac mirabilis, de quo Scriptura perhibetur, quod non eſt factum tale opus in vniuerſis regnis, &c.* Quid dulcius? Quid elegantius? Hanc ergo maternitatis gratiam a...inuenit, & ſola præ omnibus inuenit, virtutum cœtu comparauit. Guarricus.

Hæc eſt illa gratia, quam Sarra non accepit, quam non ſenſit Rebecha, quam Rachel non agnouit, qua non eſt digna habita nobilis illa Anna, ne Phenena è regione poſita; nam, quæ creatura ad tam ſublime euecta eſt ſolium, vt tabernaculum omnipotentis exiſteret, & quod illo, quem cœli, & terra capere non poterant, eius ſolido, ac niueo gremio portaretur, & dulciter quieſceret?

Maria, Lucæ 1. diuina prole fœta, præpropera viſitatione in montana perrexit, ciuitatem abijt Iudà, domumque intrauit Zachariæ, & viſitauit Elizabeth. Hæc tantæ Mariæ charitati gratulabunda, ſic concinit: *Vnde hoc mihi, vt veniat Mater Domini mei ad me?* Quare ergo Eliſabeth alias Mariæ virtutes palàm non demonſtrat? Quare ſolam eius maternitatem exagerat? Verè equidem, vteri magnitudinem elucidat, quaſi ex ipſo diuinitate fœto, cunctarum donorum plenitudinem prædicet, vniuerſa chariſmatum genera pendat. Sic Sanctus Bernardinus Senenſis tomo 1. ſermon. 61. articulo 2. capitulo 6. *Anima Chriſti, (ait) & Chriſtus in quantum homo, tranſcendit omnem ordinem puræ creaturæ, ſiue creatæ naturæ. Gradus autem matris conformis eſt ipſi homini Chriſto, cuius in tantum tranſcendit omnem ordinem primæ conditionis, quod eſt omnino extra, & ſupra integritatem ordinis vniuerſi; propter non potuit ab vniuerſo capi, ſicut dignitas maternitatis Dei, ceù operis incarnationis, quod omnino aliter non potuit dari: vnde Eccleſia, ad Virginem ait, quia quem cœli capere non poterant, tuo gremio contuliſti, &c.* S. Bernard Senenſ.

Igitur huius maternitatis, atque maternæ dignitatis ordo eſt ſupra totalem integritatem primi ordinis vniuerſi, & per conſequens, ſuper totalem dignitatem, & integritatem Angelorum, atque hierarchiarum.

Digitized by Google

Ex eo enim, quòd Deus ex genere Mariæ eſt, & quòd iſta præclariſsima Virgo iure maternitatem Dei eſt adepta; hoc ipſo ſolum penè innumerabilia exprimuntur priuilegia, quod, ſcilicet, ſit vnica Spiritus ſancti ſponſa, præcipua Dei Patris adoptionis filia, triclinium, templumque omnipotentis, Trinitatis ſanctiſsimæ complementum, delitiarum hortus, voluptatis filij Dei paradiſus, præſtantiſsima omnium creaturarum Regina, gratiarũ Dei diſpẽſatrix, ac denique omnium virtutum, priuilegiorum, ac donorum apotheca.

Hæc cuncta in præfato nomine *Maria*, prout eius indicat maternitatem, reconduntur, ac mirabili ſuauitate, percipienti ſe ſe offerunt.

Occurrit in huius rei robur teſtimonium illud Lucæ 11. in quo eſt illa mulieris de turba ſucclamantis vox: *Beatus vẽter, qui te portauit, & vbera, quæ ſuxiſti, &c.* In quibus mulier illa multa complexa eſt, quæ Virginem mirabiliter beant, ac eius fœlicitatem extollunt. Sed præcipuè geſtatio, ac partus Dei præ oculis patefiunt. S. Lucas.

Cur potius ventris Mariæ, quàm aliam ſui caſtiſsimi corporis pulchritudinem extollat? Nonne oculi eius ad inſtar piſcinæ ſalutem offerentis? Nonne labia myrrham primam diſtilantia? Nonne cincinni eius ſicut elatæ palmarum, nigri quaſi coruus? Quare ergo ad Mariam extollendam dumtaxat eius commendatur venter? Sanè, quia ex ipſo cuncta Mariæ gratiarum plenitudo deriuatur, & veluti ex nitidiſsimo fonte dimanat. Qua ergo ratione vterum prædicat, vbera extollit. De cuius amplitudine accipe Epiphanium de Laudibus Deiparæ: *O vterum impollutum habentem circulum cœlorum, qui Deum incomprehenſum in te, vt comprehenſum portaſti! O vterum cœlo ampliorem, qui Deum in te nõ coarctaſti! O vterum, qui cœlum eſt, ſeptem circulis conſtans, & capacior illis exiſtis! O vterum, qui eſt octauum cœlum, ſeptem firmamentis firmiorem, & celciorem! &c.* En quomodo tota Mariana celſitudo, eiuſque veluti incomportabilis maieſtas, ac ſplẽdidiſsima magnitudo ex eius aluo, veluti ex limpidiſsimo fonte promanat. Epiphan.

Luculenter, ac dilucidè vterum Marianum illuſtrat in Speculo Doctoctor Seraphicus lect. 5. vbi ſic ait: *Conſideremus, chariſſimi, gratiæ Mariæ immenſitatem, propter quam dicta eſt plena gratia. Immenſa certè fuit gratia, qua ipſa fuit plena, immenſum enim vas non poteſt eſſe plenum, niſi immenſum ſit iſtud, quo eſt plenum: Maria autem immenſiſsimum fuit, ex quo illum, qui cœlo maior,* S. Bonauẽ.

con-

Digitized by Google

continerì potuit, &c. Hæc Doctor. Quibus verbis vterum Deiparæ ſummis extollit laudibus, ac eius magnitudinem commendat. Mitto ſimiles auctoritates, quæ, quia ſunt apud Patres valde obuiæ, fortè earum congeries faſtidium inferret.

AROMA IV. IN MORVM compoſitionem.

Perſonæ dignitatem, non ex veſtibus, ſed virtutibus æſtimandam.

CErtè à mundo hoc prorſus caliginoſo erronei æſtimatores rerum abigendi erant, qui nihil intrinſecum, nihil ſubſtantiale æſtimare ſciunt; ſed, quòd forinſecus apparet; donorum ſupellectilia, aurea indumenta, famulantium commitatus, amicorum corona. Hæc apud eos maior gloria, hæc excellentior claritudo, hæc fulgentior dignitas cenſetur. Proh dolor! Proh etiam inſani, ac cœci veræ gloriæ æſtimatores! Præclarè ad hæc excogitabat Cyrillus Alexadd. lib. 4. in Ioan. cap. 4. *A rebus etiam ipſis cognoſcere poſſumus, quam amentes, & inſani ſunt, qui exteriori habitu, non intrinſecis bonis hominem admirantur. Diuitiarum enim omnis ſplendor aduentitiam, atque caducam hominibus gloriam affert. Virtutis autem, & interioris hominis fulgor proprias, atque naturales adducit diuitias, quæ non ſolum cùm iſta carne cadere ſolēt, ſed animo inſunt, & cum ipſo euolant, quò Creator omnium conſtituit. Non ergo diuitijs claros, nec terreſtri gloria, quaſi floſculos rutilantes, ſed eos, quos ſplendore operum ad inſtinguibilem gloriā currere, cognoſcimus, in quibus interior pulchritudo omni virtutis numero lucet, honorare debemus, &c.* Sanè veri rerum ſpeculatores illum ſplendorem, qui per virtutum opera irradiat, ſpectant, animi puritatem, vitiorum frenum, charitatis introſpitiunt ardores. Et mundani, ac terreſtres viri, vbi bonorum externorum claritatem non vident, nihil dignum æſtimatione norunt. Cyril. Alex.

Hæc inſania infecti erant Iudæi, apud Lucam cap. 10. vbi atteſtatur, quòd cum mira Ieſus faceret, ipſi ſtupefacti dictitabant: *Vnde huic hæc omnia, & quæ eſt ſapientia, quæ data eſt illi? Et virtutes tales, quæ per manus eius efficiuntur? Nonne iſte eſt fabri filius, & Mariæ?* Quorum inſaniam, ac caliginoſam rei æſtimationem notabat Chryſologus, ſermon. 49. per hæc: *Non patiuntur Chriſtum virtutibus, & ſapientia Deum credi, ſed proximorum, parentum, fratrum, affinium documento hominem tantum aſſerūt, &c.* S. Lucas. Chryſolog.

&c. Sic enim de exterioribus honoribus cenſent. Sic magni terrena veſtimenta æſtimant, vt virtutibus, ac probis moribus, qui verum hominis valorem euidentiſsimè propalant, nullatenus attendant.

In Achab Rege nonne regia veſtimenta, nobilem purpuram, diadema regale adſtantium famulatum videbat Elias? cur ergo tã regiam dignitatem cõtemnebat Propheta? Cur diadema ſpernit regale? Cur ipſam perſonæ dignitatem amicus Dei non veretur? Sanè cum videret eum intus vitijs graueolentem, prauis fœdatũ moribus, nihil in ipſo veneratione dignum cenſet, ſed ad ipſum quaſi vili, ſordidoque panno indutum, ſic effabatur, 3 Regum 18.
3. Reg. 18. *Non ego turbaui Iſrael, ſed tu, & domus patris tui, &c.* Quod eleganter diſcutiẽs D. Chryſoſtomus hom. ad populum 8. ſic aiebat:
Chryſoſt. *Non ſpectabat diadema, & exteriorem regis apparientiam, ſed animam ſordibus indutam, ſqualentem, ſordidam, & ipſum intuitus captiuum eſſe, & vitiorum ſeruum, ipſius principatum contempſit, etenim tanquam in ſcena, ſed non in veritate regem ſibi cernere videbatur, &c.* Purpuram ſpernit Propheta, regalia contemnit indumenta, ſupernam abijcit dignitatem, quidquid exteriorem redolet ornatum deſpicit; & ſolum animæ attendens ornamentis, cùm ea viliſsima introſpiceret, & ſtercora reputat regalia, mundialeſque honores, vt nihil Dei aſſecla pendet.

Recole Apocalip. 3. cap. myſterijs plenum, Quo ſic habetur:
Apocalipſ. Angelo Eccleſiæ Sardis ſcribe: *Hæc dicit, qui habet ſeptem ſpiritus Dei, & ſeptem ſtellas, ſcio opera tua, quia nomen habes, quod viuas, & mortuus es, &c.* Et poſt nonnulla annectit: *Sed, & habes pauca nomina in Sardis, quæ non inquinauerunt veſtimenta ſua, & ambulabunt mecum in albis, quia digni ſunt, &c.* Videas in illo loco Epiſcopum dignitatis ſplendore præexcelſum, & alios paucos Chriſtianos, qui apud homines, vt nihil æſtimabãtur; ex his enim, quis apud Deum dignitate fulgentior apparebat? Fortè Epiſcopus infulis ſplendidiſsimis ornatus? Apage. Sanè Pontifex, vijs ſuis adeò nigricabat, vt veſtimenta eius candidata non apparerent. Pauci verò Chriſtiani Deo noti, & familiares virtutibus fulgebant, vt cùm Rege Chriſto in albis deambulare, viderentur.

Hinc fortè monebat Iacobus in ſua Canonica cap. 2. *Si in-*
S. Iacobus. *troierit in conuẽtum veſtrum vir aureum annullum habens in veſte candida, introierit autem, & pauper in ſordido habitu, & intendatis in eum, qui indutus eſt veſte præclara, & dixeritis ei: Tu ſede hic benè: pauperi autem dicatis: Tu ſta illic, aut ſede ſub ſcabello pedum*

Digitized by Google

pedum meorum; nonne iudicatis apud vos metipſos: & facti eſtis iudices cogitationum iniquarum? &c. Torua cenſetur cogitatio, inſanum deputatur iudicium, quod de veſtimentis dicitur externis, vt de hominibus æſtimationem faciat.

O quam mendaces ſunt filij hominum in ſtateris! Nõ enim faſcinorum præclarorum opera pendent, pretioſam autem veſtem, domus tumultum, famulorum commitatum ſpectant, vt ſic qualitatem iudicent perſonarum; falluntur, ac turpiter à via veritatis aberrant, cum perſonæ dignitas non ex veſtibus, ſed ex virtutibus ſit venanda.

De Iob illo virtutum exemplari, patientiæ prototypo, ſic habetur, cap. 1. ſuæ hiſtoriæ: *Erat vir ille magnus inter omnes Orientales, &c.* Cathena Græca tranſtulit: *Erat homo ille nobilis inter Orientales.* Apud Originem lib. 1. in Iob habetur: *Fuit hic homo de genere optimo ex partibus Orientis.* Quis non miretur, vt hominis in ſtercore volutantis, ſita nobilitas commendetur? Nonne nudus ab ipſo prædicatur, pellique ſuæ os eius præ ſame adhærens? Haud dubium. Quæ autem hæc nobilitas, quæ inter tam notiſsimam commendatur paupertatem? Egregie ſatisfacit Origenes, dicens: *Meritò de genere optimo dicitur Iob, non ex Eſau, neque ex poſteritate Edom, ſed de genere optimo dicitur, ex ſanctitate, & iuſtitia, ex pietate, ex fide, ex miſericordia, ex Dei cultura, ex verò animo, ex corde puro, ex bonis cogitationibus. Ex iſtis ergo omnibus benè natus, dicitur Iob, ex iſtis omnibus generoſior eſſe reputatur, quaſi in Dei familiaritate, quaſi in Dei clientela, tanquam qui Deo fuerit affinis propter animam veram, & fidem, atque iuſtitiam integram. Benè natum eum reddunt non terreni patres, neque aui carnales, ſed opera veritatis, atque officium ſanctitatis, &c.* Quid amplius excogitari valet pro noſtra inſtructione?

(. ? .)

Iob. *Cathe. Græca.* *Origenes.*

ARO-

AROMA V.

Tam ſtricto vinculo, Deus ex genere Mariæ *exiſtit, vt non tam ſimiles, quàm vnum perſpicatiori oculo appareant.*

Malach. MAlachiæ 1. Dominus de ſe effatur: *Magnum nomen meum in gentibus, &c.* Quæ magnitudo nominis non ſolum Dei Optimi Maximi attributum eſt, ſed etiam nominis Mariæ, ita, vt vtrumque nomen conſimili gaudeant dignitate, & affini condecorentur honore. Sic annuit Antoninus 4. par. tit. 15. cap. 23. *Triplici autem modo dicitur magnum,* nomen Maria, *magnum, ideſt, pretioſum, magnum quaſi virtuoſum, magnum, ideſt famoſum. Magnum pretioſum, quia incommunicatum mira includens, ſicut nomẽ Adonai non indicatum patribus, vel nomen Tetagramaton immenſa Sacramenta, & diuinas perfectiones includens. Hoc modo dicitur magnum nomen Mariæ, &c.* Hæc Doctor. Ex quo patet inter Dei, & Mariæ nomen elegans, perpulchra, ac myſterioſa proportio, & quod vtrumque ferè eiſdem congaudeat priuilegijs.

S. Antonin.

Hæc ergo Mariani nominis interpretatio non ſolum maternitatis dignitatem extollit, verum vtriuſque ſimilitudinem, aut potius vnitatem oſtentat. Quare non ſolum Deus ex genere exiſtit Mariæ, conceptu materno, quia ex eius vtero virgineo, ac agro fertiliſsimo, vt flos puriſsimus proceſsit; ſed etiam ex genere illius Chriſtum eſſe, exiſtimo propter filij cum parente conformitatem, & ſimilitudinem (aut ſi fas eſt dicere) vnitatem, aut identitatem omnimodam.

Hoc indicat nomen *Maria*, iuxta Ambroſij interpretationem, vt nullum ex Mariæ priuilegijs in eius non recondatur nomine, neque gratia aliqua reperiri valeat, quæ ipſius vocabuli viſcera fugiat. Tanta ergo inter vtriuſque Ieſu, & Mariæ nomen ſimilitudo, ac propinquitas intereſt, vt penè eiſdem gaudeant attributis.

Canticorũ Canticorum 4. Sponſus ad Amaſsiam ſic alloquitur: *Hortus concluſus, Soror mea Sponſa, hortus concluſus, Fons ſignatus &c.* Mitto plurimas huius loci lucubrationes, quæ apud Giſlerium videri queunt. Quis iſte Fons ſignatus? Egregie Nazianzenus orat. ad Nyſſen. *Per hortum concluſum, fidelem quemque ſilentio praditum auſpicatur.* Idem in oratione in laudib. Cypriani: *Quamlibet Virginem deſignat.* Hieronymus epiſt. 22. ad Euſtochium ad clau-

S. Greg. Nazianz.

S. Hieron.

lu-

ſuam Virginum adaptat: *Rurſus* (ait) *à ſponſo hortus conclusus, fons ſignatus. Caue ne domum exeas, & velis videre filias alienæ Regionis, quamuis fratres habeas Patriarchas, & Iſrael parente læteris.* Hæc Hieronymus. D. Gregorius, Philo Carpatius, & alij præfatum locum ad Eccleſiam flectunt, quatenus circuitu charitatis vallata, & populos multos in fide pignit, pulcherrimoſque fructus, ac flores emittit.

Luculenter, ac eleganter Arnoldus lib. de laudibus Virgin. per ſignaturam huius fontis imaginem Dei in Maria preſſam declarat; & ſic idem eſſe aſſerit, *fontem ſignatam*, ac Mariam, magnam filij ſui imaginem præſeferre: *Vna eſt Mariæ* (ait) *ac Chriſti caro, vnus ſpiritus, vna charitas, vnitas diuiſionem non recipit, nec ſecatur in partes, & ex duobus factum eſt vnum, illud tamen vltra ſcindi non poteſt. Et filij gloriam cùm matre non tam dico communem, quàm eandem, &c.* Signauit Deus fontem iſtum, & ſicut in ſigno, & ſigillo quiſque ſuam collocat honoris oſtenſionem, dignitatis imaginem: in Deipara Chriſtus ſuæ magnitudinis ſimilitudinem expreſſit, ita, vt Deipara viſa, quaſi Deus videatur inſpectus, & Deum intuendo, quaſi Virginem aſpicere æſtimatur. *Arnoldus.*

Expreſſiùs Athanaſ. Synaita Anagog. quæſtio. libr. 6. *Quis mihi* (ait) *Dei, quæſo, aut ex hominibus, aut ex dæmonibus audebit dicere, quod ea, quæ eſt eiuſdem ſimul cùm Deo eſſe, quod ad carnem attinet, non ſit ad imaginem, & ſimilitudinem eius, qui eſt ex ipſa natus? Quomodo eſt enim mater eiuſmodi filij, non ferens in ſe illeſam fœtus ſui imaginem?* Hæc Athanaſius. *S. Athan. Sinait.*

Quod idem argumentum inſequitur D. Auguſtinus homil. 4. *Si igitur natura matris* (ait) *eſt filius, conueniens eſt, vt, & filij, mater, non quantum pertinet ad æquam adminiſtrationem, ſed quantũ pertinet ad eandem reciprocam ſubſtantiam, vt homo de homine, caro de carne, mater à filio, & filius à matre: non ad vnitatem perſonæ, ſed ad vnitatem corporalis naturæ, & ſubſtantiæ. Si enim vnitatem poteſt facere gratia, ſine proprietate ſpecialis naturæ, quanto magis vbi gratiæ vnitas, & corporis ſpecialis natiuitas?* Et infra ſubnectit: *Hæc quippe gratiæ vnitas, quæ à Chriſto in Chriſtum credentibus ſeruatur, ſi Mariæ, etiam minus ſapientum exiſtimatione non tollitur, quanto magis cum gratiæ vnitate ipſa ſpecialitas naturæ vnum efficit, matrem, ac filium, & filium, ac matrem, &c.*

Elegans ſanè, ac efficax eſt Auguſtini argumentum: *Gratia* (ait) *ſimiles Deo fideles conſtituit, ita, vt Chriſtus dicat, quòd vbi ipſe eſt, ibi, & miniſter eius erit. Quid ergo de Maria, & Chriſto* *Auguſtin.*

dicen-

Digitized by Google

dicendum; quando inter vtrumque, præter illam generalem vnionē ex gratia ortam, aliam tam omnimodam reperierunt ſancti, ac eru ditiſsimis firmarunt emolumentis?

In præſententiarū quæſtionē euoluere lubet, quæ à Doctoribus pijs lepide, ac ſpecioſè proponi ſolet. Quæritur enim cur in cęlos Domino aſcendēte, mater eius, quæ tanto eū amplectebatur affectu, non ſtatim ſecuta eſt. Mirum valde videtur, quare mater cùm filio non ſtatim ad æthera peruehatur? Nam ſi ingens meritorum cumulus iam iam adimpletus eſt, vt quid Maria, vel ad momentum tardata, aut paſſa nati diuortium? Vt quid feruentius igne tā ſanctum eius deſiderium dilatum eſt?

Prima ratio. Differtur ſcandentis Mariæ in cœlos triumphus, vt Deipara pro Chriſto Eccleſiæ magiſterio potiretur, ac diuinæ ſapientiæ vices, & munia gerenda traderet, cunctoſque renaſcentis Eccleſiæ myſterijs imbueret. Sic Rupertus ad 1. Canticorum: *Horum (ait) diſcernendorum vtique magiſtram te eſſe oportebat, ò Beata Maria, & Magiſtra Magiſtrorum, ideſt, Apoſtolorum, iuxta illud: fons hortorum, puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano, &c.* Differatur ergo Mariæ in cœlos felix aſcenſio, vt pro Chriſto magiſterium accipiat, illique fideles, vt diſcipuli ſubſterpantur,

Rupertus.

2. Alij dicunt dilationem fuiſſe Mariæ ob ſolamen in terra degentium; ne tanto bono orbati, ſcilicet, Chriſti, & Mariæ præſentia: debilia, ac infirma deficerent corda, ac penitus corruerent. Sic excogitauit Amadæus: *Mira denique pietate (ait) primitiuæ Eccleſiæ prouiſum eſt, vt, quæ Deum in carne hac præſententem iam minimè cerneret, matrem eius viſu iucundiſsimo recreata videret.* Hæc Amadæus. Et quid præſtantius, aut iucundius quam Mariam in ſolamen ſibi recipere?

S. Amad.

Tertia ratio. Dilationem voluit, vt eius merita cumularet, locupletiſsimiſque augeret incrementis. Excogitauit etiā Amadæus: *Decebat enim (ait) dilatari, & in infimis eſſe, vt, & ſuperna plenitudine ſancta penetraret, tranſlata, ſicut de virtute in virtutem, ſic à claritate in claritatem, &c.* Hæc Amadæus.

S. Amad.

Quarta ratio. Vt Chriſtus Dominus in cœlis triumphali cōſtitutus throno matri fœliciſsimum pararet ingreſſum, eamq; ampliori pompa (qua Chriſtus ipſe aſſumptus eſt) in æthereis occurreret. Lucuientiſsimo ſermone id ponderat, S. Petrus Damian. ſermon. Aſſumption. *Attolle iam oculos ad aſſumptionem Virginis, & ſalua filij maieſtate, inuenies occurſum Virginis, non mediocriter meliorem, quam ſit in Chriſti aſſumptione. Soli quippe Angeli redēptori*

S. Pet. Da.

Digitized by Google

tori noſtro occurrere potuerunt, matri verò cœlorum palatia penetranti filius cum tota curia tam Angelorum, quàm iuſtorum ſolemniter occurrens, euexit ad beatæ conſiſtoriũ ſeſsionis, &c. Quid pulchrius? Quid ſubtilius? Maior gloria, fulgentior receptio ex pluriũ recipientiũ numero coaleſcit. Chriſti receptio in gloria ab Angelis tãtũmodo facta eſt, at Mariȩ non ſolum Angelorum cuneus, verum, & Chriſtus fulgenti pompa circundatus, totaque cœleſtis curia incomparabili ſplendore occurrerunt. Sic Guarric. Abbas videtur ſubſcribere Chriſtum effantem ita inducens: *Vt Patrem honorarem, in terram deſcendi, nihilominus, vt Matrem honorarem, in cœlum reaſcendi; Aſcendi, & præparaui ei locum, thronum gloriæ, vt à dextris Regis Regina coronata conſideat, in veſtitu deaurato circundata varietate, &c.* Guarricus.

Alij autumnant Chriſtum Mariæ in cœlum aſcenſionem diſtuliſſe, vt de ea aliquid ſublimius, quàm de ſua conciperetur: quæ enim celſiora ſunt, longius ſubtrahuntur, vt acriori flamma ad ea inardeſcat animus. Eodem prorſus modo cœlicolis Mariæ faciem Deus prætermiſsit, vt eorum deſideria retardatio amplius inflammaret. Eleganter Ildefonſus: *Nec diu hæc ſacroſanctiſsima Virgo poſt Domini aſcenſionem in terris potuit remanere, quàm deſiderabant Angeli, cœlum etiam, & ipſum de eius aſcenſione quærebatur, atque ideò Spiritus ſanctus inuitabat, dicens: Veni columba mea, immaculata mea, veni de Libano Sponſa mea, veni de Libano, &c.* Ildefonſ.

Sexta, & vltima ratio (miſsis alijs, quæ à Doctoribus paſsim circunferuntur) ad noſtrum redolet inſtitutum. Aſſerunt nonnulli dilationem aſcenſionis Mariæ fuiſſe; ne Angeli dubij inhæſitationem deuenirent, cui prius filio, & matri obſequia ſubmitterent. Chriſtus enim, & Maria adeò ſimiles ſunt, tamque æquam præſeferunt maieſtatem, paribuſque diuinitatis notis prælulgent, vt ſi cœleſtia ſimul adirent, cœlicolæ cohortes occurrentes obuiamque illis æthera tranantibus obuenientes, ambiguæ ſiſterent, cui priores libarent venerationes: quare diuino conſilio ſancitum eſt, vt Filij, & Matris pompæ ſeorſim præpararentur, ne agmina illa Beatorum in illo tam celebri, ac præſtantiſsimo triumpho Mariæ aliquali angerentur confuſione. Præclarè rem abſoluit Anſelmus de Excellent. Virgin. qui quæſtionem præhabitam ſic diſcutit: *Fortaſſe* (ait) *Domine, ne tuæ cœleſti curiæ veniret in dubium, cui potius occurreret, tibi, videlicet, Domido Ieſu, an ipſi Dominæ ſuæ.* Ac ſi diceret, tanto honoris faſtigio in æthera filius matrem voluit efferri, tam Anſelmus.

Digitized by Google

inſignibus diuinitatis amictam, tam ſimilem ,tamque ſplendoribus comparem,tamque ſibi quoadmodo exequatam , tam æqualem in radiorum fulgentium coruſco;vt ſi mater, & filius ſimul in cœlum abolarent, ſuperni ciues veluti dubio penderent,incertiſque veſtigijs conſiſterent, cui ibi conſecrarent gaudia,ac priores celebritates offerrent. Ex quibus iam indubiè conſtat,quam exactè iuxta Ambroſij interpretationem , *Deum ex genere Mariæ,* illique ſimilimum eſſe,appareat.

Apud Matthæum 1.cap.Cum Ioſeph Mariæ puriſsimus ſpōſus , tumentem eius inſpiceret vterum, ſuos dumtaxat intra ſe æſtus vir modeſtiſsimus præmens,tantis vallatus anguſtijs; *cum eſſet iuſtus, & nollet eā traducere,voluit occultè dimittere eā* Quid eſt, quod Ioſeph Mariam ſanctam, pudicamque agnoſcens , eam repellere,ac dimittere meditatur? Miſsis alijs opinionibus S. Bernardus exiſtimat eam Ioſephum voluiſſe dimittere propter incomportabiles Virginis ſplendores ex eius oculis egredientes, quos ſufferre non valens,ſuamque humilitatem agnoſcens,Virginem dimittere conatus eſt. Cuius opinionis antea extitit Origenes.Sed Bernardi verba: *Propter hoc*(ait) *Ioſeph voluit dimittere*

Origen.
S.Bernar.

Mariam,propter quod, & Petrus Dominum à ſe repellebat dicens: exi à me Domine,quia homo peccator ſum. Propterquod , & Centurio à domo ſua eum prohibebat,cum diceret : Domine non ſum dignus,vt intres ſub tectum meum. Ita ergo Ioſeph indignum , & peccatorem ſe reputans,dicebat intra ſe:à tali , & à tanta non debere ſibi vltra præſtare contubernium,cuius ſupra ſe mirabilem expaueſcebat dignitatem,&c. Hæc S.Bernardus. Perculſus aliquando Petrus radiorum diuini Magiſtri fulgoribus obſtupefactus, ipſum ad pedes obvolutum ſuſpiciens,exclamat: *Exi à me Domine.* Inſuper,& Centurio ferè eadem,ac Petrus petit,quia ambo propter excelſam Deitatis maieſtatem ad Chriſtum accedere, ipſumque tangere non ſunt auſi. Sic Ioſeph Marianam faciem radiorum luce fulgentem adinſtar Dei, eam occultè dimittere, volebat,quaſi incōportabiles radiorum micatus ſufferre,non valens.

Huc inſuper ſpectat,quod de eodem Ioſepho Matth. 1. atteſ-

S.Hilar.

tatur: *Et non cognoſcebat eam,donec peperit filium ſuum primogenitum.* Quæ oculorum mentis lippitudo Ioſeph,quominus Virginem aſpiceret, & viſione agnoſceret,prohibebat? Quid,Deipara Maria,oculis tuis ineſt , quòd lumina præclara Ioſephi offuſcet? Præclarè Hilarius inibi: *Et nō*(ait)*cognoſcebat eā, donec peperit, Dominū gloria habens in vtero,quomodo cognoſceretur? Si Moyſis cū Deo colloquentis glorificata eſt facies, vt non poſſent in eū intēde*

re

reſi'ÿ Iſrael, quãto magis Maria cognoſcı, vel intueri non poterat, quæ Dominũ potentiæ in vtero, &c. Tantũ Sol fulgentiſsimus iuſtitiæ in huius ſtellæ vultũ ſplendorẽ reuerberabat, vt Ioſeph glorioſam ſponſam, nedum agnoſcere impediret. Ferè eadem repetiuntur in S. Chryſoſt apud D. Tho. 3 p. q. 28. ar 3. ad 3.

Hic accipe ſapientiſsimũ Idiotam, hanc ſolio ſimilitudinẽ ſequentem, alegantèr illuſtrantẽ, de laudi. Virg. c. 1 *Virgo ſua pulchritudine, & dignitate omnem pulchritudinẽ mundi vincit, Solẽ, Lunã, Stellas ſplendore lucis excedit. Neque enim Sol perpetuò nobis ſplendet, cũ cõtraria viciſsitudine nox Diei ſuccedat; nec ſemper Luna orbẽ illuſtrat, cũ cœlorũ conuerſione, noctu hic mundus certo tẽporis ſpatio tenebris obo'uatur. Maria verò, & Sole, & Luna, & aſtris illuſtrior ſuo lumine, nulla ſui cõmutatione, aut viciſsitudine cõplet, ac ambit omnia, flãmis luſtrat, luce veſtit, neque enim illi ſuccedit nox* Hæc doctus Idiota. Cedant aſtra nitida fulgoribus Marianis, cedat Luna, lux fulgentiſsima diei verecũda nõ compareat, cõfuſa occultetur, ſuperata fugiat, quia Maria omnes radios ſuperans, omnes fulgores euincens, cũctis mortalũ intuitibus incomportabilis apparet, inuiſibilis oſtenditur. S. *Idiota.*

Quare ob hanc cauſam non abſre Maria Deificata nuncupatur: *Nũqnid* (inquit S. Petr. Damian ſerm in Natiuit. Deip.) *quia ita Deificata, ideo noſtræ humilitatis oblita eſt? Profectò vbiq; Patres ſpeculantes, quomodo caro Saluatoris noſtri ex Virginis carne ſancti Spirit⁹ virtute formata, illiuſque lacte deinceps vbere de cœlo pleno aucta, continua caloris naturalis actione nequaquã effluxerit, ſed eadem ſemper in Chriſto manſerit.* Perdulciſsimũ eſt, quam frequenter præfatam inter vtrumque fateantur vnitatem, ac identitatem admirabilem pendant ſancti. S. *Pe. Da.*

E quibus meliſluus Bernard, egregius Abbas homil. 3 ſuper Miſſus eſt, ait: *ſpecialıter Deus cũ Maria eſt, cũ qua vtique tanta ei conceſsio fuit, illius non ſolũ voluntatem, ſed etiã carnẽ ſibi cõiungeret, ac ſi de ſua, Virginiſque ſubſtantia vnũ Chriſtũ efficeret, vel potius vnus Chriſtus fieret, qui etſi non totus de Deo, nec totus de Virgine, totus tamen Dei, & totus Virginis eſſet, nec duo filij, ſed vnus vtriuſque filius, &c.* Doctoris verba preme, ex quibus dilucidè conſpicies, quãta matris cũ Chriſto identitas interſit, & quo abſolutiſsimo nectantur vinculo. D. *Bernar.*

Quare meritô S. Leo Papa epiſt. 13. ad Pulcheriam Auguſtam, Deum matri conſubſtantialem nuncupat: *Conſubſtantiali Patri* (ait) *conſubſtantialis eſſe dignatur, & matri, quippe, quod vna ſit vtriuſque ſubſtãtia.* Hæc Leo: *Vna eſt* (inquit Arnol. tract. de laud. *Leo Papa.* *Arnold.*

 Deip.)

Delp.) *Mariæ,& Criſto caro.* Quod anteà memoriæ prodiderat vigilantiſsimus Paſtor Aug. ſerm. Aſſumpt. c. 5. to. 5. per hæc: *Caro Ieſu caro eſt Mariæ, & multo ſpecialius quã Ioſeph & Iudæ, cæterorũq; fratrũ eius, quibus dicebat; frater enim, & caro noſtra eſt. Caro enim Chriſti quãuis gloria reſurrectionis fuerit magnificata, & potenter ſuper omnes cœlos aſcenſione glorificata, eadẽ tamẽ carnis manſit, & manet natura, quæ ſuſcepta eſt Mariæ, &c.*

S. Auguſt.

His ergo dictis, vt vnde deflexit, eo reflectatur oratio; *ideò Deus ex genere factus eſt Mariæ*, quia non ſolum ex ea natus eſt, ſed inſuper, quia ſimilis ei fieri voluit, & non quãcũque ſimilitudinem inter vtrũque ineſſe optauit, ſed abſolutã vnionẽ, ſtrictiſsimũ nexũ, ſeu quod altius eſt, indeſolubilem vnitatem: taliter, quod ſicut ipſe Deus creaturarũ oculis inconſpicabilis propter fulgores cauſantes exiſtit; ſic Mariæ facies, ac pulcherrimus aſpectus, adinſtar Deificus, ita omnibus inuiſibilis eſt effectus, vt abſque læſione conſpici, prorſus impoſsibile ſit.

S. Lucas.

Huc proculdubio attinet illa Eliſabet apud Lucã c. 1. gratulanda reſalutatio: etenim Maria iam diuino ſpiramine fœcundata verbo, in montana cũ feſtinatione Eliſabeth viſendã perrexit; demũ Zachariæ ingreſſa domũ, illi ſic Eliſabeth exultans regratiatur. *Vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me!*

Cluniacen.

Hanc ſalutationem doctiſsimus Abbas Cluniac. ſer. 4. Viſit. præmens, ſic rogat: *Quæritur, ſi ita eſt, quod cognouit Eliſabeth aduenìſſe Dñm Saluatorẽ, quare potiꝰ dixit, vnde hoc mihi, vt veniat mater Dñi mei ad me, quã vnde hoc mihi vt veniat Dñs meus ad me? Nõne Dñs maior erat matre? Immo mater magna erat, niſi propter Dñm magnũ. Plus igitur, admirari debuit aduentũ filij, quàm aduentũ matris.* Audiſti præclarũ dubiũ à Cluniacenſe excitatum; modo eius accipe diſcuſionẽ: *Quia filius* (ait) *quandiu eſt in aluo matris, vt dicit Philoſophus 5. Meth. eſt vnum per adnaſcentiã cũ matre, ſicut fructus cum arbore; immo dicunt Philoſophi, quòd quãdiu eſt in aluo matris viuit vita ſenſitiua matris, inde eſt, quod nec egerit in ventre, nec in toto digerit, ſed alitur alimentis matris; & quia tunc erat Dominus ſimiliter in vtero matris, ideo tunc erat vnũ cũ ea, propterquod non dirigit ſermonem Eliſabeth niſi ad vnũ illud vas, ſcilicet, portans pretioſum Deitatis theſaurum.* Hæc Abbas. Filius enim in ventre matris, non condiſtinguitur ab ea, ſed ex vtroque vnum coaleſcit, cum tunc, & cibo alatur matris, potu eius leniatur, cunctoque indiuidualiter materno fruatur ſuſtentaculo, cuius vita viuit, cuius ſenſu ſentit, cuius ſpiramine ſpirat.

Qua-

Digitized by Google

Quapropter Angelicus Præceptor, 1. p. de cuſtodia Angelorum. Vnũ, eũdemque Angelum vtrumque, filiũ, & matrẽ cuſtodire exiſtimat, donec filius è ventre procedat. Inſuper Suar. 3. p. 3. to. de Baptiſ. cenſet, quod ſi mater prægnans martyrio coronaretur, infans vi ipſius materni Martyrij laureola ſimiliter redimitus, exiſteret. Et in Iure leg. 1. §. *De ventre in poſſeſsione mittendo*, ſancitur, *quòd mater grauida eat in filij hæreditatem, eãque poſsideat; & generaliter* (ait text.) *quibus caſibus adiungitur natus, mittẽdus eſt venter in poſſeſsionẽ.* Ex quibus mirabiliter deducitur, Deiparam Mariam ratione maternitatis, ſummo iure, quandam veluti vnionem, & abſolutiſsimam cum nato prætuliſſe ſimilitudinem. Ita, vt Deus, & Maria, non tam duo ſimiles, duo conformes, quã vnum poſsibili vnitate conſtituantur.

D. Thomas. *Suarez.*

Et ideò illa Sapientiæ verba cap. 7. *Candor eſt lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula Dei maieſtatis, & imago bonitatis illius.* Cõcinne Virgini adaptãtur, quatenus vniuerſus diuinæ lucis fulgor in ea (quantũ fas eſt, creaturæque decens erat) mirabiliter coruſcauit; & ideò S. Bernard. Senenſ. ſine aliquo ſcrupulo atteſtatus eſt: *Chriſtus Beatæ Virgini ſimillimus fuit, quia totus de ſubſtantia matris genitus eſt, &c.* Hæc Bernardin.

Sapientiæ. *S. Bernar. Senenſ.*

AROMA VI. MORALITATIS.

Corpus ne Chriſti Domini ex genere ſit Mariæ, quia ex puriſsimis illius ſanguinibus, an eius ſemine ſit elaboratum. Vbi de puritate ad Euchariſtiam accedentium.

CHriſtum Dominum ex ſubſtantia Virginis fuiſſe cõceptum, fides aſtruit Catholica, cùm hoc ad veram Mariæ maternitatem neceſſum fuerit. Huiuſmodi conceptionem Chriſti fuiſſe in vtero virgineo, & in loco fœminei corporis ad concipiendum fœtum à natura deſtinato, veritas exiſtit indubita: Et Caietanus conuincit 3 p. q. 31. art. 5. contra aliquos pietate rudi eam in corde fuiſſe, machinantes. Quod demonſtrat Lucas cap. 1. *Ecce concipies in vtero, &c.* Et capit. 2. *Cùm Maria deſponſata ſibi vxore prægnante.* Nonne prægnantis vterus grauidus eſt?

Caietan. *S. Lucas.*

Difficultas eſt, an ex ſemine, an ſanguine Virginis talis efformatio fuerit facta? Richardus in 3. diſt. 4. ar. 2. q. 1. Et Mantuanus de Concept. Chriſti. Roiardus Minorita, ſerm. Anunt. abſque formidine concedunt ex ſemine,

Richardus *Mantuan.* *Roiard.*

Digitized by Google

Sit concluſio, ſi loquamur de ſemine ſtrictè, prout dicit qualitatem diſtinctam à puro ſanguine, durũ eſt aſſerere, ex ipſo corpus Chriſti fuiſſe elaboratum.

Ariſtot. Patet hæc concluſio in primis Phiſicẽ. Quia Ariſtot. lib 15. de animalibus indubitanter profitetur fœmineum ſemen nō eſſe fœtus materiam, & quod quædam fœminæ excluſa omni prorſus ſeminatione concipiunt, iam ergo ſemen huiuſmodi non eſt neceſſarium, neque in quauis generatione collocandum.

Rurſus eam fatetur veritatem, 1. de genere animali. c. 20. & lib. 2 cap. 4 in vniuerſum negans fœminam ſemẽ emittere, aut ex illo efformari fœtum. Quod etſi creditu difficile propter experimenta à Medicis adhibita, tamen non eſſe muliebre ſemen ſimpliciter neceſſarium perſpicuè infertur; præcipuè in Deipara, in qua ſicut Spiritus ſanctus ſuppleuit id, quod fuit virilis ſeminis, ita etiam formauit quidquid ex fœmineo ſemine confici potuit,

Caietanus. dato quod tale ſemen neceſſarium foret. De quo Caietanus 2. 2. quæſt. 159. art. 12 diffusè & ſpecialiter roboratur in Virgine, quia ſemen in fœminis non emittitur ſine quadam venerea delectatione naturali inſeparabiliter concomitante, quemadmodum ſperma in viris. At in conceptione Chriſti hæc repugnat omnimodæ integritati virgineæ, ergo non fuit ex ſemine.

Et licet potuerit Deus ab illa ſeminis emiſsione delectationem naturalem expellere, ita, vt ſine pruritu, & voluptate fieret, hoc eſſet miraculum, quod ſuperaddere, quid neceſſe?

D. Thomas Huic rationi ſubſcribit D. Thom. 3 part. quæſt. 31. art. 5. ad 3. de ſemine loquens. *Et ideò* (ait) *in conceptione corporis Chriſti non fuit* (*intellige ſemen*) *præſertim, quia licet ſit imperfectum in genere ſeminis, tamen cum quadam concupiſcentia reſoluitur, ſicut ſemen maris, in illo autem conceptu virginali concupiſcentia locũ habere non potuit. Et ideo Damaſcenus dicit, quòd corpus Chriſti, non ſeminaliter conceptum eſt.* Hæc D. Thom. Quæ eadem repetit in calce corporis.

Beda. Nec omittam Venerabilis Bedæ argumentum lib. 4. in Lucam, cap. 49. Quod tanti aduerſarij fecerunt; nam ibi ſolum contendit, Chriſtum conceptum eſſe de ſubſtantia Virginis, & hanc materiam appellat ſementinam, quod ex antecedentibus & ſubſequentibus verbis euidenter apparet, & Bedam non intelligere ſemen propriè dictum, ſed ſanguinem.

Suppoſito autem, quod non ex ſemine, ſed ex puriſsimo Mariæ ſanguine, diuino ſpiramine afflante, corpus Domini elaboratum ſit. Vlterius diſcutiendum do, an ex ſanguine menſtruo,

an

Digitized by Google

an alio puro efformatum exiſtit?

Abulenſis ad Matthæi 1. cap. quæſt. 52. & Leuitic. capit. 12. quæſt. 5. tenet: *Ex menſtruo ſanguine.* Suarez ad 3 p. D. Thom. q. 32. ſect. 1. exiſtimat quæſtionem eſse de nomine. Cæterum quæſtio de re eſt, quam D. Thom. art. 5. præfatæ quæſt. 31. dirimit: nam duplex in muliere ſanguis agnoſcitur, alter menſtruus, ideſt, qui ſingulis menſibus, vt corruptus, & ſuperfluus à muliere expellitur, ſicut aliæ ſuperfluitates, quas reijcit natura, quibus non indiget. Ex tali autem ſanguine corruptionem habente, & ab ipſa natura abiecto, non efformatur conceptus, & à fortiori neque corpus Chriſti ſpecioſum præ filijs hominum. *Abulen.* *Suarez.* *D. Thomas*

Eſt enim alter ſanguis perfectus, digeſtione quadam, ad conceptum præparatus, alijs ſanguinibus purior. hic ergo ſanguis opere diuini Spiritus in vtero Virginis adunatus eſt, & in prolem formatus. Quare quando omnium ſanctorum Patrum cōcors ſententia corpus Chriſti è ſanguine efformatum dictitat, ex puriſsimo, & non ex menſtruo intelligenda eſt.

Roganti, autem cur ſubiacebit cenſuræ opinio ſentiens corpus Chriſti ex ſemine fuiſse elaboratum?

Suarez loco citato aſserit incertam eſse; neque frequenter in ore verſari iam iuxta Seraphici Doctoris placitum. *Suarez.*

Medina 3. p. q. 31. art. 5. eam periculoſam, & temerariam iudicat, immò ait, videtur iam eſse diffinitum, corpus Chriſti ex puriſsimis ſanguinibus Virginis formatum eſse: Nam 6. Synodo actione 11. traditur, ex inuiolabili, & virgineo ſanguine ſanctæ, atque immaculatæ Virginis Mariæ Verbum Dei factum eſse carnem. *Medin.*

Inſuper præfata opinio rectæ Philoſoph. aduerſatur, quia lib. 1. de generе animal. cap. 18. & 19 tom. 4 materiam prolis non ſemen, ſed ſanguinem eſse, ingenuè profitetur. *Philoſoph.*

Alia etiam ratione aſsertū noſtrum communire poſsumus, & ex ſanguine, non ſemine corpus Chriſti Domini fuiſse elaboratum; nempe, quia caro ſanguinea, quam ex Maria Verbum diuinum accepit, ſemper in Chriſto Domino erat conſeruanda, ac in admirabili Euchariſtiæ Sacramento reponenda, hominibuſque in cibum ſalutiferum, pro ipſorum ſalute, propinanda. Tanti à Deo Maria eſt ſtimata, adeoque nimia dilectione proſequuta, vt illa portio carne virginalis vteri, alacriter aſsumpta, ſtudioſè retenta, ſub ſpeciebus panis ſacramentaliter fuerit recondita; vt Maria, & in hoc admirabili Sacramento ad homines ſpiritualiter iuuandos concurreret, & nulla via ſalus humanæ naturæ adue-

niret,

Digitized by Google

niret, niſi Mariæ interuentu. Præclarè S. Petrus Damian. ſer. 45. excogitauit: *Manat aliquid (ait) ex uberibus Virginis, & in carnē vertitur Saluatoris, illud, inquam, abſque vlla dubietate, non aliud nunc de Sacramento Altaris percipimus, vt eius ſanguinem in Sacramentum noſtræ redemptionis haurimus, &c.* Omnia ad ſactum Euchariſtiæ epulū expectātia, ad ipsā diuinā ſynaxim redolentia, puritatē exābiant, candorem inhalent, nitorem clamitent. Si ergo carneum à Maria Verbo diuino miniſtratum, vſque ad Cœnā vltimam eſt permenſurum, nullaque conſumpta, aut deperdita portione, ſub ſpeciebus ſacramentalibus reponendum & occludēdum erat, ſanè oportebat, vt hæc portio è virgine accepta, omni vndequaque puritate nitteret, ſummoque candore, fulgentiſsimè coaleſceret.

Ex quo perpendi poteſt, qua exacta diligentia, qua perfectiſsima diſpoſitione ad hoc Sacramentum appropinquandū ſit. Quo enim non opporteat eſſe puriorem tali fruentem ſacrificio? Quo ſolari radio non fulgentiorem? Os, quod toto Deo replendū eſt, quo ardore non rubeſcat? Quo nitore non reſplendeat?

Dauid 1. Reg. 21. Rabiem Saulis fugiens, extremaque fame neceſsitate cōpreſſus, Achimelech adit, refectionē ſibi, & ſuis ſic efflagitat: *Nūc ergo, ſi quid habes ad manum, vel quinque panes da mihi, aut quidquid inueneris.* Quē Achimelech, cum non haberet niſi ſanctificatos panes, ſic rogat; ſi mūdi ſunt pueri maximè à mulieribus? &c. Vt quid hæc tam diligens diſcuſio, tam exacta cura de manducantium munditie? Si enim Dauid ſocij fame penè cōfecti ſunt, extrema penuria ſancinati, vt quid tam rigoroſa de hominum puritate inquiſitio? Abulenſ. hunc locum ad Euchariſtiā flectit, & ex eo munditiam ad illam appropinquantium colligit, & ait: *Nam ſi lex, homini exiſtenti in neceſsitate, non permittebat comedere de pane illo propoſitionis, qui nullam differentiam ab alijs panibus habebat ſecundum veritatem, ſed ſolum ſecundum opinionem: quanto ſolititius hoc in Dominico corpore obſeruādum eſt, vbi non eſt panis, nec vinum, ſed vera Chriſti caro, cum ipſe dicat: Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus.* Ioan. 6. *Nemo igitur dignè explicare poterit, quanta ſolicitudo homini adhibenda ſit, vt conuenienter ſuſcipere queat illud ſtupendum diuinæ largitatis beneficium: quanta infelicibus pœna imminet, quia irreuerēter, accipiunt, id, quod ſuper omnium reuerentiam eſt.* Hæc Abulenſ. & quid deuotius?

Miror, miror, quomodo mortales indignè, & indiſpoſitè ad diuinū epulū properēt, hancque menſā, feſtiuaſq; nuptias ſine veſtibus

Digitized by Google

bus nuptialibus, purpuriſque candidiſsimis intrare audeant. Certè, qui peccati læthalis conſcius, conſcientia fœdata, animo mundo, ad Euchariſtiá accedit: quamuis viuus & in præſenti vita, æternas inferni pœnas luere, quodadmodo inchoat (audeam dicere) iam eas pati, adeô eſt paratus, vt ad illas in exercicio patiendas, non deſcendere, repugnas naturæ, ac violentum ſit.

Actorum Apoſt. capit. 1. Congregati vndecim Apoſtoli de electione duodecimi curantes, ad Deum orationem ſoluentes, ſic deprecantur: *Tu Domine, qui corda noſti omnium, oſtende, quem ex his duobus vnum accipere locum miniſterij huius, & Apoſtolatus, de quo præuaricatus eſt Iudas, vt abiret in locum ſuum; &c.* quis eſt *locus ſuus*, qui quaſi naturalis, innatus ac propius erat Iudæ, & verſus quem, pondere quodam naturæ, & graui procliuitate grauabatur? Vtique, infernus: Quis ambigit? Quare ergo infernus locus propius, naturalis, ſuus, Iudæ deſtinatur? Sanè propter indignam Euchariſtiæ ſuſceptionē. Acuto calamo Caietan. ad illa verba: *Abijt locum ſuum, quia* (ait) *hactenus poſt bucellam poſſidebat alienum.* Indignè enim hoc epulum manducantes; quàuis in hac vita, iam infernorum commenſales, tartarorum ciues, gēnalium flammarum materia exiſtunt, in illiſque non retrudi, violentum, ac contra naturam eſt.

AROMA VII.

Eadem vnitas & identitas inter Chriſtum, & Matrem luculentius perſuadetur.

COnſtat ergo ex eruditis, præcipuè Viegas ad cap. 12. Apocalipſ. ſection. 1. idem eſſe nomen ſacerrimum *Maria*, ac *Tetagramaton*, nomen ineffabile Dei. Et vocales, quibus legimus non eſſe litteras, ſed puncta, aut notulas, quæ vicem vocaliũſum beunt apud Hebræos, in quorum lingua primum ipſi Deiparæ nomen inditum fuit. Quod enim nos Maria, ipſi *Miriam*, dicunt, per vocabulum quatuor continens litteras, ſcilicet, *Men, Res, Iod, Mem.* Et conſequenter erit nomen Tetagramaton, quemadmodum, & nomen Dei Opt. Max. *Iehouah*, & nomen Saluatoris *Ieſuach*. *Viegas.*

Ex quo robuſtum depromitur argumentum ad identitatem inter Mariam, & Chriſtum comprobandam. Nam ſi nomina ſemper rebus reſpondent, & aptiſsimè illis congruunt; cum no-

Digitized by Google

nomen *Mariæ* ad nomen Dei talem habeat ſimilitudinem, Deus, & Maria eam etiam proculdubio poſsidebunt.

Iſaias. Non inſulsè huc ſpectant, quæ apud Iſaiam de Meſsiæ nomine vaticinantur, cap. 8. *Voca nomen eius accelere, feſtina prædari.* Sed quare ſic vocandus Deus? Annectit Propheta: *Quia antequam ſciat puer vocare patrem ſuum & matrem ſuam, auferetur fortitudo Damaſci, & ſpolia Samariæ coram Rege Aſſyriorum, &c.* Præclarè Rupertus: *Quia antequam naſceretur de muliere, & ſubditus parentibus experiretur infirmitatem noſtram, abſtulit fortitudinem Damaſci, & ſpolia Samariæ, &c.* Non aliter Maria nondũ nata imperioſè de inimicis triumphat, ita, vt Auctore S. Bernardino Senenſis ſermon. 61. antiquæ omnes victoriæ, ac gratiæ in veteri lege conceſſæ, in vmbra Mariæ conſequta ſunt.

Rupertus.

S. Bernar. Senenſ.

Recole populi Iſraelitæ trophœa, quæ ab ipſo Duce Moyſe parta ſunt, cuius intuitu, & populo pepercit Deus, & omnes aduerſariorum phalanges detruncantur. Quare ergo de cauſa tam benignus Princes populo rebelli deſtinatur? Egregie Damaſcenus orat. 4. fidei orthodoxæ: *Per ſimulacrum quoddam, & vmbram Mariæ tantus legislator, ac Princeps creatus eſt, quia fuit deſtinatus ad præſentiam ardentis Rubi, &c.* Ante ſui ortum Maria auxilium ſuum gratiſsimè impendit, & ſolum eius vmbra efficaciter obumbrat, de inimicis validè cunctis triumphat, ac imperialiter ad modum Chriſti victoriam decantat. Ex quo concinnè adſtruitur, Dei nomen arctiſsimam quandam neceſſitudinem cum Mariano vocabulo aſſociaſſe, ac ſtricto vinculo aſciuiſſe, taliterquod in nomine Ieſu nulla ſplendeat præeminentia, & prærrogatiua, quæ in Marianum nomen non appareat transfuſa, non retineat inſerta? &c.

Damaſcen

Inſuper legitur de S Dioniſio Areopagita Philoſ. Athenienſ. quòd cùm Beati Pauli Apoſtoli opera ad fidem eſſet conuerſus, motus fama Beatiſsimæ Mariæ, eam videndam, Ieruſalem perrexit: cùm à Beato Ioanne Euangeliſta ante illam eſſet ductus, ſtatim ac ſi luminibus oculorum eſſet percuſus ſolaribus radijs, attonitus remãſit, poſtmodum aliquatenus ad ſe reuerſus, in hæc prorrumpit: *Niſi crediderim inſtitium tuum, de quo mihi per Paulum prædicatum eſt, nunc plantis tuis prouolutus, vnum te maieſtatis diuinæ inſigne adorarem, & niſi fides adeſſet, haud mihi perſuadere poſſem, Deum orbis auctorem eſſe pulchriorem, ſed noui, quod is incomprehenſibile lumen inhabitat, à quo tu ad nos radius es deſtinatus, vt illuminares eos, quos prima mulier cœcos parturiuit.* Hæc ex Dionyſio. Ex quo elegantèr vniformitas matris, ac nati perſua-

S. Dionyſ. Areopagi.

ſuadetur,& vnitas,quæ inter vtrumque illuceſcit.

Lucæ 1. Mittitur Angelus Gabriel à Deo in ciuitate Galileæ *ad Virginem deſponſatam viro,cui nomen erat Ioſeph, de domo Dauid,&c* Quare miſſurus Deus nuntium,non ad quamuis Virginē, ſed ad deſponſatam viro, legatur? Etenim Mariano in pelago gratiarum ea diuinitatis fulgebant inſignia,vt ſi creaturæ non apponeretur notula,nempe *deſponſatio*;forſitam Maria Deus æſtimaretur;& ſic deſponſationis Mariæ ratio oſtenditur, vt ipſius creata natura certis circunſcripta limitibus panderetur. Elegāter Athanaſius Epiſcop. ad hæc: *Gabriel*(ait)*ad eam ipſam legatur, neque ſimpliciter ad quamuis Virginem, ſed Virginem deſponſatam viro, vt ex ſponſo oſtenderet, Mariam verè hominem eſſe,&c.* Hæc Athanaſius.Tanta eſt Mariæ cum Chriſto præſtantiſsima vnio: tanta amborum identitas,tantaque,& abſolutiſsima vtriuſque intereſt ſimilitudo;vt ſi nota illa *deſponſata*, non apponeretur, cuius ratione iam creaturæ ſignaculo munita eſſet, fortè Deus, aut aliquid diuinitatis redolens,æſtimaretur. S. Lucas. Athanaſ.

Præclara eſt hiſtoria de nuptiis in Caná Galileæ opido factis Luc. 2. ad quas Chriſtus,& eius mater,vel ob affinitatem, aut contrahentium amicitiam inuitantur:vino deficiente, matri filiū interpellanti, vt conuiuantium verecundiæ ſubueniret, ſapientia filij reſpondet: *Quid mihi,& tibi mulier? nōdum venit hora mea;* Non vulgariter inter poſteros perſtrepit quæſtio: Cur matrem, quam tanto afficiebat honore,ardentique proſeqnebatur affectu, quaſi alienam reſpuit,in eamque quaſi durè,& dedignanter, ſe gerit?

S. Auguſtinus reſpondet,nihil aſperum, aut durum his perſonare verbis, quia nomen *Mulier*, idem ſonat, ac nupta in Hebraicæ linguæ proprietate, ſic libro contra Manicheos capit. 21. Auguſtin.

S. Gaudentius tract. 2. de lect. Euangel. affirmat,Mariam *mulierem* dictam fuiſſe,*veritate ſexus.* S. Gauden.

Alij propter honorem Mariæ, quia *Virginis* nomen apud Iudæos non erat expediens. Prouerbio 31. *Mulierem fortem quis inueniet?* Prouerb.

Ad rem tamen ſatis eruditè perpendit Epiphanius præfatū Ioannis locum: aſſerit enim Chriſtum Dominum illud vocabulū. *Mulier*,quaſi debilitatis indicem præſcripſiſse,de eaque quid imbecille prædicaſse, ne fortè ipſam, propter ſimilitudinem cum Deo, Iudæi pro Deo haberent,& æſtimarent. Accipe Epiphanium lib. 7. parare. hære. 79. *Reuera ſanctum erat corpus Mariæ, non*

ta-

Digitized by Google

tamen Deus, virgo erat, & honorata; ſed non ad adorationem nobis data, ſed ipſa adorans eum, qui ex ipſo genitus eſt. Et poſtea annectit: *Ioan. 2. fertur: Quid mihi, & tibi mulier; ne aliqui nimirum admirati ſanctitatem, in hanc hæreſim, eiuſque deliramenta dilaberentur.* Hæc Epiphanius. Et quid pulchrius? Non dedecoris, ſed honoris hoc vocabulum *Mulier* extitit Mariæ; cum enim eius eſſet cùm Chriſto tanta ſimilitudo, tam exacta identitas, ne Maria pro Deo habeatur, hæc de ipſius ſexus imbecillitate referuntur; vt debili ſexu muliebri obſignata, tametſi radijs diuinitatis præfulgens, creatura æſtimaretur.

Hanc interuenientem inter matrem, & filium vnionem apprimè expoſuit S. Petrus Damianus ſermon. 2. de Natiuit. ſic fatus, præmiſsis tribus modis eſſendi Deum in creaturis: *Quartò*

S. Pet. Da. (ait) *modo ineſt vni creaturæ, ſcilicet, Mariæ matri idētitate, quia idem eſt cum illa. Hic taceat, & contremiſcat omnis creatura, & vix audeat aſpicere tantæ dignitatis immenſitatem, habitat Deus in Virgine, cum qua vnius naturæ habet identitatem.* Hæc S. Petr. Damian.

Igitur Deus Optim. Maxim. poſtquam tribus illis modis ſeſe omnibus creaturis participandum exhibuit, ſpeciali modo erga matrem ſe præbuit, arctiſsimoque vinculo, & abſolutiſsima vnione copulatus, ſcilicet, per identitatem cum ea, quia idem eſt cũ illa, etenim vna Mariæ, ac Chriſti caro, vnus ſpiritus, vna charitas,

S. Auguſt. vt verbis Auguſtin. loquar: *Si enim gratia poteſt vnitatem facere ſine proprietate ſpecialis naturæ, quanto magis vbi gratiæ vnitas, & corporis eſt ſpecialis natiuitas, quæ vnum effecit matrē, ac filium, & filium, ac matrem?*

Apocalypſ. 12. Mulier illa amicta Sole, & Luna ſub pedibus eius, Maria (iuxta communem Patrum ſententiam) myſterijs plena videnda obijcitur. Sed quid in ea intereſt nouitatis, quòd Angelos ipſos in ſtuporem rapit? Sanè ſtupore percutiuntur Angeli, ipſam Solis radijs contextam, Soleque circumamictam eſſe; nam quis non mirabitur creaturam fulgoribus ſolaribus, id eſt, diuinitatis ſplendoribus ornatam, adeoq; ipſo Sole perfuſam, vt potius

S. Bernard. Sol, quàm alia æſtimaretur creatura: *Mulier* (ait S. Bernardus in hæc verba) *Amicta Sole, planè amicta lumine, tanquam veſtimento. Quam familiaris ei facta Domina, quàm proxima, imò quā intima fieri meruiſti, quantam inueniſti gratiam apud Deum? In te manet, & tu in eo, & te veſtit, & veſtiris ab eo: veſtis eum ſubſtantia carnis, & veſtiris ab eo gloria ſuæ maieſtatis, veſtis Solem nube, & Sole ipſa veſtiris, &c.* Nihil in Maria exterius apparet, niſi

ſo-

ſolates ſplendores;nihil terrenum,nihil humanum inſpicitur,tota diuinitatis radijs vallata , tota ſplendoribus Deitatis amicta.

Ad eminentiſsimam vnionem nati , & Mariæ confirmandam illud Geneſ.3 adſtruit eleganter : *Inimicitias ponam inter te , & mulierem, ſemen tuum,& ſemen illius: ipſa conteret caput tuum.* Quæ verba,Deiparam Virginē glorioſiſsimū ex diabolo proſtrato deportaturā eſſe triūphū , perſpicuè indicant:quòd in diaboli dedecus maximè cedit,cū inter homines plurimū ignominiæ adſcribatur,ſi à fœmina quiſpiā ſuperetur. *Geneſ.*

Illud ergo noſtro inſtituto cōſentaneū cenſeo; quod in aliquibus codicibus tū Græcis,tū Hebraicis,& in 70. Interpretibus habetur;pro,*ipſa:ipſe conteret caput tuū:* ita,vt verba ad Deū,vel ad Chriſtū referantur;quæ translatio,etſi refellatur à Caniſ.lib.5.de Deip.c.9 nō tamē ſpernenda à nobis,cū à pijs Doctoribus roboretur,& mirabiliter noſtrū aroma fulciat. Quare vtrāque translationè amplectendā eſſe, non renuo;quia idē pronomen *ipſe* abſq; pūctis, eiſdē litteris, maſculino , & fœmenino generi deſeruit:& ſic in ipſo loco Mariā,&Chriſtū capiendos eſſe,quis vitet? Præcipuè cū inter vtrumque tanta interſit ſimilitudo , tanta aſsiſtat vnitas, tanta reperiatur identitas,vt quod de vno aſſeritur,de altero aſciſcendum eſſe,ſecluſo quocunque præiuditio, cōſentaneum ſit. *Græci. Hebrai. Septuag.*

Quare non abſre,quòd Græcus,& 70.habent *ipſe*,ideſt, *Chriſtus*,vulgariter teneatur *ipſa*,ideſt,*Maria*,vt ex ipſo loco (Spiritu diuino flante)ſimilitudo,aut identitas poſsibilis inter Mariā, & filium mirabiliter effulgeat.

His accinit Hugo de S.Victore tract.de Virg.Beata, ſer. 2. ar.1.c.3 *Igitur in cœlo*(ait)*qualis pater,talis filius;& in terra qualis mater,talis filius:in cœlo cū Patre æternus,& immenſus; in terra cū matre immaculatus,& māſuetus.In cœlo cū Patre incorruptus,& ſublimis;in terra cū matre Virgo,& humilis.In cœlo imago Patris,in terra imitator matris: Mater Virgo erat,& in humilate exultabat,filius Virginis virgo humilitatē cōmendabat ; talis ergo agnus,qualis mater agni,ex munda mundus, ex virgine incorruptus,&c* Quid elegantius? *Hugo.*

Hanc identitatem miro ingenio commendauit Regius Vates Pſ.21.v.10.*Quoniam tu es,qui extraxiſti me de vtero matris meæ.* Alij legunt: *Auulſiſti me:* auulſio,prout contra deglutinationē,ſeu diſiunctionē diſtinguitur;nil aliud ſonat , quàm quod vnum , ita alteri colligatur, & annectatur , vt ſi vtrumque diuidere coneris, non plenè diſſocies,ſed vnū ab altero aliquid præcipiat, & deprædatur in teſtimonium vnionis non prorſus diſciſſæ. Filius itaq; ad pa-

Digitized by Google

Patrem *auulſiſti me ex vtero matris meæ*, ideſt, carni matris meæ ita eram vnitus, vt eius vtero non deſociares, ſed auelleres, cũ carnem matris, cui mirabili nexu ad hæſeram, mecum traxerim, ac proinde caro mea eadem, ac parentis meæ caro. Præclarè excogitauit Tertulianus lib. de carne Chriſti cap. 20. *Auulſiſti* (inquit) *ex vtero. Quid auellitur, niſi quod inhæret, quod infixum, & innexum eſt ei, à quo, vt auferatur, auellitur? Si non adhæſit vtero, quomodo auulſus eſt? Si adhæſit, qui auulſus eſt, quomodo adhæſiſſet, niſi dum ex vtero eſt, per illum neruum vmbilicarem quaſi follicu'i ſui traducem ad nexus origini vuluæ? Etiam cum quid extraneum extraneo agglutinatur, ita concarnatur, & conuiſceratur cum eo, cui agglutinatur: vt cum auellitur, rapiat ſecum ex corpore aliquid, à quo auellitur, quaſi ſequelam quandam abruptæ vnitatis, & traducis mutui coitus, &c.*

Tertulian.

AROMA VIII. PROMORVM

Oſſa, ac reliquiæ ſanctorum mundi labentis columnæ marmoreæ Eccleſiaſticorum vnio, Regnorum ſtabilitas, diaboli ſtrages, populi Iubilus.

QVomodo mundi machina tot quaſſa peccatis ſuſtentaretur, niſi eam oſſa, reliquiæ, meritaque Sanctorum, ſanguis Martyrum fulcirent. Sanè hæc omnia robur præſtant, ac ruentis populi fortiſsima exiſtunt ſuſtentacula, validiſsima fulcra.

Canticorũ. Canticorum 5. num 15. Sponſus cœleſtis Sponſæ venuſtatẽ perpendens, ſic effatur: *Crura illius columnæ marmoreæ.* Quæ eſt hæc Sponſæ pulchritudo? Nonne hæc in recta ſtat diſpoſitione membrorum? Haud dubium? Chaldeus ſic vertit prælata verba:

Chaldeus. *Iuſti autem ipſi ſunt columnæ ſæculi*, ideſt, ad roborandum Deus Eccleſiam ſuam, & mundi machinam, quam manus plaſmauere diuinæ, oſſa ſanctorum, reliquiaſquè eorum reliquit, vt ipſis totus columniçaret orbis, ac robuſto fulciretur ſuſtentaculo.

Geneſ. Geneſis 6. Dominus totum orbem ſpumanti colubione, ac vniuerſali ſtrage deleturus, Noë, quem liberare decreuerat, ſic affatur: *Ingredieris arcam tu, & filij tui, & vxor tua, & vxores filiorum tuorum tecum.* Pungit Chryſoſtomus hom. 24 illud pronomen *tecum*, ſi enim Dominus Noe aloquens, præcipit, vt arcam ingrediatur: *Ingredieris tu, &c.* Vt quid vlterius repetit *tecum*?

Chryſoſt. Reſpondet Chryſoſtom. in honorem iuſti additum fuiſſe: *Conſuetudo* (ait) *eſt enim miſericordis Dei, h onorem ſuum dare ſeruis,*

vt

Digitized by Google

vt propter eos ſaluentur, & alij. Proh ſanctorum merita Chriſtianitatis fulchra! Proh robur Chriſtianorum à reliquiis ſanctorum dimanans! Saluantur cognati Noe, tota eius propago ſuperborum fluctuum voragine liberatur, non virtute, ac meritis eorum, ſed dumtaxat Noe ſanctitate; nam conſuetudo miſericordis Dei eſt, vt propter iuſtos ſaluentur, & alij.

Exod. 11. Iuuentur Iudæi terram promiſsionis petere, cæterum ipſi aurea vaſa ab Ægyptijs poſtulant, vt locupletes egrediantur. Moyſes autem quid de Ægyptiorum terra portat? Quid ad tãtæ peregrinationis ſolamen delaturus eſt? Accipe caput 13. *Tulit quoque Moyſes oſſa Ioſeph ſecum.* Vt quid oſſa mortui ſecum aſportare vult Moyſes? Certè plurima patrari peccata à filijs Iſrael in illo itinere præſciebat, ideoque aſportari oſſa iubet, vt ſancti viri oſsibus plebs peccatis ſuis oppreſſa, non corrueret ac penitus euerteretur. Sic Procopius: *Hebræi (ait) quia carnales erant iuſsi ſunt mutuo accipere aurea, & argentea vaſa. Moyſes elegit viri iuſti oſſa, quæ præfert immenſis Ægyptiorum theſauris, &c.* Meritò ſanctus vir puluerulenta oſſa ſolus ſibi procurat, quibus incolumis, liber, ac ſecurus pergat populus, ne tanti itineris laboribus, ac tantis plebs ſceleribus pereat, ac totaliter ruat. *Exodi.* *Procop.*

Geneſis 18. Clamor ſodomorum, & Gomorræ multiplicatus eſt, adeoque concupiſcentia eorum exarſit, vt Dominus puniturus, eamque plaga ſulphurea deuaſtaturus deſcenderet. Occurrit Abrahamus Domino, ſed manum eius potentiſsimam ſedare non poteſt. Cur Dominus ad miſericordiã pronus, modò omnem Sodomiticã creaturam ſulphureo rogo perdit? Sanè, quia in tanta hominum turba, nec decem honeſti viri inuenti ſunt, qui virtutibus ſuis iram diuinam ſedarent, ac ciuitatem ab imminenti ruina tuerentur. Quod eleganter Ambroſius lib. de Abraham cap. 6. expoſuit: *Vnde diſcimus (ait) quantus murus patriæ ſit vir iuſtus: & quemadmodum non debemus inuidere ſanctis, nec temerè derogare: illorum etenim nos fides ſeruat, illorum iuſtitia ab exidio defendit. Sodoma quoque ſi habuiſſet viros decem iuſtos, potuit non perire.* Hi ſunt firmiſsima Eccleſiæ ſuſtentacula, illauentis mundi columnæ marmoreæ, hi hominum fortiſsima fulcra; qui nos ab æterna morte defendunt, ab inſidijſque aduerſariorum tuentur. *Geneſ.* *S. Ambroſ.*

Hæc ſunt validiſsima præſidia, munitiſsima propugnacula, quibus ciuitates ſtrenuè tuentur, ab aduerſariorum impetu, & rabie tyrannica defenſantur: nempe, in cœlis, ſancti, qui perenni potiuntur beatitudine: in terra, qui virtutibus pollent, omnique odoramento ſanctitatis florentes, ſpreto ſæculo, eiuſque blandimẽ-

tis,

Digitized by Google

tis,falacibus illecebris renuntiatis, pietate præditi ad ſiblime virtutum faſtigium euolarunt. Hi in terra fideles Dei amaſsij,probi, ac perfecti ſacerdotes,ſacrarum religionum pijſsimi,ac obſeruantiſsimi cultores,inſtar montium proceri;non lorica, ſcuto, aut galea reſplendentes,ſed honeſtate vitæ,corporum maceratione,animi puritate, regulari obſeruātia accincti regna protegunt,ciuitates muniunt,orbem ſtabiliunt,hoſtes deturbant.

Iudith. Iudith 19.v.8.hoc virtutum robore ob armata , gratiæ viribus niſa, Holofernem iugulat, immanem illam belluam detruncat.Sed quibus armis clypeata,& cathaphracta inſurrexit? Auſculta eam accinentem: *Non cecidit potens eorum à iuuenibus,nec filij Titan percuſſerunt eum,nec excelſi gigantes oppoſuerunt ſe illi,ſed Iudith filia Merari ſpecie faciei ſuæ diſſoluit eum, &c.* Nonnulli, quibus arridet interlinealis,transferunt: *In ſpecie faciei ſuæ. Alacritate virtutum diſſoluit eum.* Quaſi Iudith apparatu ſuarum virtutum,caſtitatis,timoris Dei, probatæ vitæ viribus de infenſiſsimo triumpharit hoſte.

Et licet omni virtutum ſuarum agmine,actionum religioſarū copijs ſpirituales viri,Deo ſacrati,miniſtri Dei,ac ſacerdotes orbis labētis propugnationem ſuſcipiant, fidelium prouincias,ciuitates,oppida accerrimè tutanda agrediantur, dæmonum ſtrages, vitiorum ſemina,diabolicas machinas delere , excidere, ſecare, ac deuaſtare conentur;arma valentiora, quibus totum diaboli imperium funditus ruit,diſperet,ac detruditur,concordia,vnio,fraternus ſacerdotum affectus,ac religioſorum pax;hæc dæmonū pernicies,regnorum ſtabilitas,fœlicitatum ſcaturigo, fidelium iubilus.

Ioſue. Ioſue 7.n.3.adſtante Iſraelitico populo,ducente Ieſu. Muri Ierichô illico corruerunt. Sed quibus æreis tormentis? Quibus armorū bellicis inſtrumentis,ac inſidioſis machinis? Audi tex. *Cūq; die ſeptimo vnanimes clangerent buccinis ſacerdotes, &c.* Ecce ex hac ſacerdotum concordia,ex hac vnione ſacerdotali,nullo alio armorum apparatu,detriumphatur hoſtis , decātatur triumphus. annuit Orig.hom.7. in Ioſue : *Non ſolum ſacerdotes tubis cecinerunt,vt caderent muri Ierico; ſed audita voce tubæ,dicitur,vniuerſus populus vlulaſſe vlulatu magno; vel ſicut alijs exemplaribus habetur,iubilaſſe iubilo magno. Vnde mihi videtur, iubilatio indicare quandam concordiæ, & vnanimitatis affectum, &c.* Ex hac ſacerdotum concordia mirabiles effectus effulſere,hoſtium ſtrages,ciuitatis inimicę deuaſtatio,populi fidelis cumulata lætitia, plenus iubilus. Ita,vt hæc omnia ferè inſeparabiliter in orbe cōſpiciātur.

Origen.

Sacer-

Digitized by Google

ſacerdotes concordes fœlicitatum augurium, populorum iubilus, fidelium iucunditas, regnorum ſtabilitas, aduerſariorum ſtrages.

Hinc ſacra Prædicatorum Religio præſens ſæculum infauſtum, tot præliorum infortunijs diuexatum perpendens, tot infœlicitatibus, miſerijs, ærumnis afflictum, vellis inueteratis principijs, iniquis ſeditionibus depopulata Regna, extinctas Prouincias, graſſanti peſte, alijſque fatalibus ęgritudinibus ciuitates deuaſtatas, deleta oppida, ciuium numeroſam multitudinem funditus, aut quaſi ad nihilum vocatam; in tanta præſenti ſeculi deturbatione fraternam concordiam, Eccleſiaſticorum pacem prædicat, conſulit, præcipit. Et erga cunctas ſacras Religiones, præcipuè Societatis Ieſu ardentem exercere charitatem, amore proſequi, beneuolentiæ viſcera exibere filijs ſuis præordinat.

Quare in actis Capituli Generaliſsimi Romæ anno Domini 1544 ſub Reuerendiſsimo P. Fr. Thoma Turco totius Ordinis Prædicatorū Generali Magiſtro celebrati ordina. 21. ſic adſtruitur.

ORdinamus, ac omnibus Religioſis curæ noſtræ ſubiectis diſtrictè præcipimus, vt quemadmodū Chriſtiana charitate tenemur omnes Dei ſeruos, ac quorumcunque Ordinum Religioſos potiſsime mendicantium (quos aut Eccleſiaſticæ vitæ cultura, aut ſanctioris vitæ profeſsio nobis æquales reddidit) omni honore, atque amore proſequi, omniaque eis hoſpitalitatis obſequia præſtare. Eadem ſolicitè in Reuerendos Patres Societatis Ieſu benigna cum humanitate impendere conentur. Horum, & perſonas ſingulas, & ſocietatem totam benigniſsimè, & religioſiſsime colant, ac venerentur, vt tam intus, quam foris, vbi de eorū ſancto inſtituto, modo viuendi, & regimine ſermo inciderit, adeo circunſpecte, & honorificè ſemper de eis loquatur, vt tota Chriſtiana republica noſtri in eos impenſiſſimi amoris teſtimonium reddere, queat, & vt ipſi ea in nobis charitatis eximiæ officia, & beneuolentiæ viſ-

cera experiantur, quæ viros Apoſtolicos decet, quorum quamvis non vna ſemper in ſentiendo mens, voluntas tamen, & cor vnum, ac anima vna in Domino, nunquam, vt opportet, deſit, &c.

Digitized by Google

AREOLA QVINTA.

VOCABVLVM, MARIA, ILLVMINATRIX, AVT ILLVMINATA.

AROMA I.

MARIA ILLVMINATA, VEL illuminatrix. *Cui Doctorum aſtipulantur mentes.*

EREGIA Sanè eſt S. Epiphanij, ac aliorum Doctorum ſententia, & interpretatio, aſſerentũ, quòd nomen *Maria* perinde valet, ac *illuminatrix*, vel *illuſtrata*; atque hinc illa notatio, quæ ab alijs idẽ nomen perinde eſſe aſſeritur, atque *illuminatrix*, comperta habetur: quia cũ ea ſit lucis natura, vt non modo in ſe perſpicua ſit, ſed alia quoque illuſtret, atque coruſcantes ſpargat fulgores. Deipara eo ipſo lumine quo in ſe diuinitus fuit illuſtrata, ea alijs ſuæ lucis, ac micantium ſplendorũm

radios communicauit; ita, vt æqualiter illuminata, & illuminatrix dici rectè queat.

Epiphan. Præclarè hanc interpretationem litteris conſignauit citatus Epiphanius orat. de Laudib. Deiparæ: *Rurſum* (ait) *itaque præclare puellæ Mariæ beatum nomen interpretatur illuſtrata, vtpote, quæ illuſtrata ſit à Filio Dei, & cunctos vſque ad terminos terræ credentes Trinitati illuminauerit.* Hæc Epiphan. Quod ſanè Etymon pulchra illi concinnitate aptatur, ac propriiſsimè conuenit: & quod radijs exiſtat illuminata, & quod hinc ſuæ lucis fulgentes ſplendores effundat. Iuxta quam interpretationem vocabulum *Maria* vel deriuatur à verbo *Iarah*, quod ſignificat *docere*; vel fortaſsis, & proprius à verb. *Seir*, & *iam*, quod *illuminatricem* annotat.

Canticorũ. *Oleum effuſum nomen tuum*, Canticorum 1 non ſolum ad Ieſu, verùm, & ad Mariæ nomẽ aptiſsimè prædicabatur, cuius oleo infans ille diuinus Ioannes tetro matris ergaſtulo illuminatur, diſoluitur, & pugil eſtrenuus in lituram armatur. *S. Ambroſ.* Ambroſius: *Ad vocem Mariæ exultauit infantulus, obſequtus antequam genitus, nec immerito manſit integer corpore, quem tribus menſibus oleo quodam ſuæ præſentiæ, & integritatis vnguento Domini mater exercuit.*

S. Hieron. Philo. Hieronymus, aut potius quem ille Latinè conuertit; Philo Hebraicarum litterarum peritiſsimus libr. de Nom. Hebraic. ita tenet: *Mariã plerique exiſtimant interpretari, illuminant me iſti, illuminatrix, vel ſmyrna maris, &c.* Et prologo in epiſtol. ad Roman. reſcribit ſic: *Mariam perinde ſonare, ac ſi illuminantem, vel illuminatam vocemus: alij ſic vertunt, vt exaltatam, doctricem populi, ac magiſtram.* Quæ omnes interpretationes ferè coincidunt, *Eucherius Iſidorus* & mirabili ſuauitate connectuntur. Cui ſuffragantur Eucherius libro 2. de inſtitution. & Iſidorus lib. 7 ethimolog. c. 10.

S. Gregor. Thaumat. Nec ab huiuſmodi interpretatione alienum reperio S. Gregor. Thaumat, oration. Anunt. *Sanctiſsimæ* (ait) *Deiparæ valde ſuum quadrat nomen; Maria enim nuncupata erat, quod illuminatio interpretatur: quid enim ſplendore Virginitatis illuſtrius? Quapropter vel virtutes Virginis denominat, qui rectè eſſentias earum conijciunt.* Sic Gregorius. Ex quo dilucidè conſpicitur, quàm aptè illuminata interpretetur Maria, quæ tot ſplẽdoribus circumamicta refulget, tot ornata radijs, tot coruſcans fulgoribus, vt merito omnibus fulgentior, ac illuminatior appareat.

Pſalm. Regius Vates Pſalm. 104 miſeram Ægyptiorum cladem decantans, ac Hebræorum triumphans trophæum deſcribẽs, ſic aſſerit:

Digitized by Google

tit *Et percuſsit omne primogenitum in terra eorũ: primitias omnis laboris eorum.* Et poſt aliqua annectit. *Et expandit nubem in protectionem eorum, & ignem, vt luceret eis per noctem, &c.* Quis eſt iſte ignis à Deo conditus, vt luce ſua Hebræos de miſera Ægyptiorum ſeruitute ad priſtinam reuocaret libertatẽ? Præclarè S. Bonauentura in Speculo cap. 7. his verbis: *Conſiderandũ eſt* (ait) *quod Maria etiam interpretatur illuminata, & illuminatrix, &c.* Et poſt aliqua ſubdit. *Maria quoque columna ignis eſt illuminans nos. Immò illuminans mundum multis miſericordiæ ſuæ beneficijs. Quid nos miſeri, nos obtenebrati, quid in nocte huius ſæculi faceremus, ſi hanc lucidam lucernam, ſi tàm luminoſam columnam non haberemus?* Hæc Bonauentura. D. Bonau.

Nec ab hac interpretatione diſſenſerat Albertus Magnus, ad cap. 1. Lucæ dum ſic effatur. *Maria nomen interpretatur illuminatrix, ſtella, mare amarum, & Syra lingua interpretatur, Domina. Illuminatrix quidem, quia illuminat in dubijs. Stella Poli, quia ducit in dubijs. Amarum mare, quia pungit in illecebris. Domina, quia protegit in aduerſis.* Hæc Albertus: qui eodem capite ſic alloquitur. *Maria interpretatur illuminatrix, vt qui tenebris inuoluitur, Mariam reſpiciat, lucemque acquirat. Si ergo circũdatus es tenebris, & abſcõdita eſt ibi via tua, Iob 3. Reſpice illuminatricẽ, nomina Mariã, &c.* Et rurſus annoctit auctor. *De illuminatrice habes Apoc. 12. Vbi apparet in cœlo mulier amicta Sole, & Luna ſub pedibus eius. Omnibus Maria effecta eſt, vt omnes in omnibus ab illa in cunctis neceſsitatibus efficacitatis auxilium cõſequãtur. Omnibus ſapientibus, & inſipiẽtibus facta eſt, & copioſiſſima charitate illuminatricẽ ſe cõſtituit. Quis enim de eius miſericordiæ luce nõ accepit? Redẽptionẽ captiuus, medelam æger, cõſolationẽ triſtis, gratiæ conſumationẽ iuſtus, peccator veniã, per eã denique tetris obſcuritatibus operti claritate eius lucis illuminãtur.* Quare egregiè S. Greg. Thaum. ſerm. Anunt. ait: *Aue gratia plena, fons lucis, qui cunctos in Chriſtũ credẽtes illuminas, &c.* Etenim nudum Mariæ nomen mæſtitiæ, & ignorantiæ expellit tenebras, & ipſo perſonante, lætitiæ lux animis effulget. S. Albert. Magnus. D. Gregor. Thaum.

Canticorum 1. *Oleum effuſum nomẽ tuũ, ideò adoleſcentulæ dilexerunt te nimis, &c.* Multifariam præfatũ enucleauimus locũ. Modo in præſentiarũ, tene Gemin. lib. 3. & lib. 16. de Oleo diſſerentẽ: *Oleũ habet virtutem illuminatiuam; & ideò infunditur in luminaribus, ſicut Exodi 25. præcipitur.* Non aliter Mariæ nomen illuminat mentes hominum, dũ illius inuocatione peccatorum tenebras ſecutientes, in regionem tranſeunt claritatis. Ten Cantic. 1.

Digitized by Google

Giminian.lib.3.cap.37.*Oleum* (inquit) *vt dicit Iſidorus, eſt in pabulum luminis, in medelam vulneris, in refectionem eſurientis. Nam in lucerna ponitur ad ignem nutriendum, languidis mēbris apponitur ad medelam, & cibis additur ad comedēdum.* Quæ omnia, quis non in Mariano vocabulo adimpleta comprobet? Reficit laſſos, recreat feſſos, vt per doctus notauit Idiota, de laud. Virg. in refectionem deſeruit, nam vt ſupra omnē amaritudinem dulcorat, cibum ſuauē guſtui propinat, inſuper in pabulum luminis impenditur, quia hoc nomen tenebratos oculos illuminat, cæcos clarificat.

Hinc D.Chryſoſtomus loquens de vinculis, quibus quaſi quibuſdam incantationibus vincitur Dæmon; quaſi ligatus, oppreſſuſque detinetur, inter ea præclarum nomen Mariæ annumerat.

D.Chryſoſ.

Sic hom.8.in cap.4 ad Romanos habet. *Nobis ſunt incātationes ſpirituales, ipſum nomen Mariæ, huiuſmodi incantatio, non ſolum Draconem ab ſpeluncis abigit, atque ita in ignem conijcit, ſed & vulneribus quoque medetur. Hoc igitur nomine ornemur ipſi, hoc namque muro nos muniamur, &c.* Deuenerūt nāque aliquæ peccatorū animæ vſque ad tām extremā ſtragē, vt ſub ipſis quaſi incantatus edormiat ſpiritus tartareus, ſub dominio ſuo miſera ſeruitute eos ſubiugans,

Iob.

de quibus aiebat Iob, quòd, *Dæmon dormit in ſecreto calami, &c.*

Contra hos autem ita rebelles Dæmones inuocatio Mariani vocabuli diuina exiſtit incantatio, eos abigens, eos territans, ac immaniter debellans. Nihil tenebroſum in Virgine, omniaque in ipſa lucem emittunt; etiam nomen, de quo loquens S. Idiota

S.Idiota.

lib.5.cap.2.ait: *Super omnia Sanctorū nomina reficit laſſos, illuminat cæcos, &c.* Sed quomodo hoc? etenim extincta lucerna, Beatæ Mariæ inuocato nomine, diuinitus accēſa eſt; quod accidiſſe S.Aedmundo Archiepiſcopo, refert Petrus de Natalibus

Petrus de Natalibus

lib.10.c.68.his verbis: *Etiam dū ad lumē ſtuderet, eodē ſoporato, vſtus lumē extinxit, ſed ille excitatus, nomē Beatæ Mariæ inuocauit, ſtatimque lucerna accenſa eſt, &c.* Quid pulchrius? Quę omnia

Eccleſia.

ſic communit Eccleſia in eius officio. *Benedictus* (ait) *Deus, qui Mariæ Virgini lucis nomen donauit, vt illuminaret eos, qui in tenebris ſedent, & vt ſtella maris errantes dirigeret in portum pacis, &c.*

Etenim lucerna eſt Maria omnibus alijs luminaribus longe clarior, quæ ſua luce vniuerſum illuſtrat orbē, & ſanctitatis radios in omnes ſpargit; lucerna inſtinguibilis eſt, quia nullo tentationis ventu, nullo aduerſitatis flatu extingui potuit. Hinc eſt,

Digitized by Google

quod per vnicã illã candelam ſignificata ſit, quæ in matutinalibus præcibus feriæ 4 5. & 6. maiori Hebdomadæ omnibus alijs extinctis, non extinguitur. Quod Bernard. à Buſtos, p. 9. ſerm. 4. his deſcribit verbis: *Tribus noctibus vltimis maioris Hebdomadæ cùm tenebræ fiant, omnia luminaria ſtinguntur, vno excepto, quod latet ſub altari ſecũdũ conſuetudinem aliquarũ Eccleſiarũ. Sed poſt modicum cunctis oſtenditur. Per cãdelã, quæ non ſtinguitur, ſignificatur Beata Virgo, quæ ſola mente latebat in cruce, cũ Chriſto ſuſpenſa, &c.* Extincta enim illo paſsionis tempore omnia luminaria, id eſt, Apoſtoli fuerunt; ſed Maria lux fulgentiſsima ſtingui non potuit, quæ alios radiorum ſuorum coruſco illuminatura erat. *Bernardinus à Buſtos.*

AROMA II. AD MORES.

Oculi caſtitate illuminati lincei ad Deum perſpiciendum.

PRoh Deus immortalis quantum homines voluptates obcecãt venereæ! Quamque puræ, ac caſtæ cogitationes ad capeſſendum Deum mentem accuunt! intellectum excitant!

Recepturis Hebreis legem apud Synã mirabilia eueniunt: dẽſiſsima nubes mentẽ opplet, crebra ſulphura micant, mons abijt in fumũ, furunt turbines, procellæ ventorũ, in gentes funduntur pluuiæ, ac denique totus mons vndequaque concutitur: quid tũc Dominus ad Hebræos, vt tam irradiantes micatus ſufferre valerent? Quo remedio viſus eorũ roboratur? Sic Dominus Exod. 19 *Stote parati tribus diebus, & ne acceſſeritis ad mulieres.* Faciet ne hoc, vt oculi Hebræorum intueri poſsint fulgores, è cœlo lapſos? Faciet vtique. Ita Sixtus Pontifex epiſt. ad Caſt. elegãter. *Si tantum (ait) illis tunc exigui temporis cõtinentia profuit, vt diuinæ claritatis viſione gauderẽt. Vide quãta illi remuneratione ſunt digni, qui perpetuam voluerint integritatẽ ſeruare: erunt non modo Dei breui tẽpore inſpectores, verumetiã coæterni habitatores, &c.* Quiſquis tu viator ſis, ſi inter huius denſiſsimas caligines (quantũ patitur mortalitas) ſæculi conſpicere Deum deſideras, ſi vis lincei obtinere lumina, ne voluptatibus inuoluaris venereis, ad mulieres ne accedas, impudicitiam fuge, & caſtis tuis intuitibus diuinitas pate fit. *Sixt. Papa*

Ioann. 21. ad Mare Tiberiadis ſtantibus Apoſtolis manè facto ſtetit Ieſus in littore, illis apparuit, non tamen cognouerunt diſcipuli, quia Ieſus eſt; ſolus autẽ Ioannes cognouit, protinuſque Petro annuntiat, *Dominus eſt*, En quomodo diſcipuli oculos habentes *S. Ioann.*

Digitized by Google

bẽtes, non videbant, nec Ieſum illis notum cognoſcere, poterãt. Solus Ioannes linceus inter tot noctis tenebroſas caligines, ac dẽſiſsimas nebulas clarè intuetur. Nonnè omnes æqualiter à Magiſtro diſtabãt? Haud dubiũ. Quomodo alijs non vidẽtibus, Ioãnes videt? Eleganter Hieron. *Non ſciebant Apoſtoli, quem viderant: ſolus virgo Virginẽ agnoſcit, &c.* Virginitas Ioanni viſum acuit, caſtitas linceos impendit oculos, pudicitia tenebras diſsipauit ignorantiæ, & quia virgo Ioannes Virginem Chriſtũ vidit.

D.Hieron.

D.Matth. Matth. 5. *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt Regnum Dei. Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram. Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt, &c.* Hic diuerſis virtutibus diuerſa promituntur præmia. Sed quare munditiei, & cordis puritati viſio fœliciſsima adſcribitur? Sanè quia ipſius munus ſingulare eſt, oculos ad Deum proſpiciẽndum, acuere. Præclarè Hilarius, ibi: *Nihil pollutum* (ait) *& ſordidum ad occurſum diuinæ Maieſtatis inſiſtit. Hi viſui, & occurſui Dei ſunt patentes, quibus* (ſcilicèt caſtis) *per animi nitorem; ac vitæ puritatẽ poteſtas eius ſit contuendi, &c.* Quid non videant oculi caſtitatis ſplendore irradiantes? Quid non caſtitas conſpicabile, ac viſibile reddet? Etenim ipſa fumigantes tædas ab oculis effugans, ipſos acuit, ipſos excitat, vt Deum totũ clarè percipiant. Propter quod apud Matthæum ſpecialius ipſa Dei ſœliciſsima viſio mundis corde deſtinatur.

D.Hilar.

Iure ergo ipſa caſtitas tàm ſublime exigit præmium, quæ tanto labore patratur, caſtoſque ita ad præexcellſam euehit dignitatem, vt aliquo modo Angelis homines per eam ſuperiores exiſtant. Quod ſubtiliter decantauit Chryſologus, ſerm. 143. *Semper* (ait) *eſt Angelis cognata Virginitas, in carne præter carnem viuere, non terrena vita eſt, ſed cæleſtis. Et ſi vultis ſcire; Angelicam gloriam acquirere, maius eſt, quam habere. Eſſe Angelum, fœlicitatis eſt, Virginem eſſe, virtutis. Virginitas enim hoc obtinet viribus, quod habet Angelus ex natura ſua. &c.* Quid pulchrius? Si ergo homo proprijs viribus, aſsiduoque labore tãtum adipiſcitur honorem, tantam conſequitur gloriam, nihil mirum, vt totus Deus ipſi Virginitatis priuilegio totus appareat conſpicabilis.

S.Chryſol.

Pſalm. 39. Hoc eſt, quod Dauid cecinit, Pſalm. 39. *Comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui, vt viderem, multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei* Hugo Cardin. ad hunc locum. *Et hæc eſt recta comparatio; ſicut enim cum creſcunt capilli, operiunt oculos; ita peccata oculos cordis.* Hæc Hugo. Et quàm pulchrè?

ARO-

AROMA III.

Illuminat peccatores Deipara, dum ſuum dulciſsimũ NOMEN MARIA *ſeptem Virtutes contra ſeptem Capitalia vitia prædicat, decantat.*

SAne dulciſsimum Mariæ nomen his, qui in Purgatorio exiſtunt, maximo leuamini, ac refrigerationi eſſe, haud quaquã dubitandum, cenſeo. De his ergo pijs animabus, quæ in Purgatorio tot generibus cruciatuum detinentur, Deiparam Virginem, hæc verba ſanctæ Brigittæ dixiſſe, memoriæ proditum eſt lib. 1. cap. 9. *Illi, qui in purgatorio ſunt, cum hoc nomen audiunt, vltra modum gaudent, tamquam æger in lecto iacens, ſi audierit ab aliquibus verbum ſolatij, & quod ei placet in animo, quod ſtatim exultat.* Hæc dicta S. Brigittæ. Etenim qui graui oppreſſus morbo, lecto periculosè decumbit, ac miſero, diuturnoque tabeſcit morbo, ſi aliquid ei ſolatij verbum immittitur, aut gaudij enuntiatur; tunc grauitate valetudinis aliquantulum leuatur, & paulisper intenſio morbi remittitur.

Non aliter qui in Purgatorio torquentur, perſonante nomine Maria, acerbitas immaniſsima cruciatuum remittitur, tormentorum amaritudo dulcoratur, ac tenebroſitas illuceſcit.

S. Idiota. Hinc eleganti, ac erudito elogio de iſto nomine. Idiota, de contemplat. Deiparæ cap. 5 ait: *Super omnia Sanctiorum nomina reficit laſſos, ſanat languidos, illuminat cæcos, penetrat duros, recreat feſſos, &c.* Qui enim ſunt iſti feſsi, niſi vincti illi, qui pro exactè ſuorum ſcelerum purgatione pœnis acerbiſsimis in Purgatorio laſsi, debiles propter ingentem ſuorum dolorum vim, detinentur? Etenim ſi Maria non inuocata, præſtò adeſt, tot clamoribus ab iſtis animabus interpellata, tot vlulatibus miſeris, ac efficaciſsimis ſuſpirijs deprecata, quare miſericordiæ Regina protinus non ſubueniet? Quare eas de pœnis non eruet, & ad ætherea atollet?

Cantic. Iterum aduoco repetitum locum, Cantic. 4 *Oleum effuſum nomen tuum, ideò adoleſcentulæ dilexerunt te nimis, &c.* Inter plura, quæ de oleo concinnimus, modô accipe eius mirabilem effectum. Oleum ore incluſum aquas per lucidas conſtituit, & à periculo ſubmerſionis natantem liberat; ita vt nullatenus in eum

torren-

torrentes aquarum, aut pericula ſubmerſionis inuadere, audeat, ſed totus incolumis ingredi, & egredi valeat. Sic ſanctiſsimum Mariæ nomen in ore pœnas leuat Purgatorij, ac ipſas atras, tenebroſas regiones per lucidas reddit. Richardus a S. Laur. lib. 7. de Laud. Virg. *Quando nautæ*, ait, *ob cauſam aliquam mari ſe immergunt, oleum deferunt in ore, & illud emittunt, & fit per lucidus fundus aquæ. Sic etiam deuota inuocatio nominis huius ſcilicet, Maria, & doctrina, & gratia rerum labentium intima faciunt manifeſta, &c.* Hæc Richardus. Sparſo enim Mariæ nomine, ac per tenebroſa aera Purgatorij volutante, clarificat, illuſtrat, illuminat illam totam cruciatuum regionem, ac vinctorum carcerem, tormenta ſedat, cruciamenta temperat, afflictionem mitigat, amaritudinem dulcorat, ac ſuauiter tollerabiles immanes illos cruciatus reddit, ac emollit. *Richard. à S. Laur.*

De hoc præclaro priuilegio ipſa gloriabatur Deipara, cum Eccleſiaſt. 24. ſic accinebat. *Gyrum cœli circuiui ſola, & profundum abyſi penetraui, & in fluctibus maris ambulaui.* Quid eſt Deipará in fluctibus maris ambulare? Quid eſt in gentes vndas maris pertranſire? Sic enucleat Bernard. a Buſtos 3. p. ſerm. 2. *Tertio* (ait) *Dominatur in Purgatorio, & ideò ſubditur, & in fluctibus maris ambulaui. Pœna enim Purgatorij dicitur fluctus, quia tranſitoria eſt, & dicitur maris, quia eſt amara. In illis fluctibus ipſa ambulat, quia meritis ſuis multos à pœnis illis liberat; aquas ergo illas amaritudine plenas doloribus tormẽtorũ acres deambulat Maria, & illuminatione cõſolationis illuſtrans, aut ipſis ſuis meritis, aut filij ſui paſsione protinus liberat.* *Eccleſ.* *Buſtos.*

De Beatiſsimo Chriſti athleta Laurẽtio fertur apud Leandrum Albertum lib. 3. de viris iluſtribus. Cõceſſum fuiſſe ſingulis ſextis ferijs in Purgatorium deſcẽdere, cunctos alumnos ſuos à diris tormentorum cruciatibus extrahere, ac in cœlum aſportare. Inſuper, & Beato Alberto Magno die obitus cõdonatum eſt, propter ſua merita ſena millia animarũ è pęnis educere. Quod itidem B. Gilio Seraphici P. Franciſci commilitoni præſtitum, S. Bonauentura aſſeuerat. Quibus libẽter fidem adſtruere, lubet. *Leandr. Albertus.*

Et ſi de aliquibus ſantis conceſſum legimus, Cur Deiparæ præſtandum, inficiemur? Aſſentior pluribus teſtantibus, aliquibus Mariæ præcipuis feſtis, maxime Aſſũptionis, ipſam Angelicis cuneis ſtipatam Purgatorium penetrare, cunctoſque clientulos, ac alumnos ſuos à tam diro tormentorum carcere, extrahere, ac in æthera colocandos attollere.

Sed de Bulla Sabbatina Carmilitanis, ac cunctis ſcapula-

rium

Digitized by Google

rium portantibus apud omnes perſpicuum,& admirabile extat; quam, veſtigia anteceſſorũ in ſequens Paulus V. felic.record. iudicio cõtradictorio diſſertis verbis approbauit, communiuit, & explicauit, ſic dicens: *Beatiſsimam Virginem Mariam animas fratrum, ac confratrum ſuorum Carmelitarum in charitate deſcendentium, obſeruantium prædicti ordinis ſtatuta, ſuis interceſsionibus continuis, pijſquè ſuffragijs, & meritis, ac ſpeciali protectione poſt earum tranſitum die Sabbati, qui dies ab Eccleſia eidem Beatiſsimæ Virginis dicatus eſt, adiuturam, & liberaturam. Itaque ſingulis Sabbatis præclariſsima Maria, agminibus cœleſtibus aſſociata de cœlo deſcendens, cunctoſque Carmeli legibus addictos in cœlos aſportat, & adducit.*

Paulus V. Papa.

Diſcip. Pro huius Aromatis robore tenẽ ex Dicipulo,& alijs probatis autoribus. Quędam Santimonialis ſummo eſtudio, cunctoque virtutum cumulo Deo inſeruiebat, hæc à Dæmone ſemel, & iterum tentationibus agitata, caſtitatem violat, puritatem ſpernit. Poſt lapſum ex ſuis oculis vnda lachrymarum fluit, contrita ingemiſcit, lachrymabunda dolet, ad pedes Abbatiſſæ proſternitur, cui pœnitentia iungitur, ſed ante eius adimpletionem obijt, atque adeo dirij Purgatorij pœnis deſtinatur.

Quadam nocte Abbatiſſæ defuncta monialis ſic gemebunda alloquitur: In pœnis, mater, valde vror, ſed hoc ſcias, quia ſalua ero per Beatiſsimam Virginem Mariam, quæ ad me venit tota fulgens, vt Sol, & ego ipſam recognoſcens, flens, vt auxilietur, exclamaui. Mihi tamen ipſa ſic eſt alloquta: ego ero tibi filia in proximo, nam prius finietur pœna, quam meruiſti, quia me quotidie ſalutabas, ac dulciter meum inuocabas nomen. Quibus dictis relinquit me conſolatam. Nunc quæſo Domina mea (annectit Monialis) ſtude illi ſeruire, crebrò ſalutare, ac reuerenter eius interpellare nomen, vt poſsis gratiam illius adipiſci. Diſparuit defuncta; & protinus Abbatiſſa omnes ad ſe Sorores iubet, reuelata aperit, Marianam deuotionem commendat, & quòd Virgini preces ſoluant, nomen inuocent, ſiquidem eius dulciſsima inuocatio a dira Purgatorij pœna, ab immanibus cruciatibus liberat.

Eadem ferè aſciuit ad præfatum Eccleſiaſtici locum S. Bernardinus Senenſ. ſerm. 3. de nomine Mariæ, art 2 cap. 3. *Beata Virgo* (ait) *in Regno Purgatorij dominium tenet, propterea inquit Eccleſiaſticus 24. in fluctibus maris ambulaui; Pœna ſiquidẽ Purgatorij, ideò dicitur fluctus, quia tranſitoria eſt; ſed additur maris, quia nimirum eſt amara. Ab his ergo pœnis liberat Beata Vir-*

D. Bern. Senenſis.

Virgo Maria, maximè deuotos ſuos, & hoc eſt, quod ait, in fluctibus maris ambulaui, ſcilicet, viſitans, & ſubueniens neceſsitatibus, & tormentis deuotorum meorum, immo, & omnium, qui ibi exiſtunt, quia filÿ eius ſunt, cum ſint filÿ gratiæ, &c. En quomodo Purgatorio opem ferat, ac refrigerium det vocabulum Mariæ.

Non inſulſum huius rei teſtimonium exhibitum eſt ſanctæ Brigittæ a Deipara, lib. 4 reuel. cap. 134. vbi ſic habetur. *Sum etiam mater* (ait Maria) *omnium, qui ſunt in Purgatorio, quia omnes pœnæ, quæ debentur purgandis pro peccatis ſuis, in qualibet horu quodammodo mitigantur. Ita placet Deo, vt ex aliqua ex his pœnis, quæ debentur eis de rigore diuinæ iuſtitiæ minuantur.* Hæc S. Brigittœ dicta a Virgine Deipara. *S. Brigitta*

Teſtatur hanc veritatem S. Petrus Damianus, lib. 3 epiſt. 10. & ordin. 52. perſpicuis verbis in Virginis gratiam, in die eius Aſſumptionis multas animas a Purgatorio liberari, in ſingulis alÿs ſolemnibus feſtis id ipſum accidere, pÿs placet Doctoribus, cui rei lubens calculum adÿcit Nouarinus in Vmbra Virginea, lib. 4. excurſ. 86. *S. Petrus Damianus* *Nouarin.*

Hoc itidem priuilegium ad diēm Natalis Domini, & ad diē eius Reſurrectionis transferendum cenſet Doctor Dionifius Chartuſ. ſerm. 2. Aſſumptionis, vbi pius, ac numque ſufficienter laudatus Auctor exiſtimat hac die inuiſere ſolitam animas, quæ Purgatorÿ ignibus torquentur, & plures inde eripere, & in cœlum collocare. Sic ſcribit Doctor. *Duo ſocÿ erant, quorum vnus circa feſtum omnium Sanctorum defunctus eſt, illius verò continuis fletibus ſe affligens nihil pro defuncto orauit. Cui poſt feſtum Natiuitatis Chriſti defunctus apparuit, dicens: nihil mihi profeciſti, & quaſi improperans ei fletum; Ecce, inquit, Beatiſsima Virgo Maria ſingulis annis in feſto Natiuitatis Chriſti ad Purgatorÿ loca deſcendit, & multas inde animas eripit, quoniam in nocte Natiuitatis illius Chriſtum Regem gloriæ peperit. Cumque in proxima Natiuitatis Chriſti ſolemnitate deſcenderet, & multas eriperet animas, ſperabam, quòd precibus tuis fuiſſet me etiam reductura, ſed non fecit. Verum quoniam proxima nocte Dominicæ Reſurrectionis, ſolet etiam deſcendere ad Purgatorium pro eductione animarum, eo quod Chriſtus nocte illa Sanctos de limbo eduxit, rogo ergo, ne ceſſes, pro me cum lachrymis orare, vt me illa nocte dignetur eripere, &c.* Hæc Doctor. Ex quo teſtimonio dilucidè apparet die Natalis, ac Reſurrectionis Chriſti, Mariæ erga Purgatorium liberalitas. *B. Dioniſi. Cartuſian.*

Vlterius adſtruunt probatæ auctoritatis DD. Virginem morituram, iamque è terra ad ætherea tabernacula abituram, ab vnigenito ſuo poſtulaſſe, vt omnes animas, quæ in Purgatorij cruciatibus detinebantur, ſecū ſocias ad gloriam eueheret; quod protinus conſecutam eſſe, quis ambigit?

S.Vincent. Ferrer. Hinc illud S. Vincentij Ferrerij pium teſtimonium, ſerm. de Natiuit. *Maria bona exiſtentibus in Purgatorio, quia per eam habent ſuffragium, &c.* Quod ſpecialiter capiendum autumno de illis, qui dum viuerent, eius obſequio, ac cultui addicti fuere, nomenquè tam auguſtū Mariæ celebrarunt; hi enim, vel vocabulum nudum Virginis audientes in Purgatorio, tantis cruciatibus leuabantur. Sic Chriſtus Dominus aſſerit, Virginem alloquens apud S. Brigittam, lib. 1. Reuel. cap. 16. *Tu es mater mea, tu mater miſericordiæ, tu conſolatio eorum, qui ſunt in Purgatorio, tu lætitia eorum, qui peregrinantur in mundo, &c.* Solatur omnes Maria, omnes protegit; cunctas animas illis cruciatibus afflictas leuat, ac aliquale eis refrigerium impendit.

Omnibus modis illis ſolamen adducit, tum breuiores, contractioreſque tales cruciatus reddens, ita vt pœnarum tempus ope Mariæ ſit contractum, quod alioquin longius porrigi, debuerat, quòd ſumma eius in illas animas pietas, ac propenſio, ſumma eius vis, ac auctoritas cuilibet facile perſuaſerit. Sic nouiter excogitauit Nouarinus, in ſua vmbra, lib. 4. excur. 84.

Aliter ſubvenit, flammas illas pro qualibet hora ſuis precibus, veluti quodam rore deſuper emiſſo mitigans, leuioreſque reddens, teſtatur Bloſius cap. 13. monili. *Bloſius.*

Inſuper cuncti, qui intactis his cruciatibus in cœlum euolant, in tam præclaro munere Virgini debitores ſunt; cuius ope immunes prorſus à Purgatorij flammis exiſtunt. De quo aiebat quidam Monachus, vt habetur in libro de geſtis virorum illuſtrium Villarienſis ſolitudinis. *Recordare, quod olim, cum eſſes iunior, glorioſa Virgo Maria per te mihi nuntiabat, dicens: Frater Abunde, dic fratri Godefrido, vt perficiat de virtute in virtutem, ſic erit filij mei, & meus Monachus, & cum migrauerit anima eius à corpore, non dimittam eam venire in Purgatorium, ſed ſuſcipiam eam, & offeram filio meo, &c.* *lib. de geſt. Viror. illuſ.*

Quod eſpecialiter de Virgine ſub aduocatione ſantiſsimi Roſarij probabiliter idem affirmare, autummo. Exiſtimo enim Ipſam frequenter deſcendere ad Purgatorium, confratreſque ſuos aleuare; quandoquè etiam alios è tam dira tormētorum vi ex-

extrahere, ac educere. Comprobant hanc veritatē verba in exordio cantici eiuſdem Virginis ſcripta. *Et exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo.* Per huius ſpiritum confratres ſanctiſsimi Roſarij, cæteroſque tali pijſsimæ deuotioni addictos, intelligendos eſſe, non renuo. Quæ deuotio cum gratiſsima inter omnes ſit illi, eos, qui illa affecti ſunt, ſpiritum Mariæ, & illius amicos eſſe, & dici, rectè valent. Accipe D. Antonin. 4. part. tit. 15. cap. 29. §. 2. qui inter alias explicationes hanc prædictis verbis tribuit. *Quarto ſumitur* (inquit Antoninus) *ſpiritus pro cœtu, ſeu caterua amicorum, ſicut dixit Chriſtus Lucæ 23. Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum, id eſt, omnes qui mihi per fidem, & charitatem ſunt adhæſuri; qui enim adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt cùm eo; ait Apoſtolus 1. ad Corinth. 6. Vidit ergo noſtra cantatrix multos futuros ſuos deuotos ſaluandos. Quot enim miſericordia ſua ab inferioribus clauſtris eripuit? Hos non immerito dicit ſpiritum ſuum, & ideo dicit: Exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo, &c.* Pende illud *ab inferioribus clauſtris eripuit?* Ex quo dilucidè colligi poteſt, quomodo hæc in præſentiarum exultatio; nihil aliud ſit, quàm à Purgatorio, ac eius terribilibus tormentis eripi. *S. Anton.*

AROMA VIII. AD MORES.

Gratiſsimum Deo, animabus Purgatorij ſubvenire.

DE agni ſacrificio cauebat lex Exod. 12. *Sin autem minor ſit numerus, vt ſufficere poſsit, aſſumet vicinum ſuum, qui iunctus eſt domui ſuæ, &c.* Quare quod de agno ſupereſt, in alterum non ſeruabitur diem? Sicut in ſaturatione quinque millium hominum Dominus præcipit? *Colligite quæ ſuperauerunt fragmenta, ne pereant.* Eleganter excogitauit Cluniacenſis ſerm in cōmmemorat. defunct. vbi ſic fatur. *Exod. 12. præcipitur quòd ſi minor numerus fuerit, vt nō ſufficiat ad eſum agni, eſſumat Paterfamilias vicinum ſuū, qui coniunctus eſt domui ſuæ, &c Vicini noſtri ſunt, qui in Purgatorio; non enim ſufficimus, vt virtutem illius agni exauriamus, niſi etiam illæ animæ participent, hæc eſt menſa Domini ad quam pauperes & debiles aduocantur, ſcilicet, Sancti, qui ſunt in Purgatorio.* Hæc Abbas. Quis quis Euchariſtiam ſumis, quis quis opera exequeris bona, quis quis ſacrificium offers al- *Exod.* *Cluniac.*

Digitized by Google

altaris. Parentum; cognatorum, familiarium, ac aliorum fidelium vicinorum, qui in Purgatorio diris excarnificantur tormentis, ne obliuiſcaris; participent vicini de hoc agno, ac alijs muneribus, ſi cũcta tibi perfecta exiſtere deſideras. Etenim ſi ipſi cibum tecum comedant, eſcam tuam non arripiunt, immo de ipſorum manducatione maximum tibi incrementum venit.

4. Reg. Apud 4. Reg. 3. Vidua quędã habens parũ ſibi oleum reſeruatum in lenticula, de Eliſei præcepto petijt mutuo à vicinis ſuis vaſa non pauca, hæc de oleo implet; & ſtatim, ac quod propriũ erat, alienis effudit vaſibus; protinus locuples, ac diues effecta eſt.

Aug. Pulchrè Auguſtinus, ſerm. 2. Domin. 5. poſt Trinit. *Conſiderate fratres chariſsimi, quamdiù vidua illa oleum in vaſculo proprio habuit, nec ſibi ſufficiebat, nec debitum reddere poterat. Cùm vero in alienis vaſculis, id eſt, in omnibus vicinis cœperit oleum charitatis effundere, tunc & ſibi ſufficere, & ab omnibus debitis potuit liberari.* Hæc Auguſtinus. Ne dicas, pauca poſsideo, animabus Purgatorij erogare non valeo; erras, erras, ô miſer, crudeliter agis, pœnas tanti ſceleris lues; mitte opera tua, & bona tua vaſis vacuis Purgatorij, vicinis, inquam, tuis: Dum mittis, nõ dimittis, dum das, non perdis, dum offers, non alienas; nã quod dederis, tuum erit, quod celaberis, alienum.

Hieremiæ. Hieremiæ 12. Animæ purgatorij (iuxta piorum magiſtrorũ intellectum) tranſeuntibus, ac in iſta mortali vita habitantibus ſic inclamant: *Erue nos de manu inimicorum, & ſeruiemus tibi.* Quæ verba de animabus, auxilium, miſericordiam a deuotis ſuis petentibus, enucleat Cluniacenſis. Sed quod obſequium, quodque beneficium animæ Purgatorij tot tormentis ſancinatæ, tot aflictionibus, doloribuſque contortæ fidelibus mortalibus impẽdere valebunt? Sanè non ſolum in ſpiritualibus, verùm & in tẽporalibus mortales adiuuant, dum a periculis animæ Purgatorij eos remouent, ab inimicis defendunt, vnaque quaſi acie paratæ, aduerſarios ſuorum amicorum oppugnant, debaſtant, & pro ipſis viriliter agunt, fortiter, & vnanimiter militant. Accipe

Cluniac. Cluniacenſem, ſerm. 1. defunctorum: *Clamat enim cuilibet noſtrum, illud Heremiæ 12. Erue nos de manu inimicorum, & ſeruiemus tibi. Et certè ita faciunt; immò etiam aliquando temporaliter ſeruiunt. Legitur enim, quod miles fugiens hoſtes intrauit in quoddam cimenterium, & ſtatim omnia corpora defunctorum ſurrexerunt, quaſi vir vnus parati ad auxilium militis. Et hoc fuit, quia libenter dabat eleemoſynas pro mortuis, & frequenter pro eis orabat, & tunc hoſtes ſunt in fugam conuerſi.* Hæc Abbas.

Sin

Digitized by Google

Sin autem defunctis obliuioſus es,ac ipſorum clamoribus immobilis,ac prorſus obſtinatus,ipſos ſub altare Dei vindictam in te interpellantes,conſtituis.Nonnè Apocal.6. taliter deſcribũtur? Haud dubiũ. *Vidi ſubtus altare Dei animas interfectorum* *Apocalip.* *propter verbum Dei,& propter teſtimonium quod habebant, & clamabant voce magna dicentes: vſquequo Domine non iudicas, & non vindicas ſanguinem noſtrum,de his,qui habitant in terra? &c.* Miror,quo pacto animæ de ſanguine vindictam expoſcant, cũ tamẽ earum obliuioſi,& non interfectores ſint? Proculdubio immemores animarum Purgatorij interfectores ſunt, quia ſuo modo animas Parentum,propinquorum,aut familiariũ necant, dum obliuione ſua animæ diutius in Purgatorio excarnificantur. O quam pulchrè D.Antoninus 4.p.tit.14.c.10. *Et illi qui-* **S. Anton.** *dem,qui negligunt implere hæredes,vel executores notabiliter,& ſine cauſa,peccant mortaliter ; quia inferunt damnum notabile proximo.Vnde* 13.q.2 § *qui oblationes:dicitur,tales vt necatores animarum excõmunicantur.* Quid pulchrius? Dum differs, o fili, Patris tui implere teſtamentum,ipſum amplioribus excarnificã dũ tormẽtis offers,tu enim interficis, & acriora infigis vulnera.

Miſerere ergo gemituum eius, miſere ſine pedibus, & manibus forti oppreſſum manu Adonibezech, Iudic.1 paſce famẽ patiẽtibus;etenim nõ præbens,occidis. O *quã grãdis calamitas* (exclamat Auguſtinus) *ò quam grandis crudelitas: clamant ad nos* **D. Auguſt.** *quotidie,qui dum viuerent,multa mala pro nobis ſuſtinere,voluerunt. Neque eis ſubuenire,curamus;verè magna inhumanitas; infirmus clamat,& a medicis conſolatur;cadit aſinus, omnes eum leuare feſtinant: Sed iacet in tormentis fidelis,& non eſt,qui reſpondeat.* Hæc Auguſtinus.

AROMA IX.

Tartarea illuminat habitacula NOMEN MARIA, *& ſplẽdoribus ſuis à ſulphureis carceribus defendit.*

DAnielis 3 Ob repugnantiam ſtatuæ adorationis tres pueros *Daniel,* in fornacem trudi,flammiſque torreri,iubet impius Nabuchodonoſor. Et cur non eodem affici ſuplicio Danielem, aut Balthaſarem præcipit Rex? Si eodem arguebatur ſcelere, cur non eadem efflagitatur pœna? Sanè quia Balthaſar nomine decorabatur (quod nomen Dei cuiuſdam Gentilium erat) exiſtimat tiranus illeſum abiturum Danielẽ,ſeſeque ab igne immunem

Digitized by Google

S. Iſidorus Peluſ. nem fore. Sic Iſidorus Peluſiota, lib. 3. epiſt. 19. *Reſpondeo* (ait) *hoc diuino conſilio, & prouidentia contigit, nè impij flammæ oppoſitionem Dei Babylonici nomini adſcriberent. Balthaſarum enim eum in honorem declarationis rerum arcanarum appellabãt, &c. Poterant enim ſuſpicari, Danielem, quia eodem nomine Dei ſui Balthaſaris vocabuli gaudebat, ab igne liberatum fore, & ſic Deus non patitur cum pueris in fornacem immitti, &c.* Si ergo nomen falſi Dei, in ethnicorum opinione, ſic ab igne poterat liberare, quomodo Mariæ nomen Virginis, vtique matris veri Dei omnipotentis ab igne non emancipabit?

Andreas Cretenſ. Elegans extat apud Andream Cretenſ. ſerm. Anut. Ad Mariam teſtimonium, dum eam *forcipem carbonis ardentis Seraphicum* interpellat, id eſt, quia ipſius affectu, ac patrocinio è tenebris tartarorum homines extrahit, præſeruando, ne illuc vadant.

Pſalm. 87. Pſal. 87. Sic Regius Vates de Deipara prædicens effatur. *Etenim Dominus dabit benignitatem, & terra noſtra dabit fructum ſuum* Vbi per terram plerique Mariam autumant. Sed quid cùm terra Deipara? Quare quæ ſuperos pulchritudine euincit, terræ humili aſsimilatur? Benè Richardus à S. Laurencio, lib. 8. de laudib. Deiparæ, ſic effatur. *Maria terra, quia nobis interponitur abyſſo, qua ſubtracta, ſicut Core, Dathan, & Abiron ſtatim deſcendimus in infernum, viuentes. Sic ſubtracto nobis adiutorio Mariæ, ſtatim labimur in peccatum, & deinde in infernum.* Hæc Richardus.

Richard. à S. Laur.

Inter nos, & abyſum, terram plaſmatam, quis non videat? Hac ergo, quia interpoſita eſt, non demergimur in profundum. Hac ſiſtimus, ne in abyſum ſubmerſi detrudamur. Hæc ergo terra typum Mariæ gerit, cuius patrocinio ſiſtimur, & ſtabiles, ac firmes permanemur, ne in Tartara tenebroſa noſtris ſceleribus mittamur, ac miſerè pereuntes æternis mancipemur cruciamentis. Hinc deuotiſsimè Mariam in ſuo Pſalterio interpellat. *Tenebræ* (ait) *mortis venerunt ſuper me, & pauor inferni inuaſit me; ego autem expecto conſolationem tuam, & in cubili meo attendo miſericordiam tuam.* Hæc Doctor Seraphicus.

D. Bonau.

Stellam Mariam interpretari ob plures vtriuſque conſimiles proprietates fuſsè dedimus. Sed Doctor Melifluus aliam pro nobis excogitauit cauſam. Sane ſtella non ſolum in hæc exteriora, ac viſibilia influit, ſed ſuis radijs inferiora penetrans, mirabiles educit effectus. Sic Maria exteriora illuminans, abyſum non omittit, ſed poſsibiles illi Regioni Tartareæ impendit effe-

fe-

fectus, vt cunctos de plenitudine *Mariæ* accepiſſe teſtetur. *Stella* (ait hom. 2 ſuper miſsus eſt) *ex Iacob, cuius radius vniuerſum orbem illuminat, cuius ſplendor, & præfulget in ſupernis, & infe ros penetrat, & calefacit mentes, fouet virtutes, & excoquit vitia, &c.* Qui Doctor ſerm. 4. Aſsumption. ferè eadem deuotiſsimè reſcribit. *Quis* (ait) *miſericordiæ tuæ, ò Virgo benedicta, longitudinem, latitudinem, & profunditatem, queat inueſtigare?* Et poſtea annectit. *Profundum eius* (ſcilicet *Mariæ*) *ſedentibus in tenebris, & in vmbra mortis inuenit redemptionem.* Sic Bernardus. O ſtella fulgentiſsima, quæ vniuerſas illuſtrans Regiones, cuncta illuminas ſpatia! Quis eſt ſiue in cœlo, ſiue in terra, ſiue in inferno (ſi piè loquamur) qui ſe à calore tuo abſcondat? aut à te non accipiat claritatem? *S. Bernar.*

2. Reg. cap. 24. Sapientiſsimus Rex Salomon, patre Dauid mortuo. Regnaturus incepit. Poſtquam ergo Regnum illius nimis firmatum eſt, Abiathar ſic alloquitur. *Vade in Anathoth, ad agrum tuum, equidem vir mortis es; ſed hodie te non interficiam, quia portaſti Arcam coràm Dauid patre meo.* Quæ eſt hæc Arca, quæ Abiathar, id eſt, fidelem, (ſic apud Peritos interpretatur) à morte defendit? à periculis tuetur? ſanè Deipara *Maria*. Sic Ildephonſus ſerm. 1. Aſsumptionis: *Maria*, ait, *Arca eſt exterius inaurata virtutibus, & fabricata interius auro puriſsimæ maieſtatis, in qua lex teſtamenti, & mannà fuit, quod de cœlo fluxerat.* Hæc Ildephonſus. O quam multi in inferno eſsent detruſi, & æternis cruciamentis deſtinati, niſi hanc portaſsent Arcam in corde ſuo, niſi nomen *Maria* per ſua funderetur labia, ac corde toto affectu reconderetur! Certè, certè multi his pœnis, flammiſque ſulphureis inuoluti perirent, niſi hæc ſuperna lux nominis *Maria* illuminaret, vt ad illud refugerent, quod ſit eis immunitatis, ac ciuitas refugij. *2 Regum. Ildephonſ.*

Danielis 2. Statuam illam ſuperbiſsimam Nabuchodonoſor omnibus adorandam proponit, præcipit, præceptique tranſgreſsoribus flammas minitatur. Hebræorum tres pueri inuenti ſunt, qui tale ſcelus ſacrilegum contrahere, viriliter obſiſtunt, Nabuchodonoſor voluntati ſuperbæ occurrunt, ac eius edicto, ſub capitali pœna conſtituto, indulgere, hoſtiliter, ac viriliter renuunt. Tandem vt tranſgreſſores Legis, iuſsu Principis, horrẽdis fornacis flammis detruduntur. Quid tunc? pueris flamma reuerentiam adhibet, blanditur, & virtutem ſuam intercidens, ſplẽdore illuminat, fauet, ardore non torquet, non affligit: immo cru- *Daniel. 2.*

Digitized by Google

crudeles Regis miniſtros, quaſi arbiter, rationis compos ardore conſumit, inſequitur, oppugnat. Nabuchodonoſor exhorreſcens, ſic clamat: *Ecce ego video quatuor viros ſolutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis eſt, & ſpecies quarti ſimilis Filio Dei.* Mirum valde! quomodo ignis, qui idolatras extraneos torquet, comburit, conſummit; pueros intra ipſum fornacem circunſcriptos obumbrat, indulget, & allambit? certè quia fornax typus erat Mariæ, quid mirum vt ab igne liberet, & à flammis ebullientibus defendat? Concinnè Synaita, lib. 4. anag. cont. *Quartus Chriſti præfigurabat imaginem, ſicut etiam fornax Virginis.* Hæc Sinaita: preme ea: *Sicut etiam fornax Virginis.* Fornax ille, virgo Maria eſt; pueri in illo fornace, fideles ſub vmbra Mariæ Protecti, eiuſque auxilio communiti. Quomodo ergo flammis comburentur? Quomodo voracis ignis cruciatibus mactabuntur? Cuius ſeruuli, ac eius per dulciſsimi nominis deuotione affecti, ipſius interuentu tartaream flammam ignorabunt.

Diſcipulus Cæſarius. Apud Diſcipulum, & Cæſarium fertur: quòd quidam Preſbyter nihil exequebatur virtutis, ſed inter tot vitia ad Virginē ſuum officium perſoluens, ſedulò dulciſsimum Mariæ nomen interpellabat. Quadam tamen die in amnem rapidum, vt libidinē expleret, ſe immiſsit. Sed ab inundatione ſubmerſus, & iam penè mortuus, nunquam ſalutationem, *Aue Maria*, omittit. Moritur, à Dæmonibus capitur, ad Chriſtique tribunal iudicandus, ſiſtitur. Ibi poſt multas cùm dæmonibus, animam eius petentibus, altercationes, Maria adeſt, & ad filium pro ipſo interpellat ſic. Quæſo, vt coram te inueniat gratiam, quia ſemper in laudibus meis fuit aſsiduus, ſi enim nollunt dæmones ita credere, reſpiciant os eius: quod dæmones ita facientes, inuenerunt rubricatum litteris aureis, *Aue Maria*, & confuſi receſſerunt. Tunc iudex præcepit animam ad corpus reddire, & vitam in melius commutare. Quid aptius? Quid fiducius?

S. Germ. Hinc S. Germanus in Encomio Virgin. ſic eam alloquebatur. *Tu, ò Maria, cum habeas maternam apud filium tuum fiduciam, & potentiam, nos qui ſumus condemnati; & non audemus intueri cœli altitudinem, tuis interpellationibus, & interceſsionibus Deo effecis familiares, das ſalutem, & ab æterno liberas ſupplicio.* Hæc Germanus.

Obumbratam inſpicio Deiparam in illo arcu fœderis, in nubibus collocato, poſt mūdi alluuionem vniuerſam, quo Deus *Geneſ. 19.* Geneſ. 19. miſericordiam hominibus promiſsit, irá, ac flagella

auer-

Digitized by Google

auertit, ad amicitiam ſpopondit; ſicut enim ille Deum nullo modo flagellantem, ſed placentem oſtendit: Sic Maria ipſum nullo modo hominem æternis ſupplicijs deſtinatum exprimit. Sic S. Bernardinus Senenſ. 3 tom. de Beata Virgine, ſerm. 1. art. 1. cap. 3. *Profectò (ait) ipſa eſt arcus fœderis ſempiterni, poſitus in nubibus cœli, ut non interficiatur omnis caro: ſicut enim illo poſito, pœnæ, ac alubiones, ruinaque hominum ceſſarunt, ac eorum vita præſignata fuit. Sic patrocinio Marianò inſpecto, ira Dei ulterius non comparent, & hominum punitio, ac flagellatio ulterius non procedit. Maria utique illuſcente, Deus iam non puniens, non ſeuerus, ſed totus miſericors apparet, &c.* D. Bern. Senen ſ.

Egregiè S. Bernard. ſerm. 98. ſic effatur. *Maria terris dedit Deum, per Mariam elementa renouantur, Mariæ miſericordia peccatores homines ſaluantur; pij & iuſti glorificantur. Per Mariam Angeli, qui in cœlo ſunt, reſtaurantur, Maria dedit cœlis gloriam, ad Mariam reſpiciunt qui in cœlo ſunt, ut eripiantur.* Hæc S. Bernardus, qui clarius noſtrum Aroma communiuit, ſerm. 98. *Per te* (ait ad Mariam) Virgo ſancta impletum eſt cœlum, infernus euacuatus eſt, inſtauratæ ruinæ cœleſtis Hieruſalem, miſeris expectantibus perdita vita data. Hæc Bernardus. S. Bern.

Tandem in calce Aromatis non omittam Ildephonſum Toletanum Archiep. de hac re piè diſſerentem, ſerm. 5. Aſſumpt. ubi Deiparam in cœlum aſcendentem depingens, ſic ait. *Totus mundus hodie* (ait) *condigna iubilatione lætatur, tartarus tantummodo ululat, fremit, ac ſubmurmurat, quoniam gaudium huius diei clauſtris infernalibus incluſis aliquod remedium, & refrigerium præſtat. Non audent (ut opinor) miniſtri tartarei hodie attingere ſuos captiuos; quos recolunt redemptos ſuo ſanguine, qui pro mundi ſalute eſt dignatus naſci de Virgine.* Hæc Archiepiſcopus. De quorum verborum veritate, rigore Theologico, nõ diſſero, nec in præſentiarum diſcutio; refero dumtaxat tanti Doctoris, ac tam eximij Præſulis dictum. Nihilominus probabile apparet, quod docet Rutilius Benzonius in Pſalm 86. cap. 32 Et Iacobus Corenus lib. 1. cap. 13. beneficium punitionis in inferno citra condignnm interceſsioni, ac præcibus Mariæ deberi. S. Ildeph. Rutilius Benz. Iacobus Coren.

Quod accipe ex noſtro Præſule S. Antonin. 4. part. tit. 15. capit. 20 § 13. ſic aſſerente. *Sciendum, quod ſecundum Albertum conuenienter dicitur Regina miſericordiæ, quàm gratiæ regina, vel gloriæ, vel iuſtitiæ multiplici ratione. Prima ratio eſt, quia plus comprehendit, & ad amplius ſe extendit regnum miſe-* S. Anton.

Digitized by Google

ſericordiæ, quam regnum gratiæ, gloriæ, vel iuſtitiæ. Quod probatur ex eo, quia gratia, gloria, vel iuſtitia per ſe tantum dicunt collationem boni, & ablationem mali, vt peccati, & huiuſmodi. Sed miſericordia ſe extendit, etiam ad id, vbi non eſt collatio boni, gratiæ, vel ablationis peccati, quia ad eos, qui ſunt in inferno, ibi enim erga damnatos non eſt collatio boni, gratiæ, vel ablatio peccati, ſeu mali culpæ, & tamen eſt ibi miſericordia, & ſi non liberatio, tamen minus, quod merentur, puniens; merentur enim ad nihil redigi, qui tamen conſeruantur in eſſe naturæ, vt dicere valeant illud, Threnor. 3. miſericordiæ eius, quod non ſumus conſumpti. Ab ampliori autem potentia, atque maiori, dignitas maior eſt, & denominatio; ergo à ſumma, & maiori dignitate debet dici Beata Maria Regina miſericordiæ, quam gloriæ, gratiæ, vel iuſtitiæ, &c. Quod idem repetit S. Præſul in 2. oratione, qua probat debere dici Beatam Virginem miſericordiæ.

Inſuper miſerrimis illis ſulphureis in æternum adſcriptis ſuccurrit, dum peccatorum pœnas, acrius infligendas, mirabili diſpoſitione leuat. Etenim peccatoribus tormentis tartarorũ diuina prouidentia deſtinatis vitam citius ſuccidit. Ne diutius peccatis viuentes immanioribus cruciatibus in inferno arcerentur, Vitam itaque eorum maturè de medio tollit, vt æternam mortem inferni paulisper alleuet. Quod dulciſsimam Virginem ad Beatam Brigittam enuntiaſſe, lib 11. reuelation fertur. *Vellet Diabolus* (ait) *vt homo haberet voluntatem peccandi, quamdiù vixerit, diu viueret, vt poſt mortem magis doleret: et ideo gratia mea dirumpit laqueum, quem vides, id eſt, abreuiat vitam carnis miſeriæ contra voluntatem diaboli, ne fiat dolor ex iudicio iuſtitiæ ita horribilis, vt deſiderat inimicus &c.* Sæuiſsimus humani generis hoſtis, infenſus ille humanæ, dignitatis inimicus varias in homines inſidias demolitur, ſubtiliſsimas in eos machinas debachatur. Non ſolum noſtram exoptat miſeriam, non ſolum noſtris gaudet malis, noſtris ſurgit ruinis, noſtris vulneribus conualeſcit, noſtrum ſanguinem ſitit, verùm quantò acriora nos ſufferre conſpicit cruciamenta, doloreſque pati immaniores, tanto amplius ſibi complacet, tantô ſuauius ſibi iucundatur. Qua propter, pijſsima Maria multoties iſtorum peccatorum interitum curat, ne eorum vita diutiùs perſeuerans, ipſique propenſius peccatis adhærentes, fortius in inferno crucientur; quo pacto dicitur, etiam damnatis ſubuenire.

S. Brigitta

Præfata eleganter approbat pijſsimus Richardus à S. Laucio, lib. 4. de laud. Deiparæ: *Quæ autem iuſtitia* (ait) *vel quo iu-*

Richard.

Digitized by Google

te ipſi ſaluet damnabiles, & ſine pœnitentia defunctos, quis ſufficiet enarrare? Conſtat autem, quod ita facit, & quod ſalua iuſtitia facit: Et ad huius rei euidentiam dicitur: Fons ſignatus, Cantic. 4. Nam ſic exuberans eſt iſte fons miſericordiæ, quòd ſemper fluunt miſerationes eius, integro tamen, & illibato ſigillo iuſtitiæ, quia ſic ingenioſè ſcit, facere miſericordiam, quod non frangit iuſtitiam. Hæc Richardus. De quo conſule Diſcipulum, lib. de Miraculis Mariæ, exẽplo 61. Vincẽtium Beluaſenſem, lib. 7. c. 115.

Ad hæc vlterius: Corporibus reproborum aliqualiter Deipara ſubvenit, dum dæmones nimia auiditate illa ſpectantes frænat, reprimit, coercet, ne in hac vita ante futurum Dei iudicium tormentis excarnificare, ac ſancinare incipiant. Optaret ſæuiſſimus hoſtis iam iam damnatorum corporibus ſtatim, ſtatim cũ anima cruciatus adhibere. Aſt, Intemeratæ Reginæ Deiparæ interuentu, nominiſque eius efficacia, corporum tormenta vſque poſt diem iudicij prorrogantur, ac differuntur. Ita Deipara Sanctæ Brigittæ in ſuis reuelationibus, cap. 84. *Illis, qui non obtinent pœnitentiam, abreuiauit gladius meus aliquam pœnam corporalem ante mortem, ne diabolus plenam poteſtatem habeat ſuper corpus, dum in mundo vixerint, ſicut habet poteſtatem in inferno, &c.* Quare peccatores reprobos diuina prouidentia in inferno clauſos, corporaliter ante diem iudicij non vri, non excarnificari, *Mariæ* pietati, & miſericordiæ adſcribendum, iudico. S. Brigitta

Neque in dictis Doctores pedem ſiſtunt, ſed vlterius progreſsi ſunt. E quibus Odilon, dignus Abbas Cluniacenſis, ſermone Aſſumptionis dumtaxat in præſentiarum vocandus eſt. Cenſet die Aſſumptionis *Mariæ* dæmones captiuos ſuos non torquere, ſed reuerentia tanti feſti, aut timore aſcendentis Mariæ, aut eius nominis perſonantis perculſi, manum a tam diris cruciatibus ſubtrahere. Quo autem fulcimento ſupradictus nitatur author, ignoro. Iudicet ſapiens, eiuſque capiat verba. *Dicam* (ait) *aliquid plus (ſi audeo) dicam fideli præſumptione, dicam pia temeritate. Totus mundus hodie condigna iubilatione lætatur, & gaudet, tartarus tantummodo vlulat, fremit, & ſubmurmurat; quoniam gaudium, & lætitia huius diei clauſtris infernalibus incluſis aliquod remedium, & refrigerium præſtat: non audent, vt opinor, miniſtri tartarei hodie attingere ſuos captiuos, quos recolunt redemptos illius ſanguine, qui pro mundi ſalute eſt dignatus naſci de Virgine, &c.* Hæc Doctor piiſsimè, vt *Mariæ* aſſumptæ vniuerſalem extolleret lætitiam, &c. Odilon Cluniac.

Inſuper hanc ſublimem Virginis pietatem aliter alij exponunt; quòd ſcilicet Virgo aliquos in inferno iam iudicatos liberauit

Digitized by Google

(quod ego libenter amplector) hos non fuiſſe in æternum deſtinatos, ſed ad tempus; eô quòd præuideret Deus, Virginis interceſsione eos ab illis flammis eruendos, quod nullatenus diuinæ præiudicat iuſtitiæ, &c.

AROMA X. MORALITATIS.

Quem vel inſenſibilem tartara non terreant, gehenna non frænet?

Geneſ. GEneſ. 11. Peregrinus Iacob quadam nocte, itinere defeſſus, reclinato ad caput lapide, ſuccumbit: dormienti itaque cœleſtes arces reſerantur, inhabitantis Dei abſtruſa triclinia pãduntur, ingens ſcalæ imago ſomnianti obijcitur, per quam Angelos aſcendentes, & deſcendentes conſpicit. Surgit tandem Iacob, & perterrefactus exclamat. *Quàm terribilis eſt locus iſte? nõ eſt hic alius, niſi domus Dei, & porta cœli, &c.* Quorſum tantus Iacobi pauor? Quid times? Quid formidas Iacob? Quando ad diuina colloquia vocatis, quando cœleſtiũ theſaurorum arcana tibi reſerantur, ita pauidus ſtupes? Ita timore percuſus, ac formidoloſus exiſtis? Egregiè Caietanus tanti timoris cauſas expo-
Caietan. ſuit, dum ad illud *aſcendentes, & deſcendentes*, ita legit, *Aſcendentes, & decidentes, à cado verbum*, quod idem ſonat, ac *ruere.* Ac ſi dicat. Quis non ſtupeat Angelos aſcendentes, alioſque in profundum tartarorum lacum decidentes? Quem infernorum flamma non terrebit? Ille, inquam, ignis inextinguibilis, frigus inſuperabile, vermis immortalis, fætor intollerabilis, tenebræ palpabiles, flagella cædentium, horrida viſio dæmonum, confuſio peccatorum, omniumquè bonorum deſperatio. Hæc enim quod etſi lapideum cor non emollient, ac in cinerem non conuertent?

Intraturus vaſtiſsimum ſuæ Paſsionis pelagus benigniſsimus Ieſus, ad villam Gethſemani ſe recepit, vt inde à militibus vinctus, ad victimam duceretur: ſupplex ad Patrem orat; orans, ſic fortiſsima afficitur triſtitia, vt veluti in ſudorem reſolutus guttæ ſanguineę per viam currerent. Quid rarius? Quid te, ô fortiſsime Dux, tam ſanguinolentum reddit? Quid tanti cruoris origo? Quid in te tã nimium pauorem, tantamque excitat formidinẽ? Certè excogitabat Dominus tartarorum gehennã, qua iudei ob eius homicidiũ erãt detrudẽdi, & huiuſmodi infernalis ignis alios cruciaturus, tantũ Chriſto incutit pauorẽ, vt factus ſit ſudor

eius;

eius, ſicut guttæ ſanguinis decurrẽtis in viam. Accipe Rupertum de victoria verbi Dei cap. 21 *Verè igitur* (ait) *tantum miraculum ſudoris non otioſum fuit, quia contra infelices Iudæos in præſagium iudicij terribilis, & vindictæ horribilis, &c.* Preme ea: *& vindictæ horribilis, &c.* Infernalis gehenna Iudæis infligenda Diuinum terrebat cor, pauidumque Diuinum conſtituebat pectus, ita vt ſudor eius, ſanguineæ guttæ in terram defluerent. *Rupert.*

Certè peccatorum inſenſibilitas campi animantia, ac aereas deuincit volucres: hæc aliquãdo vẽturos caſus præſentiunt, ſuamque miſeram cladem ſolerter cauent, futuras præuident tempeſtates, ac in latibulis ſuis collocantur. Solus peccator adamãte durior, inſẽſibilibus inſenſibilior, nec ſupplicium metuit, nec tartara timet, nec imminens excruciamentum pertimeſcit.

Hunc ergo locum, in æternum à Deo clauſum, expauebat Regius Vates Pſal. 68. aſſerens *Neque vrgeat ſuper me puteus os ſuum.* *Pſalm.* Cuius timorem, ac honeſtiſsimum pauorem, locique terribilitatem D. Hilarius ſer. 2. de nuptijs, eleganter exponit. *Ideò dixit, neque vrgeat ſuper me os ſuum, quia cùm ſuſceperit reos, claudetur ſurſum, & aperietur deorſum, dilatabitur in profundum; nullum ſpiramen, nullus liber anhelitus clauſtris deſuper vrgentibus relinquetur, detrudentur illuc maledicentes rerum naturæ, vltra neſcientur à Deo, qui Deum ſcire nolluerunt, morituri vitæ, & morti ſine fine victuri.* *Hilarius.* Hæc Hilarius. Et quàm pulchrè! Huius putei os ſuper te imminens ne obliuiſcaris, ne præſentibus ita hæreas, vt futurorum malorum immemor ſis, nam abſurdum, & indecorum eſt, vt ſtolida, ac bruta animantia imminentis exidij præcaueant, tu autem peccator huius putei gurgitibus penè detrudendus, ſecurus, ac impauidus adſis.

Egreſſo Iacob de Patris iacentis cubiculo Genſ. 38. venit *Geneſ.* Eſau, decoctoſque de uenatione cibos offerens Parenti, humiliter ſic effatur: *Surge pater mi, & comede de venatione filij tui, vt benedicat tibi anima mea, &c.* A patre ſciſcitatus, quis eſſet? poſtquam primogenitum ſuum eſſe audiuit, expauit Iſaac ſtupore vehementi, vltra quã credi poteſt, admiratus. Quæ tanti pauoris occaſio? Quæ tanti terroris origo? Quid tanto viro terrorẽ infert, animum frangit? Quid eius cor tam nimio conturbat horrore? Aliqui Rabbini apud Lyranum præfato loco exiſtimãt gehennam Iſaaco apparuiſſe, cuius vel ſimplex imago animum conterrebat, pectus horribiliter conturbabat. *Dicunt Hebræi,* ait Lyra, *quod Iſaac, auditis prædictis, voluit retractare benedictionẽ Iacob; ſed tunc ex volũtate Dei vidit gehennã apertã, ſibi* *Lyran.*

paratam, ſi retractaret, propter quod expauit, & non retractauit, ſed magis confirmauit, &c. Meritò terreſaciebant pij Patriarchæ pectus tartarea ex cruciamenta, in quibus vniuerſitas viget tormentorum, his obſignata metris.

Vermes, & tenebræ, flagellum, frigus, & ignis,
Dæmonum aſpectus, ſcelerum confuſio, luctus.

Vbi habebunt miſerrimi conturbationem, & compreſsionem in cerebro, planctum in oculis, ſtridorem in dentibus, fœtorem in naribus, ſitim in lingua, famem in ſtomacho, vincula in manibus, ac pedibus, ac denique erit vniuerſalis pœna, inſanabilis dolor, peſsima plaga iuxta Hieremiæ 32.

AREO.

Digitized by Google

AREOLA SEXTA.

NOMEN MARIA PER IDEM, *AC REVELIO.*

AROMA I.

NOMEN MARIA *IPSAM pauorem tartarorum, ac Dæmonum deſtructionem prædicat.*

QVANDO rei nomen veritati non cohe-ret? vtique ſemper illi adæquatur. Geneſ. 4. *Gen. 4.* Sic Moyſes: *Adam cognouit vxorem ſuam, &c. Quæ concepit, & peperit* Cain. Cur non dixit: quæ concepit filium, qui vocatus eſt Cain? Primô enim eſt ortus. Secundô, nominis impoſitio. Quæſtionem extricat Philo Hebræus, lib. de Cherub. *Vulgus hominũ* *Philo Hebræus.* *nomina imponere rebus diuerſa ab ipſis ſolet, vt aliud ipſæ ſint, aliud ſonent. Apud Moyſen verò nominum impoſitiones manifeſtiſsimè res ipſas indicant, vt res neceſſariò in nomen abeat ſine vlla*

vlla differentia,&c. Quid pulchrius? En quomodo in ipſis rerũ nominibus naturæ,ac eſſentiæ depingantur.

Caniſius. Caniſius Mariani pudoris propugnator lib. de Deipara,cap. 1.deriuationem huius nominis exponens, ſic fatur. Deducitur autem hoc nomen,vel a verbo *Marah*,quod rebellionem deſignat,vel à *Marar*, & *Iam*, quod amarum mare interpretatur. Nonnulli à לאזנבלה על לשון [illegible] quod latine ſonat *Nouacula*.

Rectè ergò in Maria nomine rebellio, & pugna, *Nouacula*, continentur,quia Maria gratiæ viribus,induſtriæ robore totum tartareum imperium debellauit,deuicit,detriumphauit. En quo modo ex ipſo Mariæ vocabulo aptè percipitur,eam caput contriuiſſe diabolicum,ad cuius appellationem,occiſis viribus,dæmones terga vertunt,& ſi apparere audent,deuincuntur, Mariaquè victrix ouat,debellatrix triumphat.

Exod. Exodi 14. Oppreſſos potenti manu Iſraelitas Dominus miſertus,de tanta Ægyptiorũ tyrannide extrahere, decernit. Sub obſcura luce decimæ quintæ diei mẽſis Niſan,ad iter vocati,protinus accinguntur;militari Ordine ſexcentorum millium pugnatorum acies conſtructa, immenſam aliam multitudinem imbecilium omittentes,geminatis clamoribus,ne timida,aut furtiua diſceſsio videretur,diu expectatam viam hilares capeſſunt. Pertingunt mare,ſuper quod manu Moyſi extenſa, flante vento vehementi,Dominus vertit in ſiccum: ingrediuntur filij Iſrael per medium ſicci maris,Ægyptijs eos perſequẽtibus, equitibus, curribus,cunctoque Pharaonis bellico apparatu,opertis vndis, aquis que maris penitus obuolutis.Quid tunc? Sumpſit ergo Maria Prophetiſa tympanum in manu ſua,pro tantaque victoria reportata,gratulabunda cecinit.*Cantemus Domino,glorioſè enim magnificatus eſt,&c.*

Quare ergo iſta victoria decantanda Mariæ deſtinatur? Quid eſt,quod inter tot victores,inter tot triumphantes milites ſolũ Maria tam celebrem de Pharaone buccinat triumphum? Sanè quia alterius Mariæ,ſcilicet,Deiparæ imaginem ferebat, quæ Pharaonem,id eſt,diabolum proſtrauit,ipſumque,truncatis viribus,euicit,& debellauit. Accipe D.Antonin.Archiep.Flor.4.

Antonin. p.c.14.tit.14 de nomine Mariæ. *Fuit autem*,ait,*figurata hæc B. Maria quantum ad nomen in Maria ſorore Moyſi,& Aaron:illa enim,tranſito mari rubro,cecinit cum gaudio, cantemus Domino,&c.Et iſta Maria nonſolum mater,& ſoror affectu, ſed & natura Sumi Sacerdotis Ieſu,& Ducis populi Iſrael, populi fidelis;*

Digitized by Google

lis;poſt primam Natiuitatem in vtero,intelligens in ſui initio proſtratum Pharaonem infernalem cum ſuis,Deo gratias agens, dixit: Magnificat anima mea Dominum, &c. Hæc Antoninus. Si illa,arrepto tympano,exultabunda Pharaonem proſtratum demonſtrat,Maria nomine ſuo omnes aduerſarios noſtros opprimit,frænat.Si enim figura Deiparæ ita victrix,quid figurata non exequetur triumphorum?

Hæc Mariæ triumphantes victoriæ depictæ fuere in illis Numer.24.vbi Balaam prophetauit.*Conſurget virga de Iſrael, & percutiet Duces Moab,vaſtabitque omnes filios Seth,&c.*Vbi per virgam,iuxta communem ſententiam, Deiparam accipio. Sic Eccleſia:*Virgo Dei Genitrix virga eſt, flos filius eius.*Per Moab Duces, & filios Seth ſpiritus immūdos capio:quia *Moab*, idem eſt,quod *de patre.Seth*,idem ac *depoſitus*.Qui enim depoſiti fuere de patre,creatore ſuo,niſi dæmones, qui elati, tumidi ſuper aſtra Dei accēdere exambierunt,in lateribus Aquilonis ſedere, ipſumque Deificum thronum arripere conati ſunt? Iſtos virga Dei conſurgens percutiet,deuaſtabit,non alio armorum apparatu,quam ſui nominis inuocatione.Sic Bern.Buſt 2.p.ſerm.1. *Huius enim virgæ nominatio,ſalutatio, & laudatio eſt dæmonibus valde terribilis;quando enim audiunt ipſam B.Virginem nominari,ita eſt,ac ſi ſentirent clauam cū qua percuterentur.* Hæc Doctor.Quemadmodum homines horrent dæmones, eiuſque vmbra territantur,ita ipſis dæmonibus nomē Maria pauor,horror,claua ipſos crudeliter transfigens.

Numer.

Eccleſia.

Buſtos.

Fatur eleganter Tertulianus aduerſus Valentinum cap.3.Efficaciam Marianæ inuocationis ſic præmit. *Itaque*, ait, *audito* (Mariæ nomine) *Serpens quoniam poteſt,totamque prudentiam in latebrarum ambagibus torqueat,altè habitet, in cæca detruditur,per amfractus ſeriem ſuam euoluat,tortuosè procellat,nec ſemel totus Lucifuga beſtia.* Et poſteà ſic annectit: *Tanto victoria facta tripudio,adaplaudunt cœlicolæ omnes,& triſtes vllulant infernales cateruæ quam* (nominis Maria inuocationem) *magis timent,quam illa,quæ patiuntur gehennalia cruciamenta, &c.* Quid dulcius? tam dirè percutit hæc virga Duces Moab, tam acriter torquet filios Seth,id eſt,tumidos illos ſpiritus, qui thronum omnipotentis conſcendere cupiebant, vt lenius ſibi iudicent tartareis mancipari cruciamentis,ſulphureis flammis obuolui,quam aliquantulum dulciſsimum Mariæ auſcultari nomen,ſonitum ipſorum elementorum,ſyllabarum audire, quod nomen vtique timent,horrent,paueſcunt.

Tertulian.

Har-

Digitized by Google

[redacted]

S. Anton. Harmoniam, ac elementorum Mariani nominis compoſitionem contemplans S. Antoninus, cap. 14 citato, rogat, quid quarta littera, ſcilicet, I, ſignificet, quid denotet, quodque ſacramenti obtineat? etenim ſæpè diximus, nec puncta, ſyllabæ, nec elementa huius nominis myſterijs vacua exiſtunt. Huiuſmodi quæſitum ſic in honorem tanti vocabuli diſcutit Author, ſic diluit. *Quarta littera, I, inſinuat, quod ipſa eſt*, iaculum, *inimicorum, ſcilicet infernalium; vnde de ea dicitur in Canticis. 6 terribilis vt caſtrorum acies ordinata. Terribilis vtique Beata Maria ſpiritibus malignis; vnde frequenter ad eam orat Eccleſia: Tu nos ab hoſte protege, & hora mortis ſuſcipe, quando maiora contra nos bella mouet, &c.* Hæc S. Antiſtes. Habet homo in nomine Maria cōtra aduerſarios ſpirituales, ac cunctas æthereas poteſtates validiſsima iacula, quibus elementis perſonantibus, tartarorum imperium ruit, debaſtatur poteſtas, & cuncti dæmones pereunt.

Pſalm. Abb. Clun. Illud Pſalmi 110. *Sanctum, & terribile nomen eius*, &c. Abbas Cluniacenſis de nomine Maria intelligendum autumat. Et mirum valdè, quomodo ſi Mariæ nomen ſanctum eſt, etiam terribile exiſtit? hæc ſibi inuicem diſcriminari, & nullo modo coherere, videntur. Quod ſanctum eſt, allicit, ſedat, voluntatem flectit, eblanditur. Quod autem terribile, nauſeam parit, tædium gignit, faſtidium infert, horrorem minitatur. Cur ergo vocabulum Maria, & ſanctum, & terribile ſimul? audi Abbatem, quæſtionem ſic dirimentem, ſerm. Anuntiat. *Quartò*, ait, *nomen Maria terribile eſt dæmonibus. Pſalm. 110. Sanctum, & terribile nomen eius, &c. Sāctum Angelis, terribile dæmonibus. Iudith. 14. Vna mulier Hebræa fecit confuſionem in domo Nabuchodonoſor, &c.* Terribile quidem nomen Maria, & ſimul ſanctum. Terribile dæmonibus, læthale ſpiritibus inmundis; ſed ſanctum cœleſtibus cuneis; illis pauor, iſtis lætitia. Illis inexorabile, iſtis gratiſſimum. Et ſicut Angeli, eo audito, congaudent, ſic illo perſonante dæmones percutiuntur.

Vnde in miraculis eius legitur: Quòd cum inhumana ſpecie diabolus apparens, mulierem vehemēter, ac crebrò vexaret. Et illa cùm neque per aquam benedictam, neque per ſignum crucis ipſum expellere poſſet, tandem à viro edocetur: vt deuotè nomen *Maria* inuocet, dum à dæmonio vexaretur. Ita perfecit; & cum iterum à dæmone eſſet vexata, exclamauit *Sancta Maria adiuua me*, & ſtatim diabolus à nomine percuſus, iterum tentationem aggredi, non eſt auſus.

Canticor. Canticor. 1. Sponſus ad Sponſam alloquitur. *Equitatui meo incurri-*

incurribus Pharaonis aſſimilaui te amica mea. Quare equitatui Hebræorum gentis ab Ægyptijs propalatæ aſsimilatur Maria? Ille Hebræorum populus debilis, & ſubiectus, Maria fortis, & Dominans. Ille ab Ægyptijs perſequtus, iſta ab omnibus amabilis: quæ autem vtriuſque proportio, & ſimilitudo? Bellè Abbas præfato ſermone expendit. *Canticorum* 1 *Equitatui meo aſsimilaui te amica mea, id eſt, ſimilis eſt exercitui contra currus Pharaonis, id eſt, diaboli, Cantic.* 5. *terribilis eſt, vt caſtrorum acies ordinata.* Sic Abbas. Sicut enim Pharaonis cunctus Bellatorum exercitus, milites fauſtu intumeſcentes, inſolentes duces, inſpecta Hebræorum humili plebe in profundum pelagi corruerunt, ita vt nullus eorum ſupererit. Sic auſcultato Mariano nomine, eiuſque reſonante vocabulo, tartarorum militia arrogans, effrænis, audax, penitus euaneſcit, atque in fugam conuerſa, iterum barathro tartarorum vlulans detruditur. *Cluniacẽ*

Hoc nomen *Maria*, idem eſt, ac *amarum mare*, de quo fuſius alibi ex Doctorum ſententia pertractabimus. Et miror cur amarum interpretetur mare, quæ ab Eccleſia *Dulcedo* dicitatur. Quo pacto amara *Maria*, ſi dulcedinem ſuam omnibus etiã Angelis propinandam impendit? Rem peracutè ſoluit Doctor Seraphicus in Spec. cap. 3. *Conſiderandum eſt ergo*, ait, *quod Maria interpretatur amarum mare, hoc optimè et competit contra diabolum Sed nota, quomodo Maria ſit mare, & quomodo ſit amara, & quomodo ſit amarum mare. Maria eſt mare, gratia affluendo, & Maria eſt amara filio compatiendo; & Maria eſt amarum mare diabolum ſubmergendo. Maria vtique eſt mare per affluentem Spiritus ſancti repletionem. Maria eſt mare per affluentem filij ſui paſsionem. Maria mare amarum per ſubmergentem diaboli ſuffocationem.* Et poſt nonnulla annectit. *Maria eſt amarum mare diabolo, & Angelis eius, per ipſam oppreſsis, quemadmodũ mare rubrum amarum fuit Ægyptijs in ipſo ſubmerſis, de quibus habetur in Exodo: reduxit ſuper eos Dominus aquas maris. O quam amarum, & timidum eſt hoc mare Ægyptijs! O quam amara, & timenda eſt hæc Maria dæmonibus!* Hæc S. Bonauentura. *D. Bonaũ*

Liceat mihi cum eodem D. Seraphico finem aromati imponere. Qui in Pſalterio ad nonam ſic tenet. *Principes perſequti ſunt me gratis, & ab inuocatione nominis tui trepidat ſpiritus malignus. Pax multa obſeruantibus nomen tuum, & mater Dei non eſt illis ſcandalum.* Et feria 5. ſic habet. *Cantemus Dominæ, glorioſæ enim Virgini in hymnis, & confeſsionibus benedicamus eam.* *D. Bonaũ*

Digitized by Google

eam. *Domina noſtra, omnipotens poſt Deum nomen eius. Currus Pharaonis, & exercitus eius proiecit in mare.* Hucuſque Seraphicus Doctor.

AROMA II. PRO VITIIS EFFRÆNANDIS.

Peccatoribus in vijs ſuis non arrideas, ſed ſi opus eſt, acriter punge, carpe, increpa.

1. Reg. PRimi Regum 2. de filijs Heli ſic Dominus effatur. *Filij Heli, filij Belial, neſcientes Dominum, neque officium Sacerdotum ad populum, &c.* Horũ autẽ pater ſua cognoſcens ſcelera, & quomodo dormirẽt cum mulieribus, quę ad oſtium tabernaculi obſeruabant. Sic increpat. *Quar facitis res huiuſmodi, quas ego audio res peſſimas ab omni populo? Nolite filij mi, non eſt bona fama, quam ego audio, &c.* Tandem filij Heli miſerè pereunt, & ſenex de ſella retrorſum iuxta oſtium cecidit, cõtractiſque ceruicibus mortuus eſt. Quid triſtius? Vt quid, & pater, & filij tam terribili pereunt ſtrage? Etenim quod filij Heli interimantur à Philiſtim, non miror. Sed grandæuus pater, qui tam crebrò eorum peccata coercebat, quare ita perijt?

Chryſoſt. Eleganter D. Chryſoſtomus lib. 3. aduerſus vituperatores vitæ Monaſticæ. Quia pater non fortiter increpabat filios, ſicut eorum exigebat peccatum. *Cum videret* (ait) *filios vitijs deditos, non corripuit, ac coercuit; ſiue vt veriùs loquar, corripuit illos quidem, & cohibuit; verum non omni ſtudio, & vehementia hæc fecit, non illos pœna affecit: verbis tantum caſtigare, lenique admonitione ab hac eos peruerſitate reuocare conatus eſt, atq; huiuſmodi verba ad eos loquebatur: nolite filij, &c.*

Hebræus. Quod ex 1. Reg. 3. num. 13. colligitur; dum eandem referens hiſtoriam, aſſeritur, *non corripuit eos.* Et ex Hebræo transfertur. *Non fuit obſcurus ad eos ſeu non fuit in rugas contractus.* Quia Verbum *cahah*, ſignificat *corripere, obiurgare, obſcurari, & Rugari.* In quo oſtenditur, quanta acrimonia, & iracundia quandoque in peccatores inſurgere, neceſſum ſit: nam ſi illi ob peccati ſui obſtinationem lenitate verborum nullatenus à vitijs ſe abſtinent, nihil aliud ſuperſt, niſi quod ſuperior diuini celi excandeſcat furore, ac ſic incenſus, acriter increpet, ne ſuauitate ipſi impudentiores fiant.

Cantic. *Nigra ſum, ſed formoſa* (de ſe effabatur Sponſa ad filias Ieruſalẽ) *ſicut tabernacula Cedar, ſicut pelles Salomonis.* Hæc Sponſę ui-

dicta inter ſe cohærere, videtur impoſsibile. Si enim nigra; quomodo formoſa, & ſi formoſa quomodo nigra? Rem abſoluit Ambroſius ſerm. 6. *Malui* (ait) *peccatum veſtrum acriter pungere, quam leniter diſsimulando nutrire. Quiſquis enim fratrē non arguit peccantem, quodammod hortatur, vt peccet. Idcòquè ſponſa, quamuis pulchra, & decora eſſet; zelo tamen accenſam, & nigram ſe dixit, contra malignantes, non candorem ſerenitatis oſtendens, ſed obſcurum ſeueritatis zelum exhibens.* Hæc Ambroſius. *Ambroſ.*

Quæ fere eodem modo expoſuit D. Bernardus, ſerm. 2. Cantic. dicens: *Qui antea præmiſſerat, nigreſcit candoris zelo, lucro pulchritudinis multos candidos fecit, vnius denigratio.* Non fœdat ô ſuperior, tuam pulchritudinem, non eſt contra benignitatem tui pectoris, acris in improbos increpatio, ac dura reprehenſio, quando opportunitas eam poſtulauerit. Nam ſicut in bonos lenitas Deo grata, ita in improbos obiurgatio complacet ſibi. *S. Bern.*

Geneſis 49. Moriturus Patriarcha Iacob in Rubem primo genitum ita acriter inuehitur. *Non creſcas, &c.* In Simeonem, & Leui eodem prorſus iracundo ſtylo fertur. *Maledictus* (ait) *furor, quia pertinax.* Quod enim animaduerſione dignum iudico, myſterioquè non vocans, eſt, quod ſtatim annectit Scriptura. *Scilicet benedixit ſingulis benedictionibus proprijs.* Quomodo hæ præfatæ aſperitates, & malediçtones, bendictiones dicuntur? Quid magis contrarium quàm maledictio, & benedictio? Quo pacto iſta in Rubem, & alios duos maledictio, ac rigida increpatio, benedictio appellatur? Subtiliter Caietanus ibi. *Omnia* (ait) *dicit benedicendo, nam & arguere & punire, & præmonere aliena nō ſunt à benedictionibus paternis, &c.* Inuehi in peccatores, zeloque ſalutis contra præuaricatores legis excandeſcere, publicam in eos rebellionem acclamare, nō exiſtit à pietate alienum. Nam multoties iſto increpatorio flagello, ac acri medicina infirmitates medētur, vitia corriguntur, eff ænata moderātur, &c. *Geneſ.* *Caietanus.*

AROMA III.

Contra verſutias, ac poteſtatum aerearum artes IN NOMINE MARIA *omnis armatura fortium.*

CONgruum erat, vt virgo Deipara, in qua Dominus contra phalanges infernales fixit caſtra, munimenta parauit, & quæ dæmonibus futura erat ſtrages, miſera pernicies; hæc omnia

in

Antequam tota Trinitas de theſauro ſuæ Diuinitatis hoc euolueret nomen, inermes homines erant, timore perculſi, ad omnem lapſi ruinam; iam verò poſtquam in terra adeſt, tolle iam metus, ô homo, & omnes bellorum apparatus in tam perdulci vocabulo finge tibi. O quàm eleganter cecinit Alcuinus ſermon. de Natiuitat. Mariæ. *Quid enim* (ait) *non horruerunt Principes tenebrarum, quando viderunt præter morem inſtructam omni armatura fortium contra ſe procedere fæminam, ſcilicet, Mariam. Hoc eſt, incedebat Maria in mundi aereas poteſtates belligerans, & cum in nomine eius cunctus ſit armorum apparatus, quid non exhorreſcerent dæmones? Quid illas denigratas phalanges non perterrefaceret? Cuius inuocatio omnibus aduerſarijs noſtris ſemper eſt terrori, &c.* *Alcuinus*

Canticor. 4 *Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis, mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium, &c.* Quem locum de imperio Mariæ aduerſus dæmones, & ſpirituales aduerſarios plerique interpretantur. Hugo Charenſis ita pungit. *Turris, id eſt, qua omnes electi armentur contra hoſtes debellandos, &c.* Sed quare tantus clypeorum numerus pendentium? Quare tot propugnacula pro telis inimicorum repellendis? Si enim à Maria de medio bella tolluntur, cur in ipſa telorum, fulminum, gladiorumque officina terrifica? Giſlerius eleganter expoſuit de efficacia Mariæ contra gehennales phalanges. *Profecto* (ait) *merita ſunt propugnacula illa, cum quibus eadem Virginis oratio inſtar turris Dauid ædifficatur.* Et poſtea annectit. *Propugnacula ſanè erecta, atque præfortia, in quibus quotquot ipſius Virginis deuoti ſunt, contra quoſcumque aduerſarios propugnant, & contra Deum etiam ſanctiſsimo dimicant prælio.* Hæc Giſlerius. En quomodo ea, quæ turris ad ſe confugientium fidelium tutiſsima exiſtit, ſimul contra diabolicos incurſus armorum eſt officina, in qua omnis armatura belligerantium, ac bellorum apparatus adeſt. Vnde Sanct. Bernandus ſermone 4. ſuper Salue Regina. Eadem Canticorum verba extricans alloquitur. *Non eſt dubium te benedictam intellectu, & affectu, & actu ſuper omnes mortales Decalogum habuiſſe, & obſeruaſſe. Vnde prorſus mille clypei ex te pendere, dicuntur, &c.* Et poſtea ait. *Tu lectulus Salomonis, de quo in Canticis; en lectulus Salamonis floridus* *Canticor.* *Hugo Charenſis.* *Giſlerius.* *S. Bernar.*

ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſsimis Iſrael omnes tenentes gladios, & ad bella fortiſsimi. Sic D. Bernardus. Quæ ingens tāti nominis in dæmones potentia, ſeuera, violenta, & coactiua eſt. Quare ad prædictum Cantic. locum Guillelmus ſic decantat. *Dilectus filius, vt piam Matrem cunctis ſpiritibus malignis terribilē vehementer demonſtraret, dixit de ea. Terribilis, vt caſtrorum acies ordinata. Quaſi dicat. quia te ſciunt aerea poteſtatates eſſe matrem meam, matrem triumphatoris ſui, verenter te matrē terribilis illius, qui aufert ſpiritum Principum, ideſt, deſtruit ſuperbiam malignorum ſpirituū. Tu quoque terribilis illis facta es, & non mediocriter, ſed ſicut eſt illis terribilis Angelicus exercitus, ad coercendum eos diuinitus ordinatus.* Hæc Guillelmus.

Guillelm.

Pro huius loci maiori elucidatione recolenda ſunt, Quæ apud Virgilium de Vulcani loco habentur. In quo omnia inſtrumenta ad bellum ſpectantia, tela, gladius, enſis, fulmina, romphea, &c. fabricabantur, ita vt ſi quis ad belligerandum pararetur, ad domum Vulcaniam recurreret, vt in ea omnibus communitus armis, terribilis aduerſarijs rederetur. Accipe Virgilium,

Vulnificuſque calybs vaſta fornace liqueſcit,
Atria denſa tonant, validaque incudibus ictus
Auditi referunt gemitum, ſtriduntque cabernis
Structura Calybum, & fornacibus ignis anhelat
His informatum manibus iam parte polita
Fulmen erat, &c.
Parte alia Marti currumque rotaſque volucres
Inſtabant, quibus ille viros, quibus excitat vrbes
Ægidaque horrificant, turbata Palladis arma
Fulgores nunc terrificos, ſonitumque metumque
Miſcebant operi flammis ſequacibus iras.

Si enim in illa Vulcania domo ignea tela, ancipites gladij, rompheæ minantes, fulgores terrifici, cunctaque belligerantium neceſſaria inſtrumenta fabricabantur, & perſiſtebant. Non aliter in nomine *Maria* mille clypei pendent, omnis extat armatura fortium, ita vt peccatores inermes (dumtaxat Mariæ nomine inuocato) ſpiritibus tartareis pauor ſint, ac hoſtium cuneos ſecuri penetrent.

Cantic.

Cantic. 1. *Oleum effuſum nomen tuum, ideò adoleſcentulæ dilexerunt te nimis, &c.* Sic ad ſponſam dilectus. Et quid eſt quod oleo, & non cuicumque licori nomen Mariæ adaptatur? Richardus à S. Laurencio difficultatem expendit in hunc modum. *Re-*

Richard. à S. Laur.

ſtat

Ibi (ait) *hoc nomen Mariæ oleo comparatur, quia ſuper omnia nomina Sanctorum, poſt nomen filij reficit laſſos, ſanat languidos, penetrat duros, recreat feſſos, vngit agoniſtas, putrefacit iugum diaboli, ſuper natat omni nomini, ſicut oleum omni licori.* Hæc Richardus. Duo nominis huius egregia munera commendat Auctor. Primùm, *ſuper natat cuicumque licori.* Sicut enim oleum ſuper quemcumque licorem natat, ita, vt iſte inferior ſubſiſtat: Sic Mariæ nomen quoduis aliud (Chriſti excipe) dignitate præcellit, fortitudine euincit. Inſuper, *Iugum diaboli putrefacit.* Quid eſt, iugum diaboli putrefacere? *Fortè hic collineat* (Richardus ait) *illud Iſaiæ 1. computreſcet iugum a facie olei,* id eſt (vt enucleant Hieronymus, & Oleaſter) *corrumpetur iugum à facie olei.* Quibus annectit Richardus. Dicitur iugum à facie olei corrumpendum, id eſt, quod oleo præſente corrumpetur. Cum enim nomen Maria ſit oleum effuſum: A facie talis olei effuſi, id eſt, nominis Mariani, per labia fidelium diffuſi, iugum dæmonum corrumpitur, poteſtas tartarorum auellitur, dominium fugatur, ita vincitur, ita, vt tota eorum vis penitus euaneſcat. *Hieron. Oleaſter.*

Sed pulchrè ad rem proloquuntur eruditi. Mos erat antiquitùs, vt ad paleſtram luctatores aggrederentur, oleo vncti, totaque corpora oleo hoc perfuſa, & ſic ad agonem tenderent, & in aduerſarios irruerrent. De quo Mercurialis, lib. 1. de arte gymnaſtica. cap. 8. Hominis autem vita, quid niſi militia ſuper terram, in qua ſpiritus aduerſus carnem, caro autem aduerſus ſpiritum pugnat? Ad hos ergo agones vnxit nos Deus, vt intrepidi inferorum exercitus inuadamus ſecuri; ſed quo oleo? Sanè nomine per dulciſsimo Mariæ, de quo dictum eſt: *oleum effuſum nomen tuum, &c.* Hoc ergo nos agoniſtæ ſuperfuſi, victoriam de inimicis reportabimus. Eleganter Richardus à S. Laurentio, lib. 1. cap. 2. *Corroborat* (ait) *oleum oſſa, & neruos indurat, & medullas confirmat: vnde, & antiqui luctatores ſuos toto tempore oleo vngebant. Et Domini pugiles, vncti hoc oleo per dilectionē, amorem, & crebram huius nominis recordationem, vel capi nequeunt, vel diù teneri, non poſſunt à diabolo aduerſario.* Hæc Richardus. *Mercurialis.* *Richard. à S. Laur.*

Lucæ 1. poſtquam Angelus à Maria diſceſsit, ipſa in montana feſtinanter Eliſabetham viſendam, profecta eſt. Ad cuius ſalutationem tripudijs in vtero infans letanter ſaltat, gratiam accipit. Inſuper Eliſabeth cumulata beneficijs, ſic effatur. *Ecce enim, vt facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus* *S. Lucæ 1.*

meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo. Sed ad quid Ioannes in vtero ſaltat? Sanè ad paleſtram mundi alacriter, & fortiter properare, deſiderat. Audi Ambroſium lib. 1. comment. in Lucam cap. 1. *Vngebatur itaque* (ait) *& quaſi bonus Athleta exercebatur in vtero matris Propheta. Ampliſsimo enim virtus eius certamini parabatur.* Hæc Ambroſius. Sed quo oleo in vtero materno infans vngebatur? Sanè illo, de quo dictum eſt: *oleum effuſum nomen tuum, &c.* Perſonabat in vtero Eliſabeth Mariæ nomen, ipſoque tanto oleo Ioannes vnctus, vt fortis agoniſta ad prælia currere, parabatur. Sic Ambroſius expendens ea: *Ecce enim, vt facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo.* Annectit Doctor. *Nam ſi primo ingreſſu tantus profectus extitit, vt ad ſalutationem Mariæ exultaret infans in vtero eius, repleretur Spiritu Sancto Mater infantis; quantum putamus vſu tanti temporis ſanctæ Mariæ addidiſſe præſentiam? Vngebatur itaquè, & quaſi bonus Athleta exercebatur in vtero matris Propheta, &c.* Hæc Ambroſius.

S. Ambr.

Ambr.

Si enim mos antiquitus erat, ad certamina gladiatores, & agoniſtas oleo ſuperfundi, ipſoque veluti fortiſsimis munitos armis fortiores cunctos aduerſariorum penetrare ſecuros, terribiles inuadere. Ioannes egregius Domini Athleta, ac Ieſu fortiſsimus miles, Mariæ voce in vtero vnctus, hoc diuino oleo maternorum viſcerum moras arguens, impatiens ventre retineri, ad certamina præcurrere, feſtinat, in aduerſarios irruere, ſtudet.

AROMA IV. PRO VITIIS VITANDIS.

Calidior diaboli ars eſt, non quærere hominem, ſed hominis interitum.

NOn egent Deo vltore, qui dæmonibus inſeruiunt, qui vitijs irretiti detinentur; nam diaboli ipſi, omneſque maligni ſpiritus eorum immaniſsimi tortores ſunt. Quos omnes ad caſum, perniciemque impellere ſtudent, quæ eſt eorum calidiſsima ars, ac ſpecialior verſutia.

Matth.

Matthei 13. *Simile eſt Regnum cœlorum homini Patrifamilias, qui bonum ſemen ſeminauit in agro ſuo; cum autem dormirent homines, venit inimicus, & ſuper ſeminauit zizania, & abijt.* Hunc zizaniæ ſeminatorem diabolum eſ-

ſe,

ſe, Chriſtus Dominus expoſuit in Euangelio. Rogat ergô Chryſologus, ſermon. 1. zizaniorum, qui eſt num. 95. quare diabolus poſt ſeminatum zizania ſtatim abijt? Nonnè pauliſper demoraretur? non vtique. Quia diabolus non hominem, ſed hominis cladem dumtaxat apetit, hoc ſitit, hoc concupiſcenti exoptat animo. Accipe Chryſologum. *Superſeminauit zizania, & abijt,* inquit, *quia diabolus impellit quidem viribus ad ruinã, ſed poſtquã poſtrauerit, derelinquit. Diabolus non quærit hominem, ſed hominis interitum. Fratres, ille malis noſtris gaudet, ſurgit ruinis noſtris, noſtris vulneribus conualeſcit, noſtrum ſanginem ſitit, noſtra ſaturatur ex carne, noſtris viuit ex mortibus, diabolus hominem non vult habere, ſed perdere. Quare? quia cœlum, vnde ipſe cecidit, non vult, non infert, non patitur, hominem peruenire.* Hæc Chryſologus. Quidquid diabolus mollitur, non tibi, ô homo, ſed ipſi eſt. Omnia in tui interitũ numquam non intendit, numquam non procurat. Te vult ad perniciem, te appetit ad caſum. *Chryſolog.*

3. Reg 13 Prophetam illum inobedientem ab altero Pſeudo Propheta reductum, vt comederet, & biberet cum eo, inuenit Leo in via, inuaſit eum, occidit, dilacerauit, & erat cadauer eius proiectum in itinere, aſinus ſtabat iuxta illud, & leo iuxta cadauer. Mirum valde, quod leo poſtquam Prophetam occidit, vlterius eum deuorandum, ac degluttiendum non agrediatur: quod enim animal hominem interficit, quod ipſum ſtatim non deglutiat? non deuoret? Præclarè S. Ephrem ſenſu myſtico prol. ad peren. ſic quæſtionem dirimit. *Leo cruentus, & veritatis inimicus non ceſſat, eos, qui non velle attendunt, decipere, non quidem humanas carnes deuorare volens, verum animas ſecum in gehennam trahere geſtiens. Non enim ſitit corpora noſtra, ſed animas deuorandas in æternum curat. Non hominem, ſed perennem eorum interitum ſolicitat; quare poſtquam Prophetam occidit, iam non ipſum tangit, quaſi nihil amplius de ipſo quæreret, quem occiſum videbat, & truncum contemplabatur.* *3. Reg. 13.* *S. Ephrem*

Apud Lucam cap. 12. Diues ille inmenſo diuitiarum tumulo ſepultus, ſecum in hunc modum coloquebatur. *Quid faciam, quia non habeo, quo congregem? deſtruam horrea mea, &c.* A quo diues iſte conſilium ſiſcitatur? Quis eſt iſte, ô diues, quem tu conſulis, & in fidelem adhibes conſiliarum? Chryſologus, ſermon. 140. exiſtimat à diabolo conſilium eflagitaſſe, ipſumque dæmonem huiuſce præſtitiſſe conſilium. In quo autem, diabolum conſiliarium fuiſſe, demonſtratur? Sanè, quia deſtructionem, ac rui- *S. Lucæ.*

 nam

Digitized by Google

nam conſulit *Deſtruam horrea mea,&c.* Et a diabolo nõ niſi ſtrages, non niſi miſera perditio perhibetur. *Audiamus* (ait Chryſologus) *quid ei reſponderit conſiliarius internus: deſtruam horrea mea; euidenter apparuit, qui latebat, quia à deſtructione incipit inimicus; agit, agit, vt quæ habes, deſtruas, & quæ concupieris, non reformes.* Sic Chryſologus. Hoc ſtudium diaboli, hæc eius callida ars, ac ſubtiliſsima aſtutia, vt te in perditionem trahat, te deſtruendum amet, deuorandum curet, te ſublimet, vt præcipitet, te cibet, vt ſuffocet.

Chryſolog.

AROMA V.

Perſonante NOMINE MARIA, *gehennales phalanges territantur, & vllulantes fugiunt.*

PErdoctiſsimus Idiota locupletiſsimo elogio huius Marianæ vocis robur, ac noſtri aromatis ſententiam fulcit. lib. de contemplat. Deiparæ cap. 3. *Tantæ virtutis eſt* (inquit) *& excellentiæ tuum ſanctiſsimum nomen, Beatiſsima Virgo, quod ad inuocationem ipſius cœlum ridet, terra lætatur, Angeli congaudent, dæmones contremiſcunt, & infernus conturbatur.* Quid manius? Preme illa. *Dæmones contremiſcunt, infernus cõturbatur.* Adeô maligni ſpiritus hoc nomen formidant, ob eius vocem timore concutiuntur, vt ſtatim ac perſonat, eo dumtaxat ſonu infœliciter contabeſcunt, ac in tartara ſe conferunt, leuiores illas pœnas, quàm talis vocis ſonum iudicantes. O diuina potentia! O diuini nominis vox ſpiritualis emulatio.

S. Idiota.

Canticor. 7. Sponſus ad Sponſam: *Statura tua aſsimilata eſt palmæ, &c.* Quare palmæ ſtatura aſsimilatur? Alij propter pulchritudinẽ Virginei corporis, qua omnia præexcelluit corpora, ſicut palma venuſtate cunctas ſuperat arbores. Hailgrid⁹ præfatum locum, ad dominium Mariæ, dæmonum coercitiuum retulit, ſic fatus. *Sicut palma, id eſt, arbor crucis terribilis eſt malignis ſpiritibus; ita Beata Virgo merito ſuæ rectitudinis malignos ſpiritus terret, & expellit.* Quid dæmonibus horribilius palma diuinæ crucis? Sanè eam Chryſoſtomus, homil. in laudem Crucis: trophæum contra dæmones, ac victoriam aduerſum diabolum interpellat. Igitur, quemadmodum hæc fulgentiſsima palma incomportabilis eſt dæmonibus, ac aereis poteſtatibus formidabilis, & prorſus horribilis; ita, inuocato nomine Maria, totum tartarorum agmen detruncatum cadit, deui-

Canticor.

Hailgrid.

Digitized by Google

uiſtum fuit, ac penitus excruciatum in tartara detruditur.

Cantic. 4 Sponſus Deiparam Sponſam ſuam huiuſce verbis ad coronam accipiendam inuitat. *Veni de Lybano, Sponſa mea, veni de Lybano, veni coronaberis de capite Amanà, de vertice Senir, & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus Pardorũ, &c.* Gloſſa per hos montes dæmones capiendos exponit. *Amanà* (ait) *mons eſt Ciliciæ, Sanir, & Hermon montes Iudeæ, in quibus leones habitant, per quos dæmones notantur, qui contra nos ſæuiunt.* Hæc Gloſſa. Sed quid eſt Mariam de his montibus, Dæmones exprimentibus, redimiri? Quid eſt quod ſertum *M*arianum ex ſpiritibus immundis fabricetur? Certè dum Maria dæmones, qui in mundo tyrannicè regnabant, ſubegit, proſtrauit, ac penitus deſtruxit, de ipſis coronari, dicitur. In qua corona Virginea hæc Mariana trophea, hæc de dæmonibus victoriæ reportatæ, hæc mira facta dilucide adſcribuntur, ac quaſi in mirabili ſculptura delineantur. Accipe Richardum de Sancto Victore in Canticis capitulo 26. *Quæ etiam* (ait) *coronanda dicitur de capite Amanà, Senir, & Hermon, de Principe, videlicet, huiuſmodi principante mundi amatoribus, & per immundi fatorem, ſiue per alia peccata à Deo ſeparatis. Hunc mundi principem, & caput iniquorum, Beata Virgo ſuperauit, calcauit, & vires eius contriuit. Dum perfectam munditiam ſeruauit in corpore, & humilitatem in corde, vt nullum locum rependi, vel in pectore eius, vel in mente habere potuerit.* Hæc Ricardus. O mira potentia! O inuincibilis virtus quamcunque diaboli terribilitatem fugans! O inenarrabilis poteſtas omnem diabolicam audaciam frænans! O nomen ſanctum, & terribile! Sanctum Deo, aereis poteſtatibus terribile, & prorſus incomportabile: quæ enim aſtutiæ diabolicæ ad *M*ariæ nomen, ad talis vocis efficaciam non euaneſcent? Quomodo diabolus tantam non perhorreſcet efficaciam? Prædictus *R*icardus præmiſsis continuò annectens, taliter concinit. *Deterrebat eos flamma charitatis, incendebant orationes, & feruor deuotionis, &c.* Quæ adeò vera ſunt, vt dæmonum phalanges incendia Mariæ orationum, ac charitatis eius flammas effugientes, in infernorum foueas, ac fumigantes ignes, Mariam pertimeſcentes, ſe conferrent.

Cantic. | Gloſſa. | Richard. à S. Vict. | Richard.

Virgam Aaron Deiparæ typum geſsiſſe, paſsim inter ſacros Doctores circumfertur. Sed non eſt eorum, in diſcernendo cauſam, concors ſententia.

Digitized by Google

S. Ildeph. S. Ildephonſus, ſerm. 6. Aſſumpt. exiſtimat illius figuram fuiſſe, quia in ea, turgentibus gemmis, eruperunt flores, qui folijs dilatatis in amigdalos deformati ſunt. In quo demonſtrabatur, quod nulla hominum opera, ſola Spiritus Sancti virtute filium Dei Maria conceptura, & paritura erat.

Exod. Sed aliter de hac virga capiendum eſt. De qua Exod. 7. contra Serpentes Pharaonis, ſic ſcribitur. *Proiecerunt ſinguli* (ſcilicet malefici) *virgas ſuas, quæ verſæ ſunt in Dracones, ſed deuorauit Virga Aaron virgas eorum.* Non aliter Maria Virgo potentiſsima manu Dei Summi Sacerdotis Aaron detruncauit dæmones, debellauitque cunctas aereas poteſtates. Accinit Guillelmus. *Et quidem ex quo Dei filium peperit, terribilis dæmonibus fuit; cum enim viderent eam integritate ſimul, & prole gaudentem, vehemens illis ſuſpicio incidit, ne fortè illa genuiſſet tot Propheticis vocibus olim pronuntiatum Meſsiam, per quam eorum imperium rueret. Itaque Virginitate illius puerperæ nihil eis tunc terribilius.* Hæc Guillelmus. Præclara virga fœcundata ſpiritu diuino, nulloque humano cultore ſata, quæ florem pulcherrimum Chriſtum germinauit integra, hæc Dracones Ægyptiorum, cunctoſque infernalis Regionis Serpentes nomine ſuo detruncat, audaciam inſureſcentem comprimit, effrænatum eliminat impetum, ipſiſque ſuis, ac noſtris aduerſarijs timorem incutiens, compreſsis viribus, eorum tela, ac ſuggeſtiones ad nihilum redigit.

Guillelm.

Præclare egregius Vates, ac auguſtiſsimus Rex Dauid hoc in tartareos cœtus triumphale depinxit imperium, Pſalm. 22. concinens. *Virga tua, & vaculus tuus ipſa me conſolata ſunt.* Vbi per virgam, Virginem capit. Sed quid Virgo cum virga? Iſta flagellationis inſtrumentum; iſta miſerationis radix. Illa ad puniendum deſtinata, iſta ad miſerendum nata, ea punitionis, iſta pietatis occaſio. Præclarè S. Petrus Damianus, ſermon. Aſſumption. præfatum locum ad Virginem flectit, dicens: *Virga illa* (ait) *qua retunduntur impetus aduerſantium dæmoniorum, virga Aaron per quam fiunt ſigna, & mirabilia: vaculum autem Crucis intellige, quo non ſolum verberatus eſt, ſed occiſus ille inſatiabilis homicida, qui mortibus hominum paſcitur, & nutritur, in Virgine virga, & vaculo cruce miſerorum ſpes, & conſolatio continetur, ſicut ſublimis Propheta clara voce declarat. Virga* (inquit) *tua, & vaculus tuus ipſa me conſolata ſunt, &c.* Quid amplius? Certè ſi atente Mariam contemplemur Lunam ad pedes eius obuolutam videuimus, quorum greſsibus dæmonia cum

Pſalm.

S. Petr. Dam.

con-

conteritur imperium, tartareum frangitur dominium, ac totus immundorum ſpirituum apparatus deuaſtatur.

Apocal. 12 *Et Luna ſub pedibus eius*, ſcilicet, *Mariæ* Sed quare? Sanè per Lunam diabolus intelligitur, de quo aſſeritur illud, ſtultus vt Luna mutatur, qui ſub pedibus Mariæ proſtratus iacet. *Vnicus ille ſtultus* (ait S. Bernardus) *totius ſtultitiæ princeps, qui verè mutatus vt Luna, ſapientiam perdidit in decore ſuo, ſub Mariæ pedibus conculcatus, & contritus, miſeram patitur ſeruitutem, &c.* O pedes Mariæ triumphatrices, qui immanem illam belluam animarum ſanguine ſitibundam comprimunt! O fœlices greſſus ad coercendos impetus dæmoniorum ordinati! *Apoc. 12.* *D. Bern.*

Meritò S. Bernardinus Senenſ. ſermon. 11. art. 1. capit. 3. *Figurata eſt Beata Virgo* (ait) *in Arca Moſayca, de qua Num. 11. Cum eleuaretur arca, dicebat Moyſes: Surge Domine, & diſſipentur inimici tui, & fugiant, qui oderunt te à facie tua; vt myſticè inſinuatur, quod quando eleuata fuit Virgo glorioſa ad cœleſtia regna, dæmonis potentia imminuta eſt, & diſſipata. Vnde pro illa dici poteſt illud, Eccleſ. 24. ſuperuorum, & ſublimium colla propria virtute calcaui, &c.* Hæc S. Bernardinus. *S. Bern. Senenſ.*

AROMA VI. AD MORES.

Ieiunium, accinis diaboli perdicies.

TErtiò Reg. 19. num. 7. Ob neces Pſeudo Prophetarum ab Elia diuino zelo patratas, ſic Iezabel acriter minatur. *Hæc mihi faciant Dij, niſi hac hora cras poſuero animam tuam, ſicut animam vnius illius, &c.* Perhorreſcit Propheta, & fugit quocumque ferebatur voluntas. Fugitiuus, ab errans, ſub vmbra Iuniperi obdormiuit; ac protinus Angelus ad tantam laſsitudinem reficiendam ſubcinericium panem, vasque dumtaxat aquæ porrigit. Cur ſolum panis in tanta imbecillitate Prophetæ adminiſtratur? Eleganter D. Auguſtinus, ſerm. 61. de temp. *Sciebat* (ait) *Deus, Prophetam ſuum diabolum aliter ſuperare non poſſe, niſi ieiunijs eruditus, inſidiantis inimici tentamenta repelleret, &c.* Tot perſecutionibus vexanti diabolo, tot laboribus circumuenienti, tot pœnis, ac angoribus vallanti, occurrat, occurrat Elias ieiunans, paneque, & vaſe aquæ munitus dumtaxat, irruat in eum; nam aliter eum euincere non valebit. Cum ieiuniũ ipſorum dæmonum ruina ſit. *3. Reg. 19.* *D. Aug.*

Matthæi

Digitized by Google

Matth. Matthæi 17. ad Ieſum homo genibus prouolutus, ſic interpellat. *Domine miſerere filio meo, quia lunaticus eſt, & malè patitur: obtuli eum Diſcipulis tuis, & non potuerunt curare eum.* Increpato à Chriſto dæmone, ac lunaticum relinquente acceſſerũt ad Ieſum ſecretò Diſcipuli dicentes: *Quare nos non potuimus eijcere illum? Quibus ſic magiſter: Hoc genus dæmoniorum non eijcitur niſi in ieiunio, & oratione.* Ad quid hæc Chriſti Domini reſponſio? Nonnè ſufficiebat dicere: Ego, quia Dominus vniuerſorum, dæmones propulſaui; vos autem, quia creaturæ, tantum opus patrare non potuiſtis? fortè, cũ Chriſto cooperabatur ieiunij virtus, vt dæmones expelleret? Caietanus elegãter. *Perpende (ait) quanti fiat à Deo ieiunium, ex hoc quod ad opera ardua conſurſum ieiunij requiri, explicauit.* Ac ſi diceret: Ego, quia continuò ieiunijs incumbo, hoc genus dæmoniorum propulſo; non quia abſque his eijcere, non poſsim (omnia enim mihi poſsibilia ſunt) ſed quia adeò dæmonum ieiunium eſt perdicies, eſt ruina, vt & ego Deus omnipotens, armis ipſis ad eos propulſandos, vtar.

Caietanus.

1. Reg. 14. 1. Reg. 14. num 24. Populo Iſraelitæ in aciem Philiſtinorũ irruere conanti Saul Rex ieiunium prædicat, ac ſtrictiſsimo præcepto cunctos Iſraelitas ipſum obſeruare, præcepit. Sanè aptius videbatur, vt robuſto confortarentur cibo, ac ſolida cibarentur manducatione, ſi ad bellum parantur Iſraelitæ. Quid ieiunium, & imbecilitas cum bello? Audi Leonem Papam, ſermon. quadrag. *Hebræorum populus, ac omnis Iſraelita Tribus, cum propter peccatorum ſuorum offenſiones graui Philiſtinorum dominatione premerentur, vt ſuperare hoſtes ſuos poſſent, vires animæ, & corporis indicto ſibi reparauere ieiunio.* Et poſt nonnulla, ſic annectit. *Et vt hoſtes ſuos vincerent, gulæ illecebram in ſe ipſis ante vicerunt.* Quid pulchrius? En tibi, ô chariſsime, vnde totam tartarorum phalangem perdere poſsis; En tibi quomodo intrepidus in aciem inimicorum irruere, & debellare valeas. Ieiunij, in quam, armis communitus, abſtinẽtia vallatus. Sic Philiſtim, id eſt, diabolus vincitur; ſic eius comprimuntur vires, ſic eius caput conteritur.

Leo Papa.

Nec aliter humilitas, ac propriæ miſeriæ memoria dæmoniorum cladem abolere ſolent. Neſcit enim humanæ vilitatis recordatio eſſe, niſi cum ingenti diaboli ruina, ac miſera tartarorum clade. Iob vſque admiraculum ſanctus, vt diabolum ſibi inſidiantem inſpexit, hæc exequitur. *Tonſo capite corruens in terram adorauit,* capit. 1. quod ſic expo-

Iob.

poſuit Origenes, lib. 1. *Aſperſit terram ſuper caput ſuum.* *Origenes.*
Quid ſibi vult Iobus terram ſuper caput ſpargens? *Sanè* in dæmonem irruere volebat; & ſic, vt triumphum de ipſo reportaret, & nihil eorum artes expaueſceret, tali ſe communitur clypeo. Tene eius verba. *Ad hoc aſperſit terram ſuper caput ſuum, vt doceat omnes mortales, quia, & ipſi poſſunt ſimiliter ſtare aduerſum nequiſsimum. Se humilem terram prædicat, ſe cinerem acclamat, vt iſto puluere omnes Sathanæ vires comprimantur. Nec ipſa in terram inclinatio eum debilem oſtendit, ſed potius fortiſsimum, & vt validiori impetu* *Chryſoſt.*
diabolum debellet. Vt Pulchrè Diu. Chryſoſtomus. *Tanta* (ait) *clade affectus, de pietate erga Deum, ac religionem minime receſsit: ſed humi abiectus diabolo compedes iniecit.* Hæc Chryſoſtomus.

AROMA VII.

Trophea, ac victoriæ NOMINIS MARIÆ *de tartareis aciebus vlterius expenduntur.*

ISaiæ 55. ſic Dominus: *Mihi curbabitur omne genu*, id eſt, *mi-* *Iſaias.*
hi omnis creatura ſubijcietur, & ad pedes obuoluta flectetur. Quæ verba Richardus à S. Laurencio, lib. 2. de laud. Deiparæ,
part. 4. ad nomen per dulciſsimum *Mariæ* flectit. *Ad cuius* (ait) *Richard. à*
robuſtiſsimam vim nihil eſt, quod ſubiectum, aut humiliatum nõ *S. Laur.*
corruat. Ante eius altoria, ſiue eius imagines, & cum recitatur omne nomen eius, genua flecte. Quia ipſa dicit cum filio, mihi curbabitur omne genu. O inuencibilis Mariani vocabuli efficacia! O inſuperabilis poteſtas! Cui quæ dæmonum rabies ſupina non iacebit? Quæ ſuperbia non ſupeditabitur?

1 Reg. 5. Philiſtim Arcam Dei tulerunt, eamque iuxta Da- *1. Reg. 5.*
gonem idolum ſuum, ſummo, ac populorum ingenti concurſu collocauere. *Cumque Azotij ciues altero die illuſcente, eam videndam ſurgerent, Dagonem iacentem ſuper faciem ſuam in terra coram Arca Domini inuenerunt.* Quæ Dagonis ruina, abſciſis ma-
nibus, & capice, ſemel atque iterum ad Arcæ præſentiam incun- *Ephrem.*
ctanter viſa eſt. Quid eſt quod ad aſpectum Arcæ Dagon diabo- *Athanaſ.*
licum idolum pronum corruit, truncumque in terra proſterni- *Heſichius.*
tur? Sanè Arca iſta typus Mariæ erat. Sic Ephrem de laud. Dei- *Chryſoſt.*
paræ. *S.* Athanaſ. ſerm Aſſumpt. Heſichius hom. 2. de Deipara. *Ambroſ.*
Chryſoſtom. homil. de ead. Ambroſ. ſermon. 8. *Bonauentura* *Bonau.*

in

Digitized by Google

Ildephonſ. in Specul.cap.9.Ex quibus accipe Ildephonſum doctiſsimum. *Arca (inquit) exterius inaurata virtutibus, & fabricata interius auro puriſsimæ maieſtatis Maria eſt. In qua lex teſtamenti Dei,& Mannà fuit,quod de cœlo defluxerat* Et poſt aliqua ſubdit.*Ideò rectè Arca Sacramentorum Dei fuit Beata Maria, &c.* Si ergo Maria arca erat,eiuſque gerebat typum, quare ad præſentiam eius Dagon,id eſt,diabolus,victus, exanimatuſque non procumbet?Ruat,pereat, iterum atque iterum ad præſentiam eius defluat;truncatus ſubſiſtat,ita vt nec pedes ad effundendum ſanguinem veloces,nec manus ad debellandum obtineat.

Hinc deducendum exiſtimo ſemper Mariam abinitio mundi per ſuam vmbram diaboli triumphatricem fuiſſe. Non ſic *Eſther.* Eſther Reginam de Aman triumphaſſe opinor,dum fecit,vt patibulo ſuſpenderetur.Eſther 7.num 10. Strenuiſsimam Iudith *Iudith.* de Holoferne,cum proprio gladio iugulauit.Iudith 10. Nec optimam fœminam Iael de Siſara, quem, vtroque tempore terebrato,in terra defixit *Iudic.* Iudic.4.num.22.Nec de Rege Abimelech Thæbitam fœminam,quæ,fragmento molæ de muro iaculato,Regis capiti illiſit *Iudicum.* Iudic.9.Nec denique ſapientem illam fœminam in Abalà de Sabà filio Bochri,viro Velial,& perduellionis reo, contra ſuum Regem Dauid tumultuante, cuius capite amputato,ſuam vrbem ex illius ingreſſu maximè periclitantem liberauit,2.Reg.20.num.22.Nec alias vniuerſas fœminas ſuos nefarios aduerſarios debellaſſe,ſicut Beatiſsima Maria,ac eius Auguſtiſsimum nomen quotidie de diabolo triumphant. *2.Reg. 20.*

Planè ſicut Dagon ad Arcæ aſpectum ſemper corruit, ſic dæmones deficientes viribus ad Mariæ præſentiam, ad eius nominis ſonum contabeſcunt,& pereunt. Quod D. Bernardinus Senenſis,ſerm.1.de nomine Maria eleganter, ac pulchrè concinit. *S.Bern. Senenſ.* *Adfuit ei dæmonum repulſio; ſicut enim magnus ignis effugat muſcas,ita ardentiſsima mente,& inflamantiſsima charitate dæmones effugabantur,& pellebantur,in tantum,quod ſolum in modicum,non ſunt auſi reſpicere mentem eius, nec de magno ſpatio illi appropinquare.* Si enim hoc legimus de aliquibus Sanctis, ſaltem poſt aliquem de dæmonibus in tentationibus triumphum acquiſitum,quanto magis de matre Domini noſtri credendum eſt,quæ ſemper contra omnes dæmones triumphauit, cuius nomen tartareis phalangibus infauſta,& læthalis exiſtit fortuna?

Vide Mariam Arcam teſtamẽti adeò terribilem, vt ad eius vmbram,vel ſimplicem intuitũ infernalis Dagon, beſtia lucifuga,inſatiabilis Draco,pedibus,& manibus truncus, pronus, nomen

men Maria perhorreſcens, in terram corruat. Quod idem confitetur D. Bernardus apud Cluniaſ. ſermon. 3. Annuntiat. *Vbi,* ait, *nomen Mariæ nominatur, ibi dæmonum crudelitas effugatur. Reis venia, medela ægris, puſillis corde robur, afflictis conſolatio, peregrinantibus adiutorium datur.* Cunctis pro voto in nomine Mariæ remedia cõferuntur; vt ſit omnibus remedium, quod pro cunctorum ſalute á ſancta Trinitate deſuper emiſſum eſt. Bernard.

Triplex genus gentium atram noctis caliginem adamat, quia ipſi vmbra noctis operti, abſque timore perpetrant mala. Iob. 24. *Homicida, fur, & adulter.* Quomodô autem iſti pauidi fugient, ac latibulis ſuis collocabuntur? Audi textum verſu ſequenti. *Si ſubito apparuerit Aurora, arbitrãtur vmbram mortis, & ſic in tenebris quaſi in luce ambulant.* Quæ autem hæc Aurora ad cuius conſpectum contabeſcunt iſti peccatores nocturni, niſi Maria? Audi D. Bonauenturam in ſpec. c. 9. *Tertiò attendite, chariſſimi, quod Aurora noſtra Maria nobis eſt contra dæmones defenſatrix: ſicut ſignatum eſt in Iob. Vbi de homicida, & de fure, & de adultero dicitur: perfodiunt in tenebris domos, ſicut in die condixerant ſibi, & ignorauerunt lucem. Si ſubito apparuerit Aurora, arbitrantur vmbram mortis. Homicida diabolus, fur diabolus, adulter diabolus eſt. Homicida eſt, quia genus humanum occidit. Fur, quia quæcũque poteſt, nobis bona ſubtrahit. Adulter, quia ſponſam Dei animam corrumpit. Heu quanta nobis mala ſpiritus maligni faciunt, perfodiunt namque in tenebris ignorantiæ, in tenebris obſcuritatis interiores domos mentium noſtrarum, &c.* Et poſtea annectit. *Si enim ſubitò apparuerit Aurora, ſi ſcitò nobis aduenerit, & ſuperuenerit Mariæ gratia, & miſericordia, arbitrantur vmbram mortis, id eſt, ſic timent dæmones, ſic trepidant, ſic fugiunt, ſicut homines fugiunt, & timent vmbrã mortis, &c.* Et rurſus addit Doctor. *Fluunt, & pereunt ſicut cera à facie ignis, vbicumque inuenerint crebram huius nominis recordationem, deuotam inuocationẽ, &c.* Hæc Seraphicus Doctor. Oculis ægris odioſa eſt lux, quæ puris eſt amabilis; tenebrarum Principes, illius caliginoſæ regionis infælices incolæ, terræ miſeriæ, & tenebrarum, quo pacto huius Auroræ coruſcantes ſplendores intueri poterunt? Quomodo hebetati oculi contra incomportabiles ſolis micatus contentioſa valebunt ſubire certamina? Quomodo ab illo radiantis Auroræ Mariæ inacceſibili non reluctabuntur coruſco? Aut quomodo ſolo huius vocabuli radio aereæ poteſtates in nihilum non redigentur?

Iob 24.

D. Bonau.

Diſcutiendum tradunt Auctores; quid ſignificet vſus Mariam

Digitized by Google

riam ſalutandi, ac eius nomen inuocandi ad veſperaſcente die; noctiſque caliginibus incipientibus? Abbas Clun. ſerm. 7. Annunt. aliquas huius pias adnotat congruentias. Primò, vt per Virginis auxilium dimittantur peccata, abſoluantur culpæ, quas de die commiſsimus. Secundò, vt ſi quę bona egerimus, per manus Mariæ à filio acceptentur. Aliam adhibet præfatus Abbas veluti litteralem, ſcilicet, quia vigilia feſti Anuntiationis auinione duo per iuſtitiam ſæcularem ad ſtipitem manibus, & collis ligati, vt cremarentur. Accenſo igitur igne, vnus eorum crebro beatiſsimam Virginem Mariam inuocabat, vt ſe adiuuaret, inruendo, quòd aliquãdo ieiunijs, & orationibus Virgini deſeruiſſet. Et ecce ille, veſtibus, & corpore inuſtis penitus, ſola colli, & manus vincula ignis conſumpſit, ſocio ſuo (qui Virginis nomen non inuocarat) totaliter combuſto. Illeſus autem cum laude ad Eccleſiam Virginis deductus eſt. Et tunc Ioannes 22. qui forte ibi aderat, ſtatuit ter fieri campanæ pulſum, & qui tot Aue Marias inuocaret, viginti dies indulgentiarum lucraretur.

Cluniac.

Aliam præfatus Doctor huius vſus meditatus eſt cauſam. Scilicet (ait) inuocatur nomen Mariæ, vt eius meritis nocte cuſtodiamur ab hoſtibus nocturnis. Etenim, aduẽtante noctis nigerrimo chaos, immanes tartarorum phalanges audius, atque ſolertius creaturarum gregem inuadunt, ac ſub denſiſsimis tenebris aciem inſtruunt, iacula parant, fortiterque exardeſcentes in animas euertendas irruunt. Quare Eccleſia Mater pijſsima ad ſolis ocaſum ſic omnipotentem interpellat,

Cluniac.

Eccleſia.

Te lucis ante terminum
Rerum creator poſcimus,
Vt ſolita clementia
Sis Præſul ad cuſtodiam:
Procul recedant ſomnia,
Et noctium phantaſmata,
Hoſtemque noſtrum comprime,
Ne poluantur corpora.

Itaque aduesperaſcente die Diabolus, tanquam Leo rugiens fortius ad tentandum, & ad lapſum commouendum aggreditur totis viribus, retia parat, inſidias celat, artes componit, aciem inſtruit, vt tropheum de aduerſarijs reportet. Quid autem Mater Eccleſia contra Diaboli Inſidias? nomine Sanctiſſimo *Mariæ*, ter repitito, nos munit, & roborat, vt ipſo fulti, toto noctis

noctis tempore ſecuri à diabolicis inſidijs, ac fraudulentis artibus ſimus, hoſtis comprimatur, tota eius armorum fortitudo cõfracta ruat, diſciſſa dilabatur; ſicque, nec noſtra polluantur corpora, nec noſtra mens diuagetur, nec animi affectus diabolicis ſuggeſtionibus ſuccumbat.

Non incongruum in quæſtionem vocabitur in præſentiarũ, quod à nobiliſsimis Doctoribus nõ abs re controuerti ſolet. Si Chriſtus a dæmone in deſerto tentatur, cur Mariam vnquam tẽtari, non audimus? Nonnè Princeps dæmoniorum Chriſtum ad ſingulare prouocat certamen? Nonnè poſt ieiunium, oſtenſa fame, lapidibus tentator inſtat? Haud dubium. Cur ergo Deum tentare ſuperbus ſpiritus præſumit, ſuggeſtione, autem perhorreſcit, Matrem Virginem inuadere? Pulchrè Richardus à Sancto Victore in Cant. cap. 26. *Virgo* (ait) *Tenebrarum Principibus terribilis fuit, vt ad eam accedere, eamque tentare, non præſumpſerint.* Formidabilis ſulphureis phalangibus Maria apparet. Fortiores dæmones debiles reddit, in fugam conuertit. Si tamen aliquãdo cum ea agonem ſubire, audeant, deſtructi pereũt, truncati euaneſcunt; cuius dumtaxat nomine perſonante, magno quaſati dolore fluunt, & pereunt. *Richard. à S. Victore.*

Hinc Richardus a S. *Laurentio*, lib. 1. de laud. Deiparæ, c. 2. teſtatur quod hoc ſanctiſsimo nomine, velut oleo vncti, robore fortiſsimo armamur, ita, vt quoties in labijs fidelium perſonat, toties nouum robur mens noſtra accipit, & ſi millies ſuperfundi tur, millies contra inferni poteſtates accingimur, ac nouo indui mur fulcimento. *Oleum* (ait) *paſcit, & impinguat mirabiliter. Paſcit affectum, & impinguat per deuotionem nomen iſtud Mariæ: quoties eius recordamur, toties roboramur.* Hæc Richardus. *Richard. à S. Laur.*

Apoc. 12. *Mulier amicta Sole, &c.* Quid eſt, Deiparã ſplẽdoribus ſolis, ac cãris radijs coruſcãtibus eſſe amictã, & deſuper veſtitam? ſatisfacit *S.* Petrus Damianus ſerm. in Aſſumpt. Deiparæ. *Electa* (ait) *vt Sol, quia ſicut Sol orbem illuminat, ſic hæc ſola ſolidiori lumine, & Angelos, & homines illuſtrat: aptè ſoli comparatur, & eo deſuper induitur propter coruſcantes fulgores mundum illuminantes, & tenebras pellentes.* Munera autẽ ſolis orbem illiuſtrantis, ſic decantat Regius Pſaltes diuino ſpiritu Pſalm. 103. *Poſuiſti tenebras, & facta eſt nox, in ipſa pertranſibũt omnes beſtiæ ſyluæ. Catuli leonũ rugientes, vt rapiant, & quærãt à Deo eſcã ſibi. Ortus eſt ſol, & cõgregati ſunt, & in cubilibus ſuis collocabũtur. Exibit homo ad opus ſuũ & ad operationem ſuã vſq; ad veſperã. &c.* Orbe tenebris obuoluto, noctuſque caliginibus *Apoc. 12. S. Petr. Damian. Pſalm.*

ſparſis

Digitized by Google

do? Sanè quando terra hæc rore diuino eſt fœcundata, tunc diaboli præda ab eius iugo liberata eſt. Sic Ricardus a S. Laurencio lib. 8 de laud. Virg. *Benedixiſti Domine terram tuam. Hic narratur captiuitatis noſtræ liberatio, & reductio: vnde ſequitur; auertiſti, &c. Siquidem antequam Maria naſceretur, captiuabat diabolus, & deprædabatur totum genus humanum, ſed per partum eius reducta eſt captiuitas, & excuſa eſt preda, &c.* *Rich. à S. Laur.*

AROMA VIII. AD MORES.

Eàdem via ſupplicium quandoque infertur, qua peccatum graſſatum fuit.

ECce quomodo Maria caput conterit ſerpentis, quia ſerpens primò mulierem eſt agreſſa, vt ſic eadem via inferatur pœna, qua culpa ingraſſata fuit. Acutiſsimè Chryſoſtomus Homilia in laudem Crucis, quæſtionem hanc excitat. *Quam obcauſam* (ait) *tali maledictione percutit ſerpentem, per quam ſuper pectus ac ventrem graderetur, terramque hæſitaret cunctis diebus vitæ ſuæ?* Sanè ſubtilis, ac delicata quæſtio: non enim videtur maior cauſa, quare pectus, & venter potius quàm alia maledicantur membra. Satisfacit Chryſoſtomus: has ſerpentis partes potius maledictione fuiſſe inflictas, quia ipſæ potiorem cauſam perditionis naturæ humanæ dederunt, & ſic iuxta qualitatem ſceleris pœna menſuraretur *Hic* (inquit) *nimirum ratione pectori maledixit, quia in eo ſedes erat cordis, quod ſerpenti fuit mali totius aduerſum progenitores noſtros concepti domicilium. Ventri autem maledixit, quia, prætenſa eſcæ illecebra, vtrumquè pertraxit in præcipitium inobedientiæ; ad hac inuctur, vt comedat omnibus diebus vitæ ſuæ* hæc Chryſoſtomus. Peccauit pectus, ſedes cordis, in quo totum machinatum eſt contra humanam naturam nocumẽtũ illi imponatur pœna, *ſuper pectus tuũ gradieris.* Peccauit venter, ſedes eſcæ, dum eam parentibus primis callidè propinauit, huic ſimiliter infertur caſtigatio, *terram comedes.* Vt hinc omnibus compertũ fiat, quomodo ſuppliciũ ſemper inueniat aditum, qua parte ſcelus intravit, & iuxta menſuram delicti, ſic diſponatur flagellum. *Chryſoſt.*

2. Reg. 18. num. 9. Accidit, vt Abſalon Dauid filius, ac ſæuiſsimus hoſtis, in prælio ſeruis Dauid, ſedens in mulo occurrat, cumque ingreſſus fuiſſet mulus ſubter condenſam quercum, adhæſit caput eius quercui, & illo ſuſpenſo inter cœlum, & terram; 2. Reg. 18.

mu-

mulus, cui inſidetat, pertranſiret, mortuſque Abſalon penderet miſerè. Non vacat myſterio talis euentus mortis. Cur ex capillis pēdens emoritur? Præclarè Chryſoſt. in Pſalm. 3. *Mulo enim equitans, ex pilorum coma, à coma arboris tenebatur, & coma tenebat coma tyrannum, illic eum cōtundens, vbi diadema paternum geſtare contendebat.* Hæc Doctor Chryſoſtomus. Caput illud, cuius tempora redimiri diademate paterno ſtudebat, ſuſpenſione torqueatur capillorum; ibi dolores infligantur, vbi honores ini quos imponere curabat; vt vnde peccatum eſt ortum, ibi pœna ſedeat, ſupplicium appareat.

Chryſoſ.

Recole Ægyptios vndis maris rubri obuolutos, miſerrima clade perire, ita vt nullus remaneat, cum tamen idem mare viā Hebræis tutam, & latam paraſset, ac impenderet. Poterat ne Deus ipſorum Ægyptiorum crudelitatem alibi punire? Quis ambigit? Quare ergo nec in ſua patria, nec in via, quando Hebræorum inſequebantur populum, ſed in mari rubro immerſos ſub vndis flagellat? Elegater Theod. nodū ſoluit q. 23 in Exod. *Tradidit fortiſsimus iudex exitio aquarum Pharaonem cum toto exercitu, quia per aquam interemerat infantes Iudæorum.* In aqua tā diram crudelitatem exercuit erga Hebræorum puriſsimos infantes, ipſos crudeliter ſub vndis inuoluens; & ſic eodem modo cūctum eius populum, ipſumque Pharaonem aquis ſumergit Deus, atque crudeli ſtrage exercitum detruncat. Vt, aquæ, quæ Hebræorum pueris in ſepulturam iuſſu Regis iniqui extitere, eædem ipſum Pharaonem ventre deuorarent, ac viſceribus ſuis acriter deglutirent.

Theodor.

3. Reg.

3. *Reg* 21 ad Reginam Iezabel ob mortem Naboth, ſic Dominus effatur, *Canes comedent Iezabel in agro Ieſrael.* Quare in agro iſto, & non alio corpus Iezabel Reginæ eſca canum futura erat? Nonnè melius in platea, vt ſic eius pœna euidentius euulgaretur? Quare non in loco eodem, in quo Naboth innocentem interfici, præcepit, ſed præcisè in iſto Ieſrael agro? Abulenſis quæſtionem dirimit ſubtiliter, affirmans, agrum iſtum, locum ſupplicij reginæ deputari. *Quia* (ait) *illic erat hortus amæniſsimus, quo regina maximè delectabatur.* Hæc Abulenſ. Vbi delectabatur, ac in delitijs impudicis erat, opiparèque epulabatur quotidie, ibi canibus excarnificanda obijcitur, vt ibi in loco culpæ, locus aſignetur ſupplicij.

Abulenſ.

2. Reg.

Huc attinet quod 2. Reg. 18. num. 14. *Fertur* de mortuo Abſalone. Iſtum ergo, vt Ioab exercitus extremus dux ſuſpenſum ex arbore conſpexit, tres lanceas in corde fixit. Quare tres, nec

plus,

pluš, nec minus cõfodit? Rabbi Dauid quæſtionem ſoluit. *Quia tria corda quodammodo ſolicitabat, ſeu furabatur virorum Iſrael, ſcilicet, Regis, Ducum, & plebeiorum.* Hæc Rabbi Dauid.

Geneſ. 19. n. 24. *Dominus pluit ſuper Sodomam, & Gomorrham ſulfur, & ignem de cœlo, & ſubuertit ciuitates ſuas.* Maximum dubium ingerit, cur ignis iſte in pluuiæ formam de cœlo decidat? Ignis enim ſecundum naturæ ſuæ exigentiam, ſurſum aſcendit. Quare ergo ſuper iſtas nefandas ciuitates in modum imbris de cœlo cadit? Sanè, vt culpæ pœna reſpondeat; Sodomitæ enim præpoſtera venere, auerſa libidine vſi fuerant, & relicto naturali modo, illum ſunt ſequuti, qui contra naturam erat. Cum igitur ignis iſte ſit pœna huiuſmodi peccati contra naturam, pluat vt imber, & contra naturam ſuam deorſum cadat. Hoc ex Chryſoſtomo, homil. de pœnitentia deſumpſi: Vbi in hæc verba prorumpit. *Retributionem erroris ſui in ſe ipſis recipiebant. Erat autem iuſta retributio his, qui naturæ ſubuerterãt leges, fœminas in maſculis quærentes, vt inuertatur in eis naturæ ordo; & fiat eis naufragium ex igne, quaſi ex aqua.* Hæc Chryſoſtomus. Et quid acutius pro noſtro aſſumpto excogitari poteſt? Geneſ. 24. Chryſoſt.

AROMA IX.

De infauſta Dæmonum fortuna, quando in hora mortis, inuocato NOMINE MARIA, *truncatis viribus, pauidi fugiunt, ac in tartara detruduntur.*

NOmen Maria idem eſse, ac maris ſtellam, fusè in ſuperioribus diſcuſum eſt. Modò autem locum huius ſtellæ inquirire, lubet. Aſtrologi ſitum huius ſtellæ Aquilonem eſse, adſcribunt. Aquilo autẽ typus eſt mortis, eô quod vehemens eſt propter ventorum, ac procellarum, impetum, vel quia ſicut, teſtante ſacro eloquio, ab Aquilone panditur omne malum, ſic à morte, ſi in peccatis eſt, omne malum infernalium tormentorum deducitur. Aut per Aquilonem Spiritus immundi figurantur, teſte Ioanne Geminiano, lib. 1. cap. 72 ſic fante. *Spiritus malignus aſſimilatur* vento Aquiloni. *Primò, quia Aquilo eſt ventus frigidus, & hoc habet ex loco ſui exitus; & ſimiliter ſpiritus malignus eſt frigidus, feruorem mentis extinguendo: Eccleſiaſtici 24 Frigidus ventus Aquilo flauit, & gellauit chriſtallum ab aqua, &c.* Et propter alias proprietates, quæ ibi eleganter à præfato Authore deſignantur. Gemin.

Digitized by Google

Ad nomē Mariæ flectens; cum ſtella maris interpretetur, per pulchrè aſsignatur locus eius Aquilo, nempe *mors, & ſpiritus malignus*, quia velociſsimo volatu in hora mortis ſubueniendo fidelibus aſtat; ibi aſsidet, vt alumnum ſuum à dæmonibus defendat. Præclara maris ſtella in Aquilone ſita, hoc eſt, in mortis cruciatibus, vt illic dicisſis hoſtium telis, confractis armis, debellatis immundorum ſpirituum phalangibus, exploſſa ſiccitate affectus, humiditatē lachrymarū reuocet. Ibi reſidet, ibi ineſt, ſicut pijſsima Eccleſia fidelium Mater ſemper interpellat.

Eccleſia.

Maria mater gratiæ,
Mater miſericordiæ,
Tu nos ab hoſte protege,
Et hora mortis ſuſcipe.

In mentem veniunt, quæ ab Eccleſia, diuino afflante ſpiritu, infirmis penitùs morti apropinquantibus per miniſtrum agonizanti aſsiſtentem, eloquitur. Iam, iam ſolutione, è corporis ergaſtulo imminente, Sacerdos ſic effatur. *Cedat tibi teterrimus Sathanas cum ſatelitibus tuis, & in aduentu tuo, te commitantibus Angelis, contremiſcat, atque in æternæ noctis chaos immane defugiat. Exurgat Deus, & diſsipentur inimici eius & fugiant, qui oderunt eum à facie eius, ſicut deficit fumus, ſic deficiant; ſicut fluit cera à facie ignis, ſic pereant peccatores à facie Dei. Confundantur igitur, & erubeſcant omnes tartareæ legiones & miniſtri Sathanæ iter tuum impedire non valeant.* Hæc omnia effatur Eccleſia pijſsima, vt Dominus in illa hora inſidias inimicorum diſſoluat, aciem tartarorum deuaſtet.

Eccleſia.

Sed quibus armis, rogat Bernardus, aereæ poteſtates deuaſtabuntur? quomodo corruent? Audi Bernardum relatum à S. Bonauent. in ſpec. lect. 2. *Non ſic timent hoſtes viſibiles hoſtiū multitudinem copioſam, ſicut aereæ poteſtates Mariæ vocabulum, patrocinium, exemplum; fluunt, & refluunt, & pereunt ſicut cera à facie ignis, vbicumque inueniunt crebram huius nominis recordationem, deuotam inuocationem, ſolicitam imitationem.* En, quibus artibus in mortis articulo dæmones ſicut cera fluunt, quibus armis terrentur, cui poteſtati ſuccumbunt, quo excarnificantur flagello, ſcilicet, inuocato nomine Mariæ; quo enuntiato, teterrimus Sathanas cum ſatellitibus ſuis protinus cedit, cuncti gehennales aduerſarij non audentes iter animæ impedire, fugiunt, & anhelantes, quô ſe vertant, neſciunt.

S. Bonau.

Sanè ipſe Ieſus, qui nullius egebat adiutorio, omnipotens, ac ſupremus rerum Dominus, vt viuens habuit ſemper inſeparabili-

Digitized by Google

liter Mariam, & moriens voluit illam ſibi iuxta crucem ad eſſe, illiuſque præſentia, ac voce in tanto pœnarum alluuione gaudere. Ioann. 19. ſic Chriſtus Mariæ aff tur. *Mulier, ecce filius tuus.* continuoque mortuus eſt, ita vt nec poſtremus halitus exiret, niſi verbis Mariam ſonantibus annexus; docens, quàm rectè cum Maria anima è corpore egrediebatur. Sic Guarricus Abbas, ſerm. 4 Aſſumpt. *Cæterum (ait) cùm dilexiſſet eam Ieſus, in finem dilexit eam; vt non ſolùm propter ipſam finem viuendi, verũ & in ipſa finem penè faceret loquendi: dum velut inter vltima verba teſtamenti curam matris, cuius deuitorem ſe cognoſcebat, chariſſimo tranſcribit hæredi.* Hęc Guarricus. Noluit Chriſtus Dominus ſupernus cœli, & terræ Magiſter, vitam agere, vel ad mortem apropinquare, quin, vel vltima eius verba Mariam inuoluerent, matris vocem perſonarent. Chriſtianos erudiens, cũctam eorum fœlicitatem in eo eſſe, quòd vltimos vitæ halitus ſine Mariæ patrocinio proferre nolint; ſed in vlnis *Mariani* nominis, ac in eius per dulciſsima voce defuncti occumbant. Ioannis. Guarricus.

Huc dilucide ſpectant; quæ à doctiſsimo Idiota effata referũtur, cap. 5. de laud. Virgin. nomen hoc per dulce commendans. *Super omnia Sanctorum nomina (ait) reficit laſſos, ſanat languidos, illuminat cæcos, penetrat duros, recreat feſſos, vngit agoniſtas & iugum diaboli extrudit fama tui ſanctiſsimi nominis, clariſsima virgo Maria,* Hæc Doctor. Preme ea. *Vngit agoniſtas;* etenim agoniſtæ in firmi ſunt iam iam in exitu exiſtentes. Vnde, agonizantes dicimus eos, qui morbo corporis iam conſumpti, linteo funebri præparato, terribili ſeparationis hora exiſtunt. Quid tunc pro ingentibus mortis præſuris, ac exitus extremi imminẽtibus periculis? Quid in firmo ad roborandam imbecillitatem adhibebitur? Præclarè Idiota. *Nomen Mariæ vngit agoniſtas, reficit laſſos.* Ad hæc ſubeunda certamina, ad hos ſuperandos agones, os tuum, animamque tuam oleo iſto ſuauiſsimo, ac fortiſſimo vnge; vt imbecillitate confortata, excuſſoque terrore, aciem inimicorum penetrare poſsis Quod Dionifius Cartuſ. libello aureo de 4 nouiſsimis art. 3. de morte, deuote perſentit, adnotauit, conſuluit. *Itaque (ait) contra hæc omnia tormenta opportet agonizantem eſſe munitum, & niſi ante ſuam infirmitatem fuerit contra hos viſibiles hoſtes inſtructus, & exercitatus, aut vix non praualebit tempore mortis, niſi forſan ex valde ſpeciali, & gratioſo auxilio Dei, & Angeli ſui, ſanctæque Virginis Mariæ, &c.* Coroborat hoc nomen puſilanimes agonizantes, ipſoſque S. Idiota. Dion. Cartuſ.

infirmitate opreſſos recreat, ac contra diaboli tentamenta munit fortitudine, armis inſtruit.

Merito nomen Maria eſt fiſcella illa ſcirpea, in qua Moyſes infantulus ripa fluminis in carecto expoſitus, pro vita reparãda, includitur Quia ſicut in ea Moyſes morti proximus Ægyptiorum impetum fugit, & portum arripit. Sic vicini mortis in nomine *M*ariæ dæmonum fureſcentem rabiem vitant, excluſoque eorum iugo, portum vitæ conſequntur. Eſt arca illa vbi imminentibus diluuij vndis, Noe, eiuſque familia ab vniuerſali eluuione ſeruatur. *S*ic mortis præſuris apropinquantibus, à punctis mortis iam tactis, in huius vocis enuntiatione fortitudo contra imbecillitatem concipitur, iugum contra effrænem diaboli poteſtatem, auxilium contra Dei imminens iudicium.

Profecto illud Eccleſiaſtici 51. hanc Mariæ in mortis articulo tutelam fideliumque patrocinium commendat. *Liberaſti me* (ait anima) *ſecundum multitudinem miſericordiæ tuæ à rugientibus, præparatis ad eſcam, & de manibus quærentium animã meam, &c* Hi rugientes procul dubio dæmones ſunt, præparati ad eſcam, id eſt, ad raptum animæ, quæ eſt in tranſitu; de cuius manibus animas quærentibus eas ſacratiſsimum nomen Mariæ arripit, & liberat. Sicut ſanctæ Brigittæ Deiparam retuliſſe fertur, lib. 1. cap. 19. *Omnes etiam dæmones verentur hoc nomen, & timent; qui audientes tale nomen, ſtatim relinqunt animam de vnguibus, in quibus tenebant eam; ſicut enim auis, quæ in prædam vngues, & roſtrum habet ſi audierit ſonum aliquem, relinquit prædam, & cum nihil operis ſequi videt, ſtatim reuertitur ad eam: ſic dæmones, audito nomine meo, ſtatim relinqunt animã, quaſi territi, ſed iterum ad volant, & reuertuntur ad eam, quaſi ſagitta velociſsima, niſi aliqua emendatio ſubſequatur.* Sic Deipara dictat ſanctæ Brigittæ.

Eccleſiaſt.

Vnde *S*. Germanus in Encomio de dormitione Deiparæ nomen Maria præſidium appellat. *Eſt ergo* (ait) *Virginis nomen præſidium, vbi fideles pro vita conſeruanda confugiunt.* Præſidiũ vulgò vocatur illud, quo milites aduerſarijs tuentur, ſecuri perſiſtunt. Sic *M*ariæ nomen eſt illud præſidium, in quo à diabolicis ſpiritibus defenduntur, ac tutantur homines. *Neque* (annectit Germanus) *tantum hauſtu animæ reſpirant, quantum nominis tui protectione confirmamur; neque enim vita, neque ſalus, neque reparatio ſine Mariæ nomine hominibus adeſt.*

S.Germ.

Huc

Huc tamdem ſpectant illa, quæ de Chriſto Domino, Ioan. *Ioann.*
19. aſſeruntur. Suffixus in cruce, exaltatuſque à terra ſerpens ille
diuinus, vt omnia ad ſe traheret; iam extremum vitæ ſpiritum
redens, *inclinato capite, tradidit cũ, &c.* Hoc eſt, caput ad terrã
flectens, & inclinans, ex hac vita migrauit. Cur mi Domine ca-
put tuum in terram, & non in cœlum, quò iturus es, inclinas? Si
ad Patrem iam proficiſceris, ad ipſum caput leua. Non enim
conſentaneum videtur, vt inclinato in terram capite, qui totus
cœlicus es, ſpiritum tradas, animam mittas. O fratres, erat enim
in terra Maria, erat ibi iuxta crucem dilecti iam morientis, ad
cuius vlnas inclinatus, ſub cuius nominis vmbra (pro noſtra eru
ditione) defunctus volebat occumbere; & ſic ad eam caput incli *Hugo.*
nans, ſpiritum reddit. *inclinato capite*, id eſt, (ait Hugo) *ex par*
te Mariæ. Nec aliter Philippus Abbas lib. 1. in Cant. cap. 25. *Vi-* *Philippus*
dit Ieſum ſtantem iuxta Crucem Matrem, & diſcipulum, quem *Abbas.*
dilexit, & ſuper iſtos, quos Spiritus Sanctus obumbrabat, eò gra-
tiùs, quò ſuauius requieuit, & ſole foris æſtuante, cuius rabies
eum impleuit, & inclinato capite ad iſtam, tradens ſpiritum, ob-
dormiuit. Hæc Philippus. Sic Ieſus quaſi de Mariani nominis
ſinu, in mortem iuit, docens, ne quis homo audeat, certamina
mortis intrare, niſi Mariæ vmbra protectus, eius patrocinio con
fotus, eius nomine munitus.

Suis ſemper adeſt Maria, cur in extremo illo periculorum
diluuio, vbi aſsiſtunt Sathanici hoſtes, vt morientes in deſpera-
tionis abyſſum trahant, non aſsiſtet? Cur omnem lapidem non
moueat, vt agonizantes, nimio timore correptos, ſæuioribus ia-
culis quaſſatos foueat, adiuuet, defendat. Ne moneamur à Chri-
ſto in cruce pendente, iuxta quem erat Maria, Ioann. 19. *Stabat* *Ioannes.*
iuxta Crucem Ieſu Mater eius. Ad quid Maria adſtat tantorum
vulnerum dilecti ocularis teſtis? Sanè vt ſicut in Chriſto omnes
nos huic vitæ peperit, ſic & in morte æternæ nos vitæ quoadmo-
do parturiret, & per hoc quod morti Chriſti adſit, nobis in mor
te ſuccurrat. Pulchrè doctus Salmeron, tom. 3. tit. 5. *Ob id* (ait) *Salmer.*
quod Chriſto naſcenti, & morienti Maria adſtitit, digna facta,
quæ filiorum Dei generationem, vt mater pientiſsima foueat, at-
que morti noſtræ in qua Deo per gloriam naſcimur, ſingulariter
ſuccurrat, vt ita tanto patrocinio, & fauore ſubleuati, ſeruatique,
Virginem ſanctiſsimam imitemur, ac filium eius cum Patre, &
Spiritu Sancto per æterna ſæcula exaltemus, atque magnifice-
mus, &c. Tunc enim, cum magis periclitamur, maioreſque ten-
tationes nos vrgent, ac crudeliores acies dæmoniorum adſtant,

Digitized by Google

Maria protectionis ſuæ vmbram extendit, recreat, protegit; quod non ſolum per ſui ipſius impendit tuitionem, ſed & angelorum, ac ſupernorum ſpirituum, ſignatè Michaelis, miniſterio vtens.

Periclitãtibus in mortis naufragio aſsiſtit, & per ſuper nos ſpiritus, eius voluntati obſequentes, alumnorum animas, quæ de corpore egrediuntur, gratanter ſuſcipit. Sic S. Bonauentura in Speculo, lect. 3 ex S. Auguſtino. *Michael Dux, & Princeps militiæ cœleſtis cum omnibus ſpiritibus adminiſtratorijs tuis, Virgo, paret præceptis in defendendis in corpore, & in ſuſcipiendis de corpore animabus fidelium ſpecialiter tibi, Domina, die, ac nocte ſe tibi commendantium, &c.* Cuneus enim cœleſtium ſpirituum Mariam ſequens in noſtri auxilium mortis tempore celer aduolat, velociter currit. Liceat claudere, & obſignare Aroma cùm Seraphico præceptore in ſuo Pſalt quibus verbis ſic fragilitas mea ipſam obnixè rogat, humiliter interpellat, fiducialiter agit. *In exitu animæ meæ de hoc mundo, occurre illi, Domina, & ſuſcipe eam. Conſolare eam vultu ſancto tuo, aſpectus dæmonis non conturbet eam; ſto illi ſcala ad Regnum cœlorum, & iter rectum ad Paradyſum Dei, ſuſtine deuotos ante Tribunal Chriſti, ſuſcipe cauſam eorum in manibus tuis, &c.*

S. Bonau.

Roborat præfata illud ſcitu dignum à Bernardino de *Buſtos* recitatum, part. 12. de coronat. Mariæ, ſcilicet, quòd auicula paruula fugit auiditatem rapacis volucris inuocato Mariæ nomine. (Verbis vtor Buſtos) legitur quod quædam deuota iuuencula docuit quandam auiculam dicere, *Aue Maria*, ita quòd garriendo, illud proferebat. Quadam autem die volucris rapax ipſam arripuit, & aſportauit, quæ cum clamaret, *Aue Maria*, ſtatim illic auis rapax mortua cecidit, & auicula ad gremium iuuenculæ eſt reuerſa. Sanè multa fiducia hoc nomen ſanctum efferre poſſumus, pleno affectu inuocare, cum auicula irrationalis, nuda huius vocabuli enuntiatione, conſequta ſit in neceſsitate remedium, &c.

Buſtos.

ARO-

AROMA X. MORALE.

In mortis articulo acrior deſæuit perſecutio; quamque miſerrimum, illum ſine Sanctorum adire patrocinio.

D*Eſcendit diabolus ad vos, habens iram magnam, ſciens quod* Apoc. 12.
modicum tempus habet. Sic Apocal. 12. Callidiſsimi, atque
nequiſsimi hoſtes animarum dæmones, mortem eſſe terminum
mærendi, atque demærendi, prouide agnoſcentes; & animas in
ea affectione, in qua per mortem corporibus ſeparantur, immu-
tabiliter permanere, in ipſo mortis articulo acerrimè agonizã-
tes pungunt, mordicus torquent, ac inceſſanter ſtimulant.

Matth. 4. *Ductus eſt Ieſus a ſpiritu, vt tentaretur à diabolo,* S. Lucas.
& cum ieiunaſſet quadraginta diebus, & quadraginta noctibus:
poſtea eſurijt. Tunc accedens tentator, tria certamina in Domi-
num prouocat, terque ab ipſo turpiter deuolutus exiſtit. Quid
tunc excogitat dæmon, dum à Chriſto Domino fortiter vinci-
tur? *Conſumata* (ait textus) *omni tentatione, diabolus receſſit*
ab illo vſquè ad tempus. Quid ſibi vult vſquè ad tempus? Quod
tempus? Quo enim tempore Chriſtus non victor, diaboluſque
non excarnificatus euadet? Præclarè D. Athanaſius, orat. de
paſsion. ait. *Tunc diabolus cum pudore reiectus, obſeruandum ſi-* Athan.
bi perſuadebat tempus mortis, certus omnino poſſe ſe per mortem,
qua omnes in ſeruitutem redigit, etiam hunc tentationibus ſubige
re: ſcriptum eſt enim apud Lucam: quòd cum conſumaſſet diabolus
omnem tentationem, abceſſerit ab eo in tempus idoneum. Hæc
Athan. Ad iſtud tempus ſua peracuta differt iacula, tunc gladiũ
acuit, tunc fortius in omnem hominem callidioribus irruit ten-
tamentis. Quoſdam ad deſperationem, alios ad complacentiam
ſuam immoderatam meritorum inducere conatur. Nonnullos
de impacientia, propter ſuarum infirmitatum acerbitatem ag-
greditur; alios ad veræ fidei contrarium, vel ad blaſphemiam
excitat; ac generaliter cunctos, ſciens temporis breuitatem, for
tius ſtimulat, callidius arguit, acrius pungit.

Iam moriturus Chriſtus, ſic ad ſuos Ioan. 14. *Iam non multa*
loquar vobiſcum; venit enim Princeps huius mundi, & in me non
habet quidquam. Ac ſi dicat: etiamſi diabolus fortius veniat,
callidius arguat, ardentius irruat, quia morti apropinquo; in
me non habebit quidquam. Quaſi hanc diaboli in mortis articu

Digitized by Google

lo acerbitatem exponat. Quod pereleganter extricauit D.Gregorius, **S.Greg.** hom.39.in Euang.*Vnde curandum nobis eſt,& cum magnis quotidie fletibus cogitandum;ne quam rabidus, terribilis ſua in nobis opera requirens,in die noſtri exitus princeps huius mundi veniat.Si enim ad Deum carne morientem venit, & in illo aliquid quæſiuit,in quo ſuum nihil inuenire potuit, quid nos miſeri dicturi,quid acturi, qui innumera mala commiſimus.* Præclarè hæc Gregorius; vtinam illa mente crebrò perpendamus. Cùm enim ille ſæuiſsimus humanæ naturæ hoſtis videt extremum diē hominis apropinquare,fortius armatur:& eos,quos in vita validiores expertus eſt,vehementius impugnat,nouam ſumit audaciam,ſpemque nouam victoriæ alit.

Geneſ.3. Gen 3.de dæmone ſub ſerpentis typo,ſic Dominus alloquitur.*Ipſa conteret caput tuum,& tu inſidiaberis calcaneo eius.* Quare diabolus calcaneo ſpecialiter inſidiatur? Moyſes Berçapha. **Moyſes Berçapha,** *Et tu illum feries in calce ipſius,&c.* Sanè calcaneum,extremam partem vitæ repræſentare,Ruperto placuit,cui ſpecialiter obſeruat diabolus,quia in extremo vitæ noſtræ actiones ſtruit inſidias. **Eucherius.** Sic Eucherius.*Calcaneum eſt extrema vitæ noſtræ tempus, quo diabolus nos impugnare ſatagit,cui ſi viriliter reſiſtimus,victoriam perſeuerantiæ cum ſalute noſtra percipiemus,&c.*

Cōtra hæc omnia bella,ac diaboli callidiſsima iacula oportet agonizātē eſſe cōmunitū. Et enim quā miſerrimū erit,tūc tot hominē tormētis quaſſatū patronis indigere? Ad pugnā ſine tot tūm aggredi patrocinio. Quid miſer peccator tūc operabitur ſolus,quādo tot aſsiſtūt tartarorū impugnātes phalāges?tot dæmoniorū armatę acies?tot ſęuiētes inimici ira ardētes excādeſcunt?

Amos. Huc fortaſsis attinēt illa Amos verba, c 6. *Nūquid currere queunt in petris equi?* Sanè perpetroſa loca peribūt equi,ſi curſū aggrediantur.Iſti equi diaboli ſunt.Si ergo in morte multas petras,id eſt,multos patronos habeas,curſus dæmoniorū nō erūt. Quare quot Sanctos,ac patronos,ſiue deuotos apud Deū habes, tot iuxta te lapides cōgeris,ne dæmones curſum ſuū ſolicitent. **S.Hieron.** Sic Hieron.inibi. *Petra Chriſtus eſt,qui donauit Apoſtolis ſuis, vt ipſi quoque petræ vocētur.Tu es Petrus: & ſuper hanc petrā, &c. Qui in iſtis petris fuerit,aduerſariæ poteſtates,quæ appellantur equi,perſequi eū non poterunt curſibus præpeditis,& per ſingulas petras corruentibus* Hæc Hier. Cōfuge,cōfuge ad Eccleſiæ petras,cōfuge ad Mariā;patronos tibi elige;petras iſtas adama. Vt per eas dæmones currere,non valeāt; non enim curſum, nec incurſum aggredientur,ſi te tantis patronis communieris.

Fæ-

Digitized by Google

Fœlix ille latro inter cruciatus, ac mortis dolores, inter tot tormẽtorũ pœnas pro mortis ſuę fœlicitate Chriſtũ Dominũ *Pa*tronũ elegit. Hoc autẽ nõ ideò factũ exiſtimo, vt pęna leuaretur, neque vt mors immĩnẽs nõ exequeretur: ſed vt inter tot mortis cruciatus leuius ageret, dulciuſque mortis amaritudinẽ propinaret, ac curſum ſuũ felicius perficeret: ſic enim effatur. *Domine memẽto mei, dũ veneris in regnũ tuũ*, id eſt, inter tot mortis cruciamẽta patronus, ac adiutor mihi eſto. Sic Aug. ſerm. 119. *Tã cito eũ repleuit Spiritus Sãcti eruditio, per quã futuri examinis diẽ cogitans, & ſi intollerabile prouat eſſe, quod ſentit, grauius tamen intelligit eſſe, quod metuit. & ſic Deũ ſibi in adiutorẽ aſciſcit, in patronũ interpellat.* Quid pulchrius? Agite, agite dilectiſsimi, & contra futura diaboli callidiſsima iacula Sãctorũ cõmunimini auxilijs, protegimini ſanctis, roboramini interceſsionibus. *Auguſt.*

Pro huius Aromatis fine in memoriã reuoco Dauidis verba, Pſal. 70. *Ne proijcias me in tempore ſenectutis, cũ defecerit virtus mea, ne derelinquas me, quia dixerunt inimici mei mihi, & qui cuſtodiebant animã meã, cõſiliũ fecerũt in vnũ, dicẽtes: Deus dereliquit eũ, perſequimini, & cõprehendite eũ, quia nõ eſt, qui eripiat.* Cõtra hos ergo inimicos, nẽpè dæmones munit ſe Dauid, Deũ inuocãdo, & dicẽs. *Ne elõgeris à me Deus meus, in auxiliũ reſpice.* Tu ergo huius ſanctiſsimi viri ſequere veſtigia, & cũ virtus tua defecerit, & in tempore ſenectutis, id eſt, mortis, dicito Deo, *ne derelinquas me, &c.* *Pſalm.*

AROMA XI.

Breue compendium per illuſtris victoriæ, quæ ad Lepantum Catholica claſsis de hoſtili Turcarũ exercitu, inuocato NOMINE MARIA, *precibuſque pijſsimæ confraternitatis Roſarij conſequta eſt.*

NOn ſolũ Virginẽ, ſanctiſsimũque eius nomen aereæ pertimeſcũt poteſtates, pauideque, & trũcatæ in fugã ſe cõuertũt: ſed & earum miniſtri, inimicique fidei noſtræ, quoties que inſpexerint tali ſtipatos tutamine, eius dico dulciſsima inuocatione, valde pertimeſcũt: ita, vt ad illud tãquã ad aciẽ terribilẽ aduerſariorum in terrã contertiti procũbunt, ac penitus euaneſcunt. Hoc in Balaã vaticinio inuenio. Numer. 24. *Orietur*, ait, *ſtella ex Iacob; & cõſurget virga Iſrael, & percutiet Duces Moab, Iſrael fortiter aget*, id eſt, populus Chriſtianus, qui Deũ videre expectat, viriliter, ac fortiter aget, id eſt, in inimicos ſuos irruet, & armis, telliſque, hoc eſt, ſantiſsima nominis Mariæ inuocatione, dæmoniorũ ſequaces, ac alumnos ſuos, omneque Turcarum claſsem deturuabit, ac deuaſtabit. *Balaam.*

Quod

Digitized by Google

Quod ita eſt verum, vt quodcũque huius ſanctiſsimi nominis elementum, fortiſsimum in aduerſarios noſtros inſtrumentum exiſtat, quo dũtaxat vocabulo, quinque eius litteris, veluti quinque lapidibus in Gigantem diabolum Goliath, alter quaſi fortiſsimus Dauid oſtendimur. Notauit doctiſsimus Pater Cartagena, 2. tom. homil. 6. *Sicut olim Dauid cum virga, & quinque lapidibus Gigantem Goliath expugnauit, ſic fideles adhibentes ſibi per inuocationem Beatam Mariam, virgam de radice* Ieſsè, *& quinque lapidem, hoc eſt, nomen Mariæ, quod ex quinque litteris conſtat, ipſis quidem, velut lapidibus quinque, hoſtes profligabunt.* Hæc Doctor. His ergo armis in quem non irruent hoſtem? quẽ non debellabunt Goliath? Quod certè adimpletũ inuenio in illa fœliciſsima victoria de Turcarum claſſe reportata, nomine Maria inuocato à confratribus ſanctiſsimi Roſarij. Quam ex probatis authoribus accipe.

Cartagena

Cum non ſemel ſummus ille Eccleſiæ Catholicæ Pontifex Pius Quintus, æterni nominis vir (cuius commendatio ipſe eſt) noſtræ Dominicanæ familiæ decus, in menſos labores, diuturnaque bella, quibus oppreſſa laborabat Eccleſia, perpenderet. Cum menti occurrerent nocumenta, quæ chriſtiana Religio in Oriente ex Turcarum Principe, infenſiſsimo chriſtiani nominis hoſte, patiebatur. Timens, ne victricia arma, quæ florentiſsimas Orientis Prouincias ferro, & igne deuaſtabant, in Occidentis populos conuerteret. Cum in cœlum, Dauidis æmulator, vnde tantis damnis remedium ſperabat, oculos attolleret; chriſtianum populum ſacris primum armis, ſupplicationibus, præcibus, & præcipuè pijſsima Roſarij deuotione inſtruere, decreuit. Quã denuo approbans, antiquas gratias, & indulta à ſummis Pontificibus confraternitati tam piæ conceſſas, & confirmauit, & mirum inmodum tàm ad animarum ſalutem, quàm ad deuotionis fidelium augmentum feliciter auxit.

Et vt Roſarij deuotionẽ, quam velut clypeum hoſtibus opponere, decreuerat, felicius promoueret: à qua, & diuinum auxilium, & Beatiſsimæ Virginis patrocinium ſperabat, fidelium animos ad huius congregationis ſortẽ erexit, Eccleſiæ theſauros reſerauit; & his, qui primùm confraternitati tam piæ, & nomen darent, & pœnitentiæ, & ſacratiſsimæ Euchariſtiæ ſacramenta ſuſciperent, plenarium indultum largitus eſt. Suplicationes publicas, quas, prima cuiuſquè menſis Dominica confraternitas ſolet efficere, iacentes excitauit, & tam congregationis pijſsimæ ſocijs, qui ſub tam illuſtri vexillo militant, quàm ijs, qui non-

Digitized by Google

nondum in illius aluum redacti, huic celebritati aſsiſterent, Roſariũ que pro calamitatis deprecatione recitarent, & gratias maximas, & non minora indulta liberaliter conceſsit.

Conuerſus deinde ad Principum arma, ea in vnum corpus redigere, & vt mutuis armis communem iniuriam propulſarent enixè curauit; miſſoque ad omnes Principes, qui chriſtiano nomine militant, de re tam ardua à latere legato, mira conſtantia, animique vigore difficultates, quæ in tam piam, & vtilem Principum concordiam ſuboriebãtur, ſuperauit. Principes vniuit (felicitatis auguriũ.) Conuenere in hoſtem mutuo ardore incitati, Pij Quinti ſanctitas, Philippi Secundi Hiſpaniarum Regis Chatolici maieſtas, Dux inclytus, & Venetiarum Imperium. Proclamatoque totius expeditionis Duce excellentiſsimo D. D. Ioanne Auſtriaco, inuictiſsimi Imperatoris Caroli Quinti filio, & Chatolici Regis fratre, in quo & fratris prudentia, & parentis virtus prælucebat. Vndique copias agere, & exercitum inſtruere cæperunt.

Quanti ſantiſsimi Pontificis tàm in ſpirituali, quàm temporali apparatu vigilantia fuiſſet, effectus declarauit. Vix Mecinenſem portum claſsis intrauerat, vnitiſque trium Principum copijs pugnam apparabant; cum Sanctiſsimus Pontifex miſſo Apoſtolico Nuntio Epiſcopo *de Ciutta de Peña* ad illuſtriſsimum exercitus Imperatorem D. Ioannem, propria manu exaratis litteris Ducis animum mirabiliter erexit, hortatuſque eſt, iret in hoſtes, quæreret victoriæ materiem, certus triumphi.

Attulit inter reliqua Pontificis munera legatus pretioſum donum (Agnum Dei, vulgo vocant) raræ pulchritudinis opus, & quod caput eſt, pleniſsimum Iubileum claſsi vniuerſæ. Acceptauit (vt par eſt) exercitus, vt cœleſte donum: factaque celebri, & ex occaſione illuſtri, ſupplicatione, quam, & claſsis Imperator, militum Principes, Nouarchi, cæteri claſsis præfecti ardentibus cereis comitabantur, pœnitentiæ, & Euchariſtiæ Sacramentis muniti, ſacro Iubilæi munere recreati, viuidiores animos concepere; iam dudum Neapoli illuſtriſsimus D. Ioannes pro ſolemni vaculi, & vnionis vexilli traditione, quod à Cardinali Grambella pijſsimi Pontificis manu ſacratum, acceperat vnionis nomine renunciatum erat, & vniuerſæ claſsis cum Imperio ductor. Denuò tandem Cardinalis Legatus ritè tam claſſem, quam D. D. Ioannem ſacra benedictione, poſtridie idus Septembris, ſanctæ Crucis ſacrato die, Anno Domini 1571. Religioſe excitauit.

Poſte-

Poſtero die in hoſtes intéti animo iã iã hoſtilẽ claſſem ad victoriæ potius, quàm ad pugnæ materiem exoptabant. Soluit eo die Mecinenſi portu claſsis, & ad belli ſpeciem adornata, in hunc modum expeditionem ſuſcepit. *Præibat* Andreas Doria quatuor & quinquaginta triremibus vndique vexillis viridi coloris in ſignum pendentibus, inſtructus ad pugnæ tempus dextrum cornu tutaturus. Sequebatur D. Ioannes Auſtriacus cinctus vndique ſexaginta, & ſex triremibus; cuius vexilla ceruleum biberant colorem: nauigabant deinde quatuor, & quinquaginta triremes, quarum vexilla crocea; *Ductor Sebaſtianus* Venetus, Venetiarum claſsis Imperator ſiniſtrum cornu occupaturus. Claudebat agmen Marchio de Sãta Cruce triginta triremium gubernator; auxilium periclitantibus, debiliori parte præſidium. Aderant præterea ſex aliæ regiam, vel principis triremes tutaturæ. Antecedebat milliaribus aliquot D. Ioannes de Cardona ſpeculaturus hoſtilem claſſem, ordinem proſpecturus.

Nonis Octobris die Dominica prima luce Turcarum claſſis ad Lepantum ſecundis ventis nauigare, viſa eſt. In tria agmina diuiſa claſsis, ſimilitudinem naſcentis Lunæ referabat. Mahometus Negropontis, & *Sy*rocus Alexandriæ Prorex octoginta triremibus dextrum cornu; Siniſtrum Luchalius, Argelis *R*ex, natione Calaber, Religionis Chriſtianæ Apoſtata, rei nauticæ & prædatoriæ non leuiter edoctus, alijs octoginta triremibus, tenebat. *M*edius ibat totius claſsis Ductor Baxa Hali quatuor & octoginta triremibus munitus. *S*equebantur in agminis ſubſidiſi triremes quam plures, biremes, quadriremes, ita vt ducentorum, & triginta regalium triremium numerum excederent.

Ad aſpectum hoſtium aciem inſtruere, milites hortari, & bellatoris, & ducis munia obire, par vtriuſque imperatoribus cura. Vbi ad tormenti iactum ventum eſt, Chriſti Domini crucifixi, & Beatiſsimæ Virginis matris, ſtellæ maris imagines in ſublimiori triremium parte præfigere, iuſsit Auſtriacus Ioannes, procumbenſquè religioſè in genua, Ducis exemplum ſequuntur milites feruenti, & pia oratione diuinum auxilium implorarunt. Ne diuina maieſtas pateretur, Chriſtiani populi peccata ſuis militibus huius victoriæ palmam proriperent; ne Catholicæ Religionis hoſtes in tali diſcrimine ſuperarent, reſpiceret benigno vultu fidelium populum, fidem Chriſtianã extolleret, victoriam humilibus tribueret. His actis, continuo Pontificis pijſsimi commiſarij indulta in pugna pereuntibus conceſſa, proclamant. Confeſsioneque ſolemniter à militibus recitata, tàm Sacerdotes,

quam Religioſi, omnes qui aderant tàm à peccatorum macula, quàm à pœna debita abſoluunt. Hortantur pro Chriſtiana fide vitam ponant, Datoque ad pugnam ſigno (mirum dictu) aura hoſtibus ſecunda, noſtris triremibus aduerſa, repente in victoriæ augurium reſedit, fauit. Occeanum in ſtagni morem placidum, vel admiratione ſtupens, potentiſsimos totius orbis exercitus de ſua poſſeſsione pugnantes, veluti contemplaturum, quieuit.

Cepta vtrinque pari animo, pari virtute, pugna, pari conſtantia; forte inter pugnantium globum regia Turcarum triremis à noſtris ex vexillorum multitudine, & ex pharis tribus cõſpicata, nouum animum Hiſpanis dedit. Iuſsit Auſtriacus Magiſtro comiti, qui ei pro clauo adſiſtebat, iret in hoſtẽ (ſibi Principi Principem inuadere, decorum) vtrinque incurſum eſt. Dũ eodem ferme tempore Marcus Antonius columna, & Generalis Venetus Pertam baxæ triremem Principem inuadit. Incredibilis furor, dum ſe impetunt. Vtriuſque claſsis, dum ſigna conferunt, militum, tormentorum, armorumque ingens ſtrepitus, pugnantium, & cadentium clamor, horrido reſonabant vlulatu Maria, ſtrenua, & acris pugna, virtus penè ex vtraque parte ęqua fuit.

Diu quàm in partem victoria inclinaret, dubitatum. Sed ad duas necdum horas cedere hoſtem, fauentequè omnipotente Deo, & Virgine Maria terga dare, ſigna conuertere, ſequi ſtragem, ſpolia, & trophea, manifeſtè patuit. Ter regia Turcarum triremis ad malum, vſque ſubiugata fuit, ter noſtri, & Turcarum multitudine, & hoſtium virtute expulſi fortunam iterum tentabant. Aderat enim pro Turcis quadriremis, nouũ, & ſtrenuum militem pro interfectis ſubſtituens.

Ceſsit tamen noſtrorum virtuti hoſtis: occiſiſquè intra triremem Regiam Genizaris quadringentis,) vulneratos omitto, qui vltra numerum exceſſerant) puppim Lupius de Figueroa aggreditur, intrat, Regiumque Turcarum vexillum proſternit, cuius loco Crucifixi imaginem fixit, dum eius miles Pertam Baxam Generalem Turcarum ignorans ſclopeti globo malè vulneratum, enſe transfodit; quiſnam eſſet, e docti milites, caput abſcindunt, haſtaque oblonga infixum claſsibus oſtendunt, victoriam inclamant, victoriam. Ad Ducis aſpectum languere hoſtes, vrgere noſtros, illos cedere; & vix reſiſtentes triremes aprehẽdere, ſubiugare. Per tres horas ſtrenuè, & acriter

ter belligeratum, adeoque cruenta pugna fuit, vt mare, & ignem vix dignoſces, adeo vtrumque elementum in Turcarum perniciem commixtum eſt.

Multi triremes Turcicæ, veſtes, pharetræ, ſagittæ, tela, clypei, parmæ, varij generis vaſa, antenarum confracti mali, infinitaquè alia victoriæ ſpolia viſebantur: natabant vndis diciſſa corpora cruenta, alia fatis iam tradita, alia per vulnera, & ictus animam agentia. Vbi hoſtes victoriam cognouere, fruſtrarique auſus, & nil niſi præſentem mortem imminere; conuertunt ſigna, turbatiſque ordinibus, nil niſi ſalutem procurantes, aufugiunt. Ochalius præcipuè cum ſuis triremibus euaſit. Inſecutæ ſunt fugientem triremes noſtræ, & licet plures ex hoſtibus euaſerint; ſupra quingenti tamen ex vulneribus ad Lepantum obiere.

Expedire victrici claſsi, poſt tam illuſtrẽ triumphum viſum in Petelam portum proximiorem, & opurtuniorem locum ſecedere. Ibi recenſita claſſe maior victoria cognita eſt, quam exiſtimata. Nã vbi luſtrati milites, de filijs alienorum oſtendere obijſſe in pugna, è noſtris ſeptem mille ſeptingenti, & quinquaginta ſex reperti. E militibus noſtri ſanctiſsimi Pontificis mille octingẽti & tres, Catholici Regis exercitus vltra tres mille (præter alios, qui non mercede, ſed virtute propria conducti expeditionem ſequebantur) reliqui e Venetiarum claſſe deſiderati: inter quos præcipuè D. *Bernardinus* de Cardenas, & Auguſtinus Barbarinus Venetorum prouiſor ex vulneribus in pugna acceptis.

Ex hoſtibus vltra triginta & quinque milia; centum & viginti nobiles *Duces*, & quatuor Phari Duces occiſsi ſunt. Triremes centum & ſexaginta integræ, & validæ captæ. Quadraginta tormẽtorum ictibus quaſſatæ periere. Capti item è Turcis ter mille quadringenti & ſeptuaginta præter duos Baxæ filios & maioris notæ alios, qui inſigniorem victoriam rediderunt. Pecuniarum ſpolia, cerica varij coloris, tam auro inter texta quam pura, innumera, & pretioſa. Chriſtiani, qui libertatem acquiſierunt, tam ex Italis, quam Hiſpanis, & alijs nationibus, vltra tredecim milia.

Diuino numini adſcribi debere victoriam, plura miracula prodiderunt. De cœlo etenim pugnatum eſſe, ipſa mancipia Turcica proclamabant, Angeloſque pro noſtris triremibus deſuper aſpexiſſe diſtrictos enſes vibrantes, faſsa ſunt. Ideò in regali Vaticani aula D. Petrus, & Paulus, Angelorum exercitus, Duces contra inferni potentiam depugnantes depicti, in eumdemque

Digitized by Google

demque ſenſum imagines excuſsæ ſimile miraculum referentes. Nec minus prodigium nautis fuit (ijs præcipuè, qui ex continua experientia, maris illius naturam perpenderant) repentina vẽti mutatione, qui dum hoſtibus ſecundus perflat, vbi tubæ inſonuere ad pugnam, ſubitò conuerſus noſtros iuuit, hoſtibus aduerſus; ita, vt vniuerſi pulueris tormentarij fumus vtriuſque claſsis in Turcas verſus pugnantes obcæcaret. Quæ aeris mutatio repẽtina, in cogitata, & contra naturam temporis, & illius maris iuxta nautarum eruditorum placitum, obtigit eadem hora, qua Romæ in Mineruа, ordinis Prædicatorum Cœnobio cõfratres ſanctiſsimi Roſarij Auguſtiſsimum NOMEN MARIA inuocabant Quo nomine perſonante, cuncta pro noſtra, & aduerſus Turcarum claſſem ſubitò, & præter naturam immutata ſunt.

Vexillum vnionis (vulgo liga) à Pontifice Benedictum, vbi ſacratiſsima Chriſti Crucifixi imago prælucebat, nullo nec ſclopleti, nec ſagittarum, nec teli alterius ictu percuſſum, illæſſum manſit; cùm & antemnæ, & mali ita denſis ſagittis tegerẽtur, vt ſe inuicem tangerent, & ſyluæ ſimilitudinem exprimerent. Reliquis ſignis, aut vexillis ita ſclopletorum, & ſagittarum ictibus perforatæ, vt nec vnum integrum permanſiſſet. Mirum eſt, quod cum duæ ſagittæ Regale vexillum, alia à Crucifixi imagine, alia à contraria parte, fixiſſent, ſtatim ſimia, quæ in Regia trireme colludebat eas abſtulit, morſuque cõfractas in puppim primum, in mare mox deiecit.

S. Franciſci Capuchini Religioſi, qui ex ſanctitatis ſuæ iuſſu, feruenti, pioque tantæ Religionis zelo claſsem ſequebantur, licet è publicis, & patentibus locis milites ſacratiſsima Crucifixi imagine, quam manu præferebant, hortarentur, adeò ſecuri inter ſclopetorum ictus, inter ſagittarum multitudinem incedebant, vt nec vel vno vulnere ſaucij euaſerint; vel enim fallebant ictus, vel ſi monachales habitus attigiſsent, quaſi à fortiſsimo clypeo, vel reſiliebant ſubitò, vel impetu amiſso decidebant.

Tandem, vt tam illuſtris victoria cœlorum Reginæ à pijſsimis ſancti Roſarij confratribus imploratæ, ac nomine ſuo inuocatæ adſcriberetur, non ſine numinis ſpeciali nutu eo tempore pugnatum, eo triumphatum de hoſte eſt, quo, tàm Romæ, quàm in reliquis Italiæ, & Hiſpaniæ Prouintijs, orbe vniuerſoque ſancti Roſarij ſupplicationes, nominis Maria inuocationes à ſancto Pontifice Pio V. præceptæ, efficiebantur. Vt dum Chriſtiani milites temporalibus telis pugnabant, Chriſtiani confratres Roſaria manibus verſantes, Mariam inuocantes, victoriam armis

ſpi-

ſpiritualibus conſequerentur. Nec diſtulit pijſsimum numen diu dubium S. Pontificem de victoria facere certiorem. Nam vbi primum è noſtris victoria patuit, ſpeciali nuntio, de euentu admonuit, vt pleniorem voluptatem ſuſciperet.

Forte victoriæ die Dominica Nonis octobris ad meridiē cum ærarij præfecto deambulabat, cù ſubito diſcedens, feneſtrā reſerat; ſuſpēſoque affectu, ad præfectū verſus, abire iuſsit. Non (inquit) hodierno die tractare lites, humanas cōtrouerſias decidere, fas ſit; cum Deo ſolum gratias agere, gratitudinē oſtendere, neceſsarium ducā. *Modò noſtra claſsis de exercitu Turcarum triumphat*. Abibat Præfectus, obuerſoque capite, ante Crucifixi imaginem, quam ſemper Pontifex præhabebat, poſtratum videt. Prudēter Pontificis dicta diſsimulat, ne in re tam graui eius auctoritas minueretur, in ſcriptiſque tamen tàm diem, quàm horam diligenter adnotat, vſque ad victoriæ certitudinem: miraculi, & Prophetiæ veritatem examinauit. Cardinalis autem Cæſius, qui non à longe Pontificis dicta perceperat, aliquibus Pij ſeruis rem totam ante victoriæ nuntium aperuit.

AROMA XII. PRO VITIORVM FRÆNO

Haud nunquam deletis Chriſtianorum copijs ob eorum ſcelera, Turcæ, & infideles victoriam decantant.

RECole, quibus nouilioribus armis præclariſsimus ille, ac ſupremus Dux claſsis Dominus D. Ioannes Auſtriacus ſe, totamque claſsem communiri, præcepit. *Pœnitentiæ, & Eucharistiæ* (narrat hiſtoria) *ſacramenti: muniti, ſacroque iubilæi munere recreati viuiores animos concepere, &c.* Quid prudentius? Quid mirum, vt his tam validioribus armis tota Turcica claſsis humiliter cedat, ac profundè ruat? Hinc D. Hieronymus epiſtola 3. ad Heliodor. de Epitaphio Nepotiani aſserebat. *Noſtris peccatis Barbari moti ſunt; noſtris vitijs Romanus ſuperatur exercitus; infelices nos, qui tantum Deo diſplicemus, vt per rabiem Barbarorum, illius in nos ira deſæuiat*. Hæc Hieronymus. Arbitror, Barbarorum arma, inſtrumenta diuinæ iræ eſse, quibus noſtram flagellet vitam, noſtros arguat mores, ac nos frequenter pungat.

D. Hier. Daniel. Danielis 1. Nabuchodonoſor aduerſum Iſraelitas victoria feliciſsima potitur. Sic textus ſacer. *Anno regni Ioachim Regis Iudæ venit Nabuchodonoſor*, Rex *Babilonis in Ieruſalem, & obſedit*

ſedit eam, & tradidit Dominus in manu eius Ioachim regem Iudæ, & partem vaſorum domus Dei, &c. O quam miſera Iſraelis clades! at cap. 3. eiuſdem Prophetæ ipſe Rex Nabuchodonoſor à tribus pueris irriſorie ſuperatur, & euincitur. Quorſum tam contrarij Regis euentus? Cur idem rex Hebræos euincit, & à tribus pueris miſerè ſuperatur? Sanè Hebræos, quia ſceleratos, & diuinæ voluntatis tranſgreſſores deuaſtat, & deſtruit: Pueros autem, qui innocentes, legiſque obſeruatores, ſuperare, non valet. Sic Chryſoſtomus, homil. 18. in 1. ad Chorinth. *Conſidera* (ait) *quantum ſit, tot expectantibus oculis, à tribus captiuis pueris tyrannum illum contemni. Oſtendit enim tyrannus, ſe ciuitatem cæpiſſe non ſuis viribus, ſed propter peccata multitudinis. Nam ſi deuictos ſuperare non potuit, & maximè in fornacem intruſos, quonam pacto omnes, cum tales eſſent, lege belli ſuperaſſet? Ex quo perſpicuum eſt, multitudinis peccata ciuitatem tradidiſſe.* Hæc Chryſoſtomus. Hæc nos manibus inimicorum tradunt. Hæc ſubiugo Barbarorum imponunt. Hæc miſerabili ſeruitute ſubiugãt; peccata, ſcilicet, noſtra; quibus, dum liberi ſunt Hebræorũ pueri, regem potentiſsimum ſubridendo, euincunt; qui rex ciuitatem alias peccantem obſedit, ac omnia eius magnifica viriliter deturbauit. Chryſoſt.

1. Reg. 17 Dauid paruulus in Gigantem irruit, lapidemque in fronte infixit, quo mortuus in terram cecidit. Quis non miretur adoleſcentis vires? Quis tantam victoriam non ſtupeſcat pueri? Quis puerum pugnantem roborat? Quis Gigantem belligerum ſic deuaſtat? Audi Ambroſium, ſermon. 88. ſic fantem. *Cum Sanctus Dauid non operiretur galea, non præcingeretur clypeo, non lancea vteretur, occidit illum non telo ferreo, ſed gladio ſpirituali; quamuis enim inermis omnino videretur, ſatis tamen erat gratia diuinitatis armatus, &c.* Et poſteà, Goliæ ruinæ cauſam annectens, ait. *Quamuis enim eſſet Golias vndique armorum protectione munitus; frons tamen eius patebat ad mortem, quia ſignaculum Saluatoris non geſtabat; atque adeò ibi perimitur, vbi nudus Dei gratia reperitur.* Quid doctius? ſuperbia Gigantis Gigantem detruncat, peccatum illius gladius ipſi eſt. Et licet Gigans vndique armatus irruat, virtutum nuditas mortem affert, ruinam parat. 1. Reg. 17. S. Ambroſ.

Moyſes Exod. 17. contra Amalech pugnaturus, ad Ioſue effatur. *Elige tibi viros, & egreſſus, pugna contra Amalech cras.* Exod.

Quare Ioſue præcipitur, vt pugnet? Cur tam fortiſsimum bellum ſolum Ioſue committitur? Certe, quia ipſe virtutibus alios antecellebat, ac ſanctitate, & morum probitate cunctos euincebat Iſraelitas. Sic Ioſephus lib. 3. cap. 2. *Selectis è reliqua multitudine ad pugnam idoneis, Ieſum præficit Naueci filium è tribu Efrамitide, virum manu, & conſilio iuſtè promptum, & pietate inſignem, & à Moyſe præceptore hac parte non degenerantem, &c.* Iſte præ alijs ad pugnam eligitur, quia præ alijs virtutibus præeminet. Sanè ſi in alijs rebus bona conſcientia, & vita immaculata plurimū valēt, in bello maximè conducunt, in quo fortia mortis pericula occurrunt, tela pluunt, gladij, lanceæ, ac omnia belligera inſtrumenta imminent, & morti pene omnes oblati ſunt; in his ergo quis diuinum non ſolicitet auxilium? quis probitate vitæ, ac mōrum, Deum in fauorem non aduocet?

Ioſephus.

AREO-

AREOLA SEPTIMA.

DE PRESTANTISSIMO VOCABVLO, *MARIA*, PROVT INTERPRETATVR, *DOMINA*.

AROMA I.

MARIAM, DOMINAM, *INTERpretandam, Sanctorum teſtimonijs communitur*.

SYriaci ſermonis vſû,quē crebro in Euágelio cernimus,apud Iudæos valde receptum,& frequētē extitiſſe,quis ambigit? frequēter Hebræi hac Syriaca vtebantur lingua,quare nil mirum , quod nonnulli ex lingua *Syriaca* *Mariæ* nomen deducant,ac libentius interpretentur;in qua idem ſonat *Maria*,ac *Domina*, quæ elegans interpretatio toto rigore examinata multis placuit Doctoribus.

Damaſc.id demonſtrat lib.4.fidei orthod.c.5.per hæc verba: *Pariet itaque* (ait) *gratia* (*id Anna latinè ſonat*) *Dominā, nā*

hoc Mariæ nomen denotat, meritò enim creaturarum omniũ declarata eſt Domina, quæ illum enixa eſt, per quem cõdita ſunt vniuerſa Hæc Damaſcenus. Quæ Mariæ appellatio paſsim apud Damaſcenum ſeſe offert, ſemper ſumma cum animi fiducia, ac pia conſolatione à fidelibus accepta.

D Anſel. Nec aliter D. Anſelm. de excell. Virg. c. 9. qui Deiparã magno principatu ornatã contemplans, tale dominium ex ipſius vocabulo deducendũ autumat. *Maria* (inquit) *iure quoddam cõpetit, vt illam omnis creatura ſummam Dominam, & Dominatricẽ agnoſcat, ſuſcipiat, & honoret; nõ eſt volũtatis humanæ pro libito ſuo Mariã Dominã, Reginã, acclamare, ac illi honorẽ regalẽ deferre, nã ipſa, poſt quã filiũ vtero virgineo circundedit, ſtrictiſsima lege omnium conditoris principatu potita eſt.*

Epiphan. His adſtipulatur Epiphanius, ſerm. de laud. Virg. *Mariam interpretari ſolemus Dominã, atque etiã ſpẽ, peperit enim Dominũ, qui eſt ſpes totius mũdi, nẽpe Chriſtum, &c.* Et paulo poſt annectit. *Rurſum præclara puella Maria beatũ nomẽ interpretatur illuſtrata. vtpote quæ illuſtrata fuerit à filio Dei, &c.* Quibus verbis non ſolũ Epiphanius, hãc interpretationẽ vt propriã refert, ſed vt cõmunẽ, & vulgariter apud Syros acceptã in lucẽ pãdit, principatũ Mariæ ex ipſius nomine deducens. Syro arridet Hebræus vertens pro Maria [illegible] id eſt, Dominam.

Huc voco illa Cãt. 7. n. 1. vbi ſpõſus cœleſtis ſuæ ſpõſæ greſſus collaudans, ſic effatur. *Quã pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis filia Principis, &c.* Verba ſanè difficilia, nã quid mirum eſt, quod ſpõſa calceatis pedibus incedat? Myſteriũ exponit Rupertus, ex hoc loco dominiũ, ac principatũ Mariæ deducẽs; nã ancillæ, & quæ alijs fœminæ ſubiectæ ſunt, nudis pedibus procedũt,

Rupert. cæterũ Dominæ calceatæ deãbulãt. Ruperti verba tene. *An nõ ancilla, ſiue ancillæ filia diſcalceatis pedibus incedat? Planè diſcalceatis. Et propter hæc ipſũ ſeruilis arguitur cõditionis, quia nuditas pedũ ſeruilitatis eſt argumẽtũ. idcirco Ancillæ calcaneũ pedis momordit, tu autẽ ò filia principis benè calceata caput ſerpẽtis cõtriuiſti.* Hæc Rupert. Quid elegãtius? Quã pulchri ſunt greſſus Mariæ, nõ vtique diſcalceati, quia ſic greſſus ancillæ, & non principis erunt, ſed in calceamẽtis, hoc eſt, greſſus Dominæ, greſſus Reginæ, ac cœlorũ Dominatricis; cuius pedes benè calceatos ſerpens momordere nõ eſt auſus, immò potius illius venenati Draconis caput ipſi pedes potenter, ac ſuperno principatu contriuerunt.

Chryſolog. Chryſologus ſubtilis hanc cõmunẽ Patrũ interpretationem amplectitur, & quã Hebræi Mariã appellant, penes Latinã linguam Dominam vocandam eſſe, exiſtimat, ſer. 142. ſic tenet ad

illa

Illa ne timeas Maria. Ante cauſam (ait) *dignitas Virginis annunciatur ex nomine; nam Maria Hebræo ſermone, latinè Domina nuncupatur: vocat ergo Angelus Dominam, vt dominatoris genitricem trepidatio deſerat ſeruitutis, quam naſci & vocari Dominam, ipſa ſui germinis fecit, & impetrauit auctoritas.* Sic Chryſologus: Quod ferè idem ſcribit S. Hieronymus omnium litterarum peritiſsimus libro de nominibus Hebraicis, in quo, miſsis alijs interpretationibus, ſic 'annectit. *Sciendumquè* (ait) *quod Maria ſermone Syro Domina nuncupatur.* Hæc Hieronymus. Cui arridet Arnoldus, tract. de laud. Virgin. *Maria* (ait) *lingua Syriaca Domina dicitur, Chriſtus* Dominus; *Maria Domina, licet ipſa ſe Chriſto profiteatur ancillam, hoc ſeruitutis genus omni regno ſublimius eſſe intelligit. Conſtituta eſt enim ſuper omnem creaturam; & quicumque Ieſu curbat genua, matri quoque pronus ſupplicat.* Hæc Arnoldus. *S. Hieron.* *Arnoldus.*

Quod deuotè roborauit, ac perſenſit Sanct. Germanus Epiſcopus Hungarus, & Martyr, qui ſuos Hungariæ incolas inſtituit, vt nomen Mariæ minimè pronuntiarent, ſed *Dominam* flexis genibus, dimiſsis capitibus interpellarent, exiſtimans ferè idem eſſe *Mariam*, ac *Dominam*. Quod vt veriſsimum ſemper roborarunt Patres; & multarum nationum comprobauit vſus, præcipuè apud Germanos; apud quos hodie hic loquendi mos perſeuerat, vt vulgò nomen Dominæ tritum ſit, ita vt idem appareat Maria, ac Domina. Idem in ſolemnibus depræcationibus exequitur Eccleſia, quibus Deiparam glorioſam Dominam ſuper ſydera excelſam, & rurſum Angelorum Dominam, necnon cœli Reginam, crebro inuocat. Etenim hæc *Sara*, ideſt, Domina, ſeu Princeps, ac multarum gentium mater extitit, quando quidem vere Iſaac, hoc eſt, riſum noſtrum in communi mortalitatis luctu, vt ante Deus præmiſſerat, generauit. *S. Germ.*

Venerabilis Beda in hunc modum ſuam nominis interpretationem aperuit. In caput 1. Lucæ ſic effatur. *Maria Hebraicè ſtella maris, Syriace verò Domina vocatur, & merito. Quia, & totius mundi Dominum, & lucem ſæculis meruit generare perennē, &c.* Qui auctor non ſolum ex Syriaca, verum, & ex Hebraica lingua huius nominis interpretationem affert. *Beda.*

Bedam, reliquoſque Patres ſequitur Præceptor Angelicus D. Thomas, qui opuſc. 8. de plenitudine gratiæ Mariæ, eam ſanctiſsimæ Trinitatis Architiclinum interpellans, ſic adiungit. Ideò conuenienter Maria Syriacè Domina interpretatur.

Digitized by Google

Rabbi Heccados. Hæc D. Thomas. Sed & Rabbinus Haccados grauiſſimus, & eruditiſſimus apud Iudæos Doctor, ante Chriſtum natum ſcripſit. Meſsiæ matrem abſolutè Dominam, ac rurſus omnium Prophetarum magiſtram fore, &c.

Luca 1. Lucæ 1. pro humano genere reparando: *Miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galileæ, cui nomen Nazareth ad Virginem deſponſatam viro, cui nomen erat Ioſeph de domo Dauid, & nomen Virginis Maria, &c.* Nonnè Angelus excellentioris erat naturæ, quàm Maria? Haud dubium. Vt quid igitur Angelus ad Mariam mittitur? Præclarè ſatisfacit Chryſoſtomus aſſerens, iuſtè Angelum ad Mariam mitti, quia ex nomine proprio illius, ſcilicet, Maria, ipſam Angelorum Reginam eſſe, agnoſcitur. Hoc enim ſonat Mariæ vocabulum, id eſt, Domina. *Mittitur Gabriel* (ait Chryſoſtomus) *Angelus, & egreditur de Rege ad Reginam, de Imperatore ad Imperatricem, de ciuibus cœli ad Dominam palatij; ingreditur ad Virginem Regi prælectam, & eo fortè alacrius, vt cum Angeli prius regem haberent, habituri eſſent & Reginam, vt ad ſuplendos numeros Angelici ordinis, etiam peccatores poſſent ingredi, & Mater miſericordiæ, & Regina cœlorum pateſieret cœlis, &c.* Hęc ille. Virgo iſta, ò ſuperne ſpiritus, ad quam legatione fungeris, nomē eſt eius *Maria*, ideô que Regina cœlorum, mundique Imperatrix meritó conſtituitur. Et ob hanc cauſam Angelus à Deo in *Mariam* mittitur, de Domino ad Dominam, de Rege ad Reginam, de Imperatore ad Imperatricem Vt hinc omnibus dominium Marianum pateſiat, ac eius dominatrix potentia protinus illuceſcat.

Chryſoſt.

S. Anton. *S.* Antoninus 4 part tit. 15 cap. 14. eamdem interpretandi methodum piè imitatur, §. 1 ſic inſcribit. *Quantum ad primum ſciendum, quod Maria interpretatur Domina.* Et paulò inferius ſubnectit. *Ipſa enim eſt Domina omnium, cùm filius eius ſit Dominus vniuerſorum.* Hæc Antoninus. Sanè Maria, quia filia Regis, & quia mater principis, iure propriæ maternitatis Dei omnium creaturarum imperium adiuit, eiuſque regnum non improprium, aut methaphoricum, ſed legitimum, & naturale, verum, & proprium æſtimandum eſt: quia dignitas omnis, poteſtas, atque dominium filij iure naturali ad matrem redibat, Princeps à tota Trinitate data Eccleſiæ, vt per eam Princeps mundi, id eſt, diabolus, qui dicitur Princeps, id eſt, principium captiuitatis eijceretur foras, ſcilicet, à cordibus electorum, cuius poteſtate, ac dominio eius vires confractæ ſunt. Et hoc certè ſummo iure: nam ſicut filius eius Rex fuit, ſibique ſubiecit cuncta creata; ſimile adep-

adepta eſt Maria dominium, ac æquali potita principatu.

Poſtremò alijs Auctorum placitis omiſsis, huius interpretationis non ſinam Seraphici Præceptoris robuſtum argumentum, in Spec. 3. ſic effatur. *Poſt prædicta omnia conſiderandum eſt, quòd Maria interpretatur Domina, hoc quoque optimè competit tantæ imperatrici, quæ reuera* Domina *eſt cœleſtium, terreſtrium, & infernorum. Domina (inquam) Angelorum, Domina hominum, Domina dæmonum, Domina vtriuſque, Domina in mundo, Domina in inferno.* Hæc Seraphicus Doctor. Ex quibus omnibus, & alijs teſtimonijs, quæ, ne lectori faſtidio ſint, omittere decreui, pulchrè illuceſcit, Mariam perinde, ac Dominam eſſe, ac ſtricto modo Dominam interpretari, &c. D. Bonau.

Quod vocabulum *Domina*, plene equiualens Nomini *Mariæ*, adeò efficax, adeò ſtrenuum exiſtit; tali robore, tali virtute potitur, vt, per ipſum citius videbis Chriſtum, velocius conſequeris ſalutem, quàm per nomen *Domini*, etiam ſi iſtud multoties iteres, illud vero, ſemel dumtaxat implores. Talem Deus virtutem materno nomini præſtare, decreuit; vocabuloque Maria impertire ſanciuit.

Matthæi 25. verſ. 1. quinque Virgines fatuæ, acceptis lampadibus, non ſumpſerunt oleum ſecum. Otio oſcitantes, (quod eſt vitiorum ſcaturigo, virtutum ſtrages) languidæ, lentæ, cura vacuæ, domi detentæ, nec emunt oleum, nec mutuum ab amicis, aut vicinis accipiunt. Tandem cum ſponſum, ſponſamque aduenisſe, cognouiſſent, exierunt obiam ſponſo, & ſponſæ; quid tunc? fortaſsis receptæ ſunt? apage. *Neſcio vos*, ait ſponſus. Statim vt reiectæ, atque repulſæ fuere, ſe, ianua clauſa, extra domū ſponſi conſiderantes, dedecore affectæ, pudore, & turpitudine laceratæ, non pietatem ſponſæ, non benignitatem Dominæ, nec nomen eius, ſed dumtaxat ſponſi Nomina reiterantes, eius clementiam implorarunt. *Domine, Domine aperi nobis*: nihil profuit hæc nominis Domini ingeminata inuocatio, nihil remedij attulit in tanta cordium ſuorum præpudioſa reiectione. Quare? quia Dominam, hoc ſonat. Vocabulum Maria, non implorarūt, nec cordis affectu inuocantes, pro viribus eius clementiam petierunt. Quid mirum, vt extra domum ſponſi remaneat, qui ſponſæ nomen renuit proferre, vocabulum *Domina* neſciuit enuntiare. Cui omnia ſubduntur, & cuius virtute citius ſcopum deſiderij noſtri pertingimus. Chryſoſt. ad cap. 1. Lucæ. *Mittitur* (ait) *Gabriel Angelus, & egreditur de Rege ad Reginam, de Imperatore ad Imperatricem*, de ciuibus cœli ad Dominam Pala- Chryſoſt.

tij;

tij;*ingreditur ad Virginem regi prælectam,& eo fortè alacrius,&c.* Hæc Doctor. punge ea: *Et eo fortè alacrius,&c.*

Anſelm. Clarius Anſelmus, lib. de excell. Virg. c. 6. *Propitior ſalus in recordatione eius*, nominis Maria, *quam filij ſui ſæpe percipitur. Dicam, quid ſentio. Filius eius Dominus eſt, & iudex omniũ,&c.* Poſtea annectit; *inuocato autem nomine matris* (Maria, id eſt Domina) *& ſi merita inuocantis non merentur, vt exaudiatur, merita tamen matris intercedunt, vt exaudiatur; itaque, vtilis in ſubueniendo memoria nominis matris Dei exiſtit,&c.* Nomen *Dominus* iudicium diligit, iudicis munus imbiuit, officium rigoris demonſtrat. Et ideò in clamantes illud fatuæ virgines, nihil de pietate expoſtulabant. Certè, ſi ad maternam pietatem cõfugerent, nomenque *Domina* aut ſemel euulgarent, ſecurius conſuluiſſent, & adhibita talis vocis efficacia, pro voto gratiam ſpõſi fuiſſent conſequtæ.

AROMA II. PRO MORVM REGVLA.

Ille nobilis cenſendus, qui clariſsimo virtutum generi reſpondet.

CErte hæc Mariana nobilitas, ac clariſsimum ſuper omnia dominium, ex virtutum ſplendore effluxere, ex fonte emanarunt ſanctitatis. Nam ille nobiliſsimus cenſendus eſt, nõ qui proauorum ſplendoribus fulget; non qui inter cæteros ſtemmatibus illuſtrioribus pollet, non qui ampliori ſeruorum famulatu accinctus incedit: ſed qui virtutibus ſiudet, ac vitia carpens præclaris ornatur moribus.

Geneſ. 6. Geneſ. 6. Moyſes decantaturus clariſsimum Noe genus, ac eius glorioſam ſtirpem, proauorumque claritatem, ſic effatur. *Hæ ſunt generationes Noe.* Et ſtatim annectit. *Noe vir iuſtus, atque perfectus fuit in generationibus ſuis, cũ Deo ambulauit,&c.* Quare Noe ſtemmata non patefacit; Quare veterum ſuorum geſta, ac facta præclariſsima memoriæ non commendat? Quare nõ incipit à proauorum factis, ſed à virtute eius? Certe quia vera nobilitas virtutis clara propago eſt. Sic Chryſoſtomus, hom. 25.

Chryſoſt. in Geneſ. *Scriptura aures noſtras ſpe quadam impleuit quaſi genealogiam ipſius narraturus, & quis eius pater fuerit, & vnde genus duxerit, & alia, quæ, more eſt genealogiam narrantibus recẽſere; relictis tamen illis omnibus. Noe (inquit) vir iuſtus, atque perfectus,&c.* O præclariſsima ſtemmata nobilitatis, O nobiliſſima

ſima ſtirps! O decora nobilitas! ſcilicet virtutibus clareſcere, proximum diligere, vitijs nullatenus operam dare, hæc clara propago, hoc nobiliſsimum genus. Quapropter *Moyses*, Noe ſtirpem narraturus, eius commendat virtutes, honeſtos mores manifeſtat, ac ſi ab his potius, quam ab alijs claritas peteretur.

De Iob cap. 1. & geſtis eius; ſic ſacra eloquitur Pagina, *Eratquè vir eius magnus inter Orientales.* Quæ ſic tranſtulit Origenes. *Fuit autem hic homo ex genere optimo ex partibus Orientis, &c.* Sanè verba Origenis obſcura, & abſcondita ſunt. Nonnè Iob ab Eſau genus traxerat? Haud dubium. Eſau autem nonnè ſeruus? Quis ambigit. Quomodo ergo Iob de genere optimo oriundus aſſeritur? Erat Iob virtutibus omnibus ornatus, ſplendore morum clareſcebat; ex quibus apud Deum vera cenſetur nobilitas, ac ortus præclarus deducitur. Audi Originem, lib. 1. in Iob. *Vnde* (ait) *Iob de genere optimo ſi ex Eſau ſub maledictũ redactus eſt auiditatis? Filij Eſau impij extiterunt, quomodo ergo de genere optimo erat, qui de talibus naſcebatur? Rubem primogeni[illegible] Iacob, & Simeon, & Leui; qui ex Iſrael ſunt progeniti, de ge[illegible] optimo non dicuntur; Iob vero, qui ex impijs ortus eſt, ideſt, ex impijs Eſau, hic de genere optimo dicitur? Ego* (inquit) *carnalem natiuitatem non quæro, non pereuntem generoſitatem laudo, nam hæc apud Deum non magni penduntur Sed de genere optimo*, Iob *ex ſanctitate, ex iuſtitia, ex pietate, ex miſericordia, ex Dei cultura, ex bonis cogitationibus, ex iſtis ergo omnibus benè natus dicitur eſſe Iob.* Hæc Origenes, Humanitas, miſericordia, pietas, pœnitentia, frequens, ac pius ſacramentorum vſus, cætera virtutum genera, hominem quemque nobiliſsimum conſtituunt. Hæc apud Deum proſapia clara; hæc apud ipſum clariſsimũ ſtemma. Quare tametſi Iob ab Eſau fero genus duxerit, tamẽ propter integritatem morum, propter rectam iuſtitiam, propter labores patienter toleratos, de genere optimo dicitur, ac eius laudatur generoſitas. *Iob.* *Origines.*

Huc attinet D. Ambroſius lib. de Noe, & Arca cap. 4. *Prouati viri* (ait) *genus virtutis proſapia. Quia ſicut hominum genus, homines, ita animarum genus virtutes ſunt, etenim familia hominum ſplendore generis nobilitantur, animarum autem gratia clarificatur ſplendore virtutum.* Quid pulchrius? fallitur, fallitur mundus, ac turpiter in veræ nobilitatis iudicio aberrat. Iſte ex factis parentum nobilitatem arguit, nihilque virtutis præponderans, ſanguinis claritatem nobilitatem *D. Ambro.*

cap-

captat. Tu autem chariſsimè, ſi clariſsimam proſapiam inueſtigas, eo intende, vt virtutes propales. quot enim virtutes proferas, quot enim vitia fugata referas, quot affectus prauos frænatos euulges, tot imagines habitæ nobilitatis oſtentas, &c.

AROMA III.

Deiparæ dominium iterum teſtimonijs Patrum roboratur.

MItto Mariæ regnum, ac dominium, quo ſibi ipſi Deipara imperauit, & per quod ipſa ſui regina, ac Domina ſemper fuit; quatenus caro, & appetitus menti ſemper obtemperantes, ipſa legitimum rationis regnum cõſtabiliuit: (de hoc enim ſpirituali regno ſermonem non aggredior) cum indubitatum exiſtat, quòd ipſa ab omni peccati ſeruitute libera, voluptatum, & illecebrarum iugo nunquam preſſa fuerit. Quod præuidebat Pſal. 44. Regius Vates Pſalm. 44. verſ. 10 *Aſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato circundata varietate.* Quæ ſic expendit Ambroſius, lib. 1. de Virgin. *Aduerte, ò Virgo, numquam tibi Sanctus Scripturæ diuinæ teſtificatione detulerit regnum, aur pulchritudinem, niſi quia, vel ſponſa es regis æterni, vel quia inuictum animum gerens ab illecebris voluptatum, non captiua haberis; ſed quaſi Regina dominaueris, &c.* Quod præcipue Mariæ regno ſpirituali conuenit, licet hoc ad alias etiam S. Pater extendat creaturas.

De poteſtate ergo in reliquas vniuerſas creaturas conditas ſermo in præſentiarum eſt. Quæ, præterdicta aromate elapſo, iterum ſanctorum teſtimonijs roborabitur. In primis reuocanda ſunt huc illa Prouerbiorum 8 in quibus Deipara de ſe ſermonẽ Prouerb. inſerens, ſic effatur. *Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum, antequam quidquam faceret à principio, &c.* Cui loco accerſenda eſt illa S. Athan. D. Athanaſij per celebris lectio. *Dominus præfecit me initium viarum ſuarum.* Ac ſi diceret, Dominus me Dominam rerum omnium conſtituit, Dominus me creaturis omnibus præfecit; atque in illas abſolutiſsimum principatum mihi elargitus eſt.

Rationes huius Dominij Mariæ, variæ apud Doctores exhibentur. Aliqui, quia creaturas illas, quæ per peccatum primi hominis, à ſuæ conditionis gloria exciderant, refecit, & priſtinæ reſtituit dignitati; coopératrixque cum Domino extitit, vt fragilis, proſtrataque hominum natura repararetur, qua propter

ſibi

Digitized by Google

ſibi proprio iure regnum adiuit creaturarum. Sic Anſelmus de excellentijs Virginis cap.11. *Vtique* (ait) *cuncta, quæ Deus bona, & vtiliter fecit, in eo ſtatu, in quo cōdita fuerunt, ſicut diximus, eſſe deſtiterunt, & per hanc Virginem in priſtinum ſtatum reuocata ſunt, ac reſtituta; ſicut ergo Deus ſua potentia parando cuncta, pater erat, ac Dominus omnium; ita Beata Dei genitrix ſuis meritis cuncta reparando mater eſt, ac Domina rerum. Deus enim eſt Dominus omnium, ſingula in ſua natura propria iuſsione conſtituendo: & Maria eſt Domina rerum omnium, ſingula congenitæ dignitati, per eam, quam meruit gratiam reſtituendo.* Hucuſque Anſelmus. *Anſel. c. 11.*

Obtinuit inſuper dominium in mūdum ratione emptionis: quia cum filius ſuus emerit, & redemerit humanum genus, ipſa ad hanc redēptionem patrandam multipliciter cooperatrix extitit, tum miniſtrādo, tum ipſum redēptionis prætium gignēdo.

Acquiſiuit inſuper dominium ratione operationis; quia eſt Mater Dei, qui cuncta in eſſe produxit. Nam iuxta iura ſancitur, quòd omnia bona filij, ſint matris, ſi filius ſine liberis vitam finierit, cui in omnibus bonis mater ſuccedit P. l. primam, & l. Mater, C. ad SenatusConſultus textu, & in Inſtituta, ex §. 1. Cum ergo Chriſtus vniuerſalis omnium creaturarum patrator, & Dominus, ita mortuus fuerit, eius principatu, & regno mater potitura eſt. Id ſibi voluit proculdubio Athanaſius, qui hunc titulum poſsidendi regnum in Maria expendens, taliter concinnit. *Quemadmodum ipſe eſt rex, qui natus eſt de Virgine, ea propter, mater, quæ illum genuit, & Regina, & Domina, & Deipara propriè, & verè cenſetur, &c.* Ac ſi diceret: ſi in legibus idoneè ſancitum eſt, quod filio ſine liberis emortuo, iure hæreditario ſuccedit mater. Chriſto rerum omnium ſupremo Domino ita in cœlos aſcendente, mater eius quomodo regnum illius non ocupabit? Qua ratione eius principatum non accipiet? Quē admodum ipſe, qui natus eſt ex Virgine, rex, & Dominus Angelorum, hominum, & creaturarum eſt; ita Maria eius principatum iure hæreditario accipiens, Angelorum, hominum, & creaturarum omnium regina, & Domina conſtituitur. *Athan.*

Geneſ. 16. Agar Ancillæ Saræ à facie Dominæ ſuæ fugienti, ſic Angelus pulchrè effatur: *Reuertere ad Dominam tuam, & humiliare ſub manu eius* Quid autem Agar exhibendum eſt ob ſeruitutem eius erga Sarai Dominam ſuam? Audi textum ſacrum. *Multiplicans* (ait Dominus) *multiplicabo ſemen tuū, & non numerabitur pre multitudine.* Ac ſi dicat: Dominæ tuæ *Geneſ. 16.*

Sa-

Sarai ſummum eſſet honorem, reuerenter obſerua, obſequium ſeruitutis impēde; & ego memoriam tuæ ſeruitutis recolens, cumulatis muneribus perſoluam. Quorſum hæc? Quid eſt quod Sarai ſubiectionem ancillæ Agar tanti exiſtimet omnipotens? Sanè quia in Sara, Maria Domina, figurabatur, cuius principatus, tanti à Deo fit, vt eius cultoribus debitor ipſe Deus in æternum exhibeatur. Pulchrè S. Bernardinus Senenſis ſerm. 3. de nom. Mariæ. *Mater Domini* (ait) *effecta eſt Domina omnis creaturæ, quomodo enim ſubijceretur creatura, quæ mater effecta eſt Creatoris? Ideò meritò dici poteſt ad quamlibet creaturam illud Geneſ. 16. reuertere ad Dominam tuam, & humiliare ſub manu ipſius; quæ verba dicta fuerunt Agar de Sara, quæ princeps interpretatur. quæ verum genuit Iſaac, ſcilicet, filium Dei, in cuius ſemine benedictæ ſunt omnes gentes, per quem omnis creatura principatum habuit &c.* Quid elegantius? Sara typum gerebat Mariæ, quia princeps interpretatur, quid ergo mirum eſt, vt ad illius principatum incurbentur genua, non ſolum eorum, qui in hoc exilio lachrymarum degunt, verum qui in ſupernis Regionibus æterna fruuntur beatitudine?

Cantic. Canticorum 4. *Oleum effuſum nomen tuum, &c.* Oleum omnibus liquoribus ſupernatat, ita vt ſuperius illis ſemper exultat, eoſque ſibi quaſi inferiores, ac ſubditos ſemper vēdicet. Sic Maria, quamtumuis ſibi ipſi humilis, & abiecta, ſemper tamen deſuper natans, ſupra cunctas creaturas potenti principatu euecta, atque exaltata eſt, vt Regina merito ab omnibus appelletur. Quare egregiè S. Petrus Damianus ſerm. 2. Anunt. ſic

S. Petr. Damianus fratribus cōſulebat. *Exultate fratres, quia de Domina illa ſermo ſuccedit; quæ ſingularem in cordibus noſtris ſibi vendicat principatum. Hæc eſt, ad cuius nomen corpus humiliter inclinatur, cuius horis reuerenter aſſiſtitis, cuius memoriam iugiter frequentatis.* Hæc S. Petrus Damianus.

Rabbi Haccados. Nec inter Rabbinos defuere, qui Mariæ regnum agnoſcerent, & longe ante præfatos Patres, ac Chriſtum natum illud euulgarent. Rabbi Haccados in reſponſione ad petiones Antonini Romani Conſulis, hæc ſcribit. *Matrem Meſſiæ abſolutam Dominam fore.* Idem, vt refert Galatinus lib. 7. cap. 13. obſerbauit, quod illis verbis Iſaiæ 9. *Ad multiplicandum impe-*

Galatinus. *rium, &c.* Contineri hæc duo nomina *Miria larabd*, *id eſt*, *Miria Domina*, vt indicaretur, Mariam matrem Meſsiæ futuram Dominam. Ex quo ſatis probabili teſtimonio, non inſulſè Mariæ regnum commonſtratur, ſimulque cum principatu Meſsiæ

Digitized by Google

Regis eius, imperium Mariæ ſimul multiplicandum, &c.

Omnipotentis ſunt verba Dei apud Iſaiam cap. 45. verſ. 24. *Mihi curbabitur omne genu, &c.* Sed & Mariæ accomodat hæc verba Richard. lib. 2. p. 4: *Ante eius altaria, ſiue eius imagines, & cùm recitatur nomen eius, genua flecte; quia ipſa dicit cum filio Iſaiæ 45. mihi curbabitur omne genu, &c.* *Iſaias.* *Richard.*

AROMA IV. AD MORVM REGVLAM.

Regiam dignitatem non meretur, qui non pater, ſed tyrannus exiſtit ſubditorum.

STricto iure Maria Regina exiſtit, quæ tota hominbus ſalutaris eſt, ac regio ornata ſplendore adextris aſſitit Dei ſufragia miſerorum, ac Dei miſericordiam expectans: regium enim nomen quomodo hominibus non ſalutare? Suffixus Dominus cruci, ſic à Latrone audit. *Domine memento mei, dum veneris in regnum tuum, &c.* O Latro diſerte, quare modo à Chriſto miſericordiam non petis? Quare ab ipſo, qui extenſa brachia, apertumque latus manifeſtat, auxilium illicò non poſtulas? benignitatem non popoſcis? Non vtique, ſed cum venerit in regnum ſuum, quia dignitas Regalis ad miſerendum promptior, ad condonandum aptior exiſtere debet. Rectè Cirilus Ieroſolimitanus cathe. 13. id perſpicuis exprimit verbis. *Non dico aliter, vt mei memineris, quàm cum veneris in regnum tuum. Quæ te virtus illuminauit ò Latro? Ideo, & iuſte audit, confide, non quod opera tua digna ſint confidentiæ, ſed quia rex adeſt, qui gratiam confert, &c.* Hæc Cirilus. Non poteſt rex, ſi verus eſt, non miſericordiam exhibere, benignitatē oſtendere, pietatē prædicare; quare a Chriſto cum venerit in regnum ſuū, indulgentiā expoſtulat, munera expectat. *Cirilus Ieroſolim.*

Verum, omnium Principum, ac Regum exemplar Chriſtum eſſe, quis ambigit? Is enim nec ſibi naſcitur, nec ſibi viuit, nec ſibi moritur; omnibus ſanè natus eſt, omnibuſque moribundus venit. Hunc tamen in Cruce ſuffixum diſpicientes Iudæi, ſic eloquebantur. *Si rex Iſrael eſt, deſcendat de cruce, &c.* Sed piè iſtos mordens Iudæos S. Bernardus ſerm. 1. de paſsione, ſic ait. *Immo verè quia rex Iſrael eſt, titulum regni non deſerat, virgam imperij non deponat, &c.* Moriatur Chriſtus pro populo ſuo, pro ouibus ſuis ſi rex eſt; & tunc verè rex omnium, & ſaluator ſuorum prædicabitur, qui nihil *S. Bern.*

ſibi

Digitized by Google

ſibi accepit, nec vitam, nec mortem, ſed qui pro omnibus natiſ eſt, etiam pro ſibi ſubditis eſt mortuus: qua ratione de Cruce deſcendere noluit, vt verus Rex viuendo monſtraretur, qui pro ſuis libenter mortem ſubibat. Eleganter D. Ambroſius lib. 10. in Lucam. *Noluit deſcendere, ne deſcenderet ſibi, ſed moreretur ſibi, &c.* O vnicus inter omnes Rex! O verus totius creaturæ princeps! O ſupremum Regum exemplar! Tu enim quæ tua erant, non quæſiuiſti, nec aliquid tibi ſicut alij principes accepiſti, ſed totum, & naſci, & viuere, & turpiſsimè mori tuis donaſti, vt ſic decus tuum regium, ac regalem poteſtatem fortiſsimo, ac ſtrictiſsimo vinculo poſsidere, demonſtrares.

Ambroſ.

1. Reg. 17.

1. Reg. 17 Diademate regio redimiturus Dauidem puerulum Deus, eumque ad regalem dignitatem promoturus, ipſum prius cum Gigante inire certamen, illumque debellare decernit, per quem totus Iſrael periclitabatur, atque irriſioni erat. *Audiens autem Saul* (ait textus) *& omnes Iſraelitæ ſermones Philiſtei huiuſcemodi, ſtupebant, & metuebant nimis.* Cur Deus Gigantem illum, *Iſraelitarum* pauorem, *Iudaicæ* plebis flagellũ à puerulo *Dauid* interfici, decreuit? Certè, quia David Rex *Iſrael* conſtituendus erat, ac ipſorum ſceptrum poſſeſſurus, ideò vult Deus, quòd nullus ſubditorum ei vitam, & libertatem non debeat, vt ſic meritò ad regale faſtigium aſcenderet, qui pro ſuis ſubditis vitam, & honorem comparauerat. Opportunè D. Baſilius de Seleuc orat. 15. *Iam Saul a dæmoniaca ſeruitute liberatus erat, & lyra pulſu Dauid impurati ſpiritus dominationem fregerat; conflictus cum Goliath dæmonum pugnæ ſucceſsit, ne ſolius Regis Soſpitator eſſet Dauid; verumetiam palam de vniuerſo Iſrale benemereretur, & ſubditis allata ſalute Rex ſtabiliretur ac promulgaretur, &c.* Sanè, qui ſic vitam, & incolumitatem præbet, qui ſic opprobrium aufert, qui ſic ſuorum quieti, tranquilitati incumbit, qui ſuis non oneri, ſed leuamini exiſtit, protinus deſignetur *Rex.* Aliàs enim oues proprias premens, ac mactans, non paſtor, ſed lupus, non gubernator, ſed carnifex, non Princeps, ſed Tiranus, non Moyſes liberans, ſed Pharao opprimens.

D. Baſil. Seleuc.

ARO.

Digitized by Google

AROMA V.

Mariam omnium beantium Dominam, tàm hominum, quàm Angelorum præficiendam, ex ipſius MARIÆ NOMINE *illuſtratur.*

PEr dulciſsimum Mariæ nomen in tota lege gratiæ, ac ſacrorum Euangeliſtarum emonumentis, primò perſonare viſum eſt, quando Angelus pro reparando genere humano ad Virginem delegatur, ac Nuntius emittitur. Tunc primò eius profertur vocabulum. Lucæ 1. *Et nomen Virginis Maria.*

Quid eſt, quod tunc quando fugatur mors, reparatur vita, ianuæ cœlorum patefiunt, gloria redimendis meditatur, tunc & nõ antea nomen Maria auditur in terris, ac nouiter in nouo reſonat teſtamento? congruè igitur nomen Maria perſonat, quando ianuas cœlorum hominibus aperiendas Angelus anuntiat; quia in ipſo nomine; iuxta triplicem interpretationem, cunctis beando tum numerus figuratur, & quotquot ſupernæ regionis limina ingreſſuri ſunt, deteguntur. Sic D Bonau. in c. 1. Lucæ. *Ideò nominat Mariam* (in illa pro humanæ ſalutis miſsione) *vt inſinuet, nomen eius myſterio plenum, ſecundum triplicem interpretationem, per quam triplicem ſtatum intelligimus ſaluandorum. Actiuos per* mare amarum, *contemplatiuos per* ſtellam, *Prælatos per* dominium, *&c.* Interpretatur Maria Smyrna maris, in quo illi, qui per actiuam, & operioſam vitam, perenni gaudebunt lætitia capiuntur. Inſuper in ſtella ſuperno fixa firmamento, præminenti, ac fulgentiſsima ſede, quid iam niſi prorſus beatos, ſpirituales à terrenis curis abſtractos, qui iuxta pedes Domini ſedentes optimam partem elegerunt, percipiemus? In dominio, ſuperiores obumbrantur, illi, inquã, qui exemplo doctrinæ corda fidelium ſuorum imbribus irrigarunt cœleſtibus, vt proferre immarceſcibilem bonorum operum fructũ poſſent, &c. Hic ergo ſaluandorum triplex ſtatus in Mariæ nomine figuratur, quando ianuæ cœli patefieri incipiunt. Quaſi erudiens nos, nullum ſaluum fieri, niſi per auxilium huius Dominæ ipſi cœli aperiantur, & per manus Mariæ in regnum ſuſcipiatur cœlorum. Sicut enim in templo Dei duo oſtia constructa fuere, ſic in cœlo duo hominibus oſtia patefacta ſunt, nempè, Chriſtus, & Maria. Ita, vt ſicut peritus quidam propter ingentem ſui ſapientiam, ac doctrinæ præſtantiam auſus eſt dicere. Bonau.

Ia-

Digitized by Google

Ianua ſum rudis, primam cupientibus artem, &c.

Ita Maria, vt ex ipſius nomine clarè pateſit.

Ianua ſum cunctis ſuperam cupientibus vrbem,
Nec ſine me quiſquis ritè beatus erit.

De dominio in homines quis ambigit? *Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ, ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum donec miſereatur noſtri. Pſalm.* 122. Quæ ſunt huiuſmodi ancillæ niſi mortalium animæ? Quorſum autem dirigentur niſi ad Dominam, nempè Mariam, è cuius manibus perennis bonorum omnium fons viuus emanat? Sic præfatum locum enodauit Bonauentura in ſpeculo 3. cap. *Secunda conſidera* (ait) *Chariſſimè, quòd Maria eſt Domina omnium in mundo, de quo in Pſalmo: ſicut oculi ancillæ in manibus Dominæ ſuæ, &c. Ancilla Dominæ Mariæ eſt quælibet anima fidelis, immò etiam Eccleſia vniuerſalis. Oculi ancillæ huius in manibus Dominæ ſuæ ſemper debent eſſe, quia oculi Eccleſiæ, oculi omnium noſtrorũ ad manus Mariæ debẽt ſemper reſpicere, vt per manus eius aliquid boni accipiamus, & per manus eius, quidquid boni agimus, Domino offeramus.* Hæc Bonauentura.

Pſalm. *D. Bonau.*

Ad principatum, & Angelorum regnum excurramus. In primis ſi vtriuſque naturæ conditionem expectemus, Virginem inferiorem eſſe, quis dubitet? Vtpote naturæ humanæ, & terreſtris, quam paulo minus ab Angelis conditam fuiſſe, sacrũ teſtatur eloquium. Qua propter de ea dignitate, quam, ſuper naturæ humanæ terminos euecta, acquiſiuit à Deo, ſermo intereſt; ex vi cuius dignitatis ad maternitatem Dei ſublimata eſt. Ex quo liquet, per gratiam, & iuſtitiam Virgini principatum contigiſſe, quatenus hoc decẽs, & iuſtum erat, vt mater Regis Angelorum, eorum ſimiliter potiretur principatu.

Iſaiæ 35. *Gloria Libani data eſt ei, decor Carmeli, & Seron.* Quod de Beata Virgine paſſim à Doctoribus inculcatur. Et quid eſt, quod decor Carmeli, & Seron Mariæ tribuitur? Verbum *Seron* apud Hieronymum, & alios, idem ſonat, quod *planities*, vel vt alij, *celica regio*; quod perinde erit, ac Mariæ dari cæleſtis curiæ dominium. Cui conſonat Petri Bleſenſis interpretatio, per *Seron* dominium in Angelos exponentis: cuius verba ſerm. de Aſſump. ſic extant. *Sicut enim Beata Virgo à maledictione mulieris, cui dictum eſt, in dolore paries filios, facta eſt immunis, quia peperit filium ſine dolore. Sic à communi viri, & mulieris maledictione facta eſt immunis, quia dictum eſt, in cinerem ibis. Vnde & ab Angelo benedictã eſſe dicitur, quaſi à primordiali maledicto libera-*

Iſaias. *Hieron.* *Bleſenſ.*

Digitized by Google

vatam. Et ſic decor Carmeli, id eſt, integræ circunciſionis datus eſt ei: nihilominus etiam decor Seron, id eſt, principatus Angelorum. Hæc Bleſenſis. Vbi non ſolum Marianum regnum comparet in homines, qui integra circumciſione, hoc eſt, ab negatione omnium peccatorum, vel omnium ſenſuum mortificatione integrè circumciſi ſunt; ſed in cœleſtium ſpirituum agmina, hoc eſt, in *Seron*, diffuſum eſt, ita vt principatus Angelorum datus ſit ei. Quis non contempletur cunctos cœlicolarum ordines Mariæ imperio procumbere, ipſamque ſuam Reginam colentes, ac nimia humilitate venerantes? Si enim princeps alicuius regni nũquam incommitatus coram omnibus apparet, ſed ſemper ſplendentium famulorum obſequio: eadem ſemper diſpoſitione Deipara Angelorum Regina in ſuperna aſtitit regione. Quibus non Angelicis ſtipata choris? Quibus non principatuum circumamicta tripudijs? Qualibus non Archangelicis vallata turmis? Celebrata poteſtatum plauſibus? Quæ Bernardinus à Buſtos 3 part. ſerm. 2. de Mariæ nomine contemplans, ſic effatur. *Glorioſæ iſti Dominæ omnes creaturæ reuerentiam exhibent, & faciunt illud, quod de filio ſuo Apoſtolus præcipit ad Philipp. 2. In nomine Ieſu omne genuflectatur cœleſtium, terreſtrium, & infernorum.* In *nomine igitur Virginis Mariæ dicuntur flectere genua cœleſtia agmina, Angeli enim nomen eius maximè venerantur, & eam reuerenter adorant, & ipſe filius Dei matrem ſuam veneratur, & laudat, &c.* De quo conſule Areolam 3. Aroma in expoſitione, *Aue ſtella matutina*, ad illa, *Mundi Princeps, & Regina, &c.* Buſtos.

Hinc illa ſupernorum ſpirituum celebris admiratio Cant. 6. in quibus cælibes aſcenſum mirabilẽ Mariæ, ſiue ſuper omnẽ creaturarum eminentiã ſtupeſcentes, in hæc prorumpunt. *Quæ eſt iſta quæ progreditur, quaſi Aurora conſurgens, pulchra vt luna, electa, vt ſol, &c.* Siue, vt Bernardinus ſerm. de Nat. Mariæ legit. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit ad tã præexcelſum imperiũ, ita vt ſub ſe reliquarum creaturarum obtineat famulatum?* Regina (inquam) in dæmones, Domina in phalanges tartareas, Imperatrix ad Angelos dominatrix ſibi, & quaſi in filium princeps. Iſtud ergo tam præexcelſum principatum Angeli obſtupeſcũt. Ipſam, inquam, Deiparam ſuper vniuerſam rerum conditarum molem eleuatã dominio, cunctam poteſtate, in ſtuporem rapit, in admiratiõnẽ emouet. *Aſcendit* (inquit Bern.) *ſuper omne genus humanum; aſcendit vſque ad Angelos, ſed & ipſos quoque tranſcendit, & cœleſtem omnem ſuper greditur creaturam.* Et poſtea annectens, Cantic. S. Bernard.

ſic alloquitur. *Ne ſteteris, vel inter Angelos, Virgo ſancta, ſublimius aliquod tibi tuo miniſterio propinandum, tranſiliens, præſtolatur. Paululum cum pertranſieris, inuenies, quem diligit anima tua. Paululum, inquam, non quia incomparabiliter ſuper emineat, ſed quod inter eum, & ipſos mediũ nihil inuenies; tranſi ergo Virtutes, & Dominationes, Cherubim quoque, & Seraphim, vt ad eũ peruenias, de quo vociferantur adinuicem, Sanctus, Sãctus, Sanctus. &c.* Hæc D. Bern. Quem modũ loquendi inſequuntur Sãcti Doctores. Pijſsimus Idiota loco citato, ſic ad Virginẽ ſermonẽ flectit. *Nemo æqualis eſt tibi, nemo maior te, niſi Deus, &c.* Quibus eadem prope modum ſunt, quæ itidem profert Andreas Cretenſis hom. in Aſſumpt. *Tu, excepto Deo, es omnibus altior, &c.* Inſuper, & illa D. Bernardini Senẽſis tom. 3 tract. de B. *Maria*, ſerm. 1. cap. 2. *Beata Virgo Maria altiſsima eſt, eò quod poſt filiũ omnibus alijs excelſior ſit, &c.*

S. Idiota. Andr. Cretenſ. D. Bernardin. Sen.

Hinc proculdubio ad Mariæ nomen genua curuant Angeli, Angeli tamquã Reginæ ſuæ nomen adorant. Pulchrè Richard. ad ea: *Et ingreſſus Angelus ad eã dixit*, lib. 1. de laud. c. 2. *In hoc etiã quod cũ tãta reuerẽtia, & humilitate Mariã Angelus ſalutauit, vt videretur paulo minus adoraturus feminã, qui ſolebat ab hominibus adorari, dicens ei*, Aue: *illa tamẽ feſtiua gratulatio intelligitur Angeli ſalutãtis, quãta decuit Angelorũ Reginæ ab Angelo exhiberi, &c.* Deinde Bern. hom. 1. ſuper miſſus eſt, cœleſtes ſpiritus taliter ad hortatur: *Honorate Sancti Angeli veſtri Regis matrem, qui noſtræ adoratis Virginis prolem, ipſum vtique, noſtrum pariter, & veſtrum Regem, &c.*

Richard. D. Bern.

AROMA VI. PRO MORIBVS.

In via Dei non progredi, retrogredi eſt.

IN via cœleſtium virtutum, ô homo, ne morã facias, non ſiſtas, ſurge, propera, velociter age. En tibi, quomodo Maria, ex quo incipit per incremẽtũ virtutũ creaturis præfici, nõ ſolũ hominũ, verùm cœleſtium ſpirituũ choros tranſcendens, ſupernorum agminum occupat principatum. Pulchrè D. Auguſtinus de verbis Apoſ. ſer. 15. tom. 20. *Semper* (ait) *adde, ſemper ambula, ſemper profice, nolli in via deſiſtere, nolli retroire, nolli deuiare. Remanet, qui non proficit, retrò reddit, qui ad ea reuoluitur, vnde iã receſſerat.* Hæc Auguſtinus. Non enim ſufficit, quòd à vitijs ſurgas, & viã virtutis arripias, in hac ſemper ambula, ſemper adde

D. Auguſt.

ſurge, propera, non quieſcas, nam ſi non proficis, remanes: vbi tibi placuiſti, ibi quieuiſti, & quando dicis ſufficit, peris.

Geneſ. 28 in ſomno illo Iacob omnibus eius vigilijs fœliciori, dormienti ipſi cœleſtes arces reſerantur, atque Dei abſtruſa ſacraméta patefiunt. Ibi ſcalæ imago obijcitur, cuius cacumé cœleſtē locū pertingebat, per quā Angeli aſcēdebāt, & deſcēdebāt frequētiſsimi. Quid hoc, ait D. Bern. epiſt. 255. quòd in hac ſcala nullus ſiſtat, nullus reſidens appareat? Quis non ſtupeat in tantæ celeritatis curſu, ac perpetuo cœlitū motu? Omnes enim aſcēdere, & deſcēdere videbātur, nec inter eos vnus dumtaxat ſiſtere, cōſpicitur. *Datur* (reſpondet Bern.) *in tali, quod inter profectū, & defectum in hoc ſtatu mortalis vitæ nihil medium eſt inueniri; ſed quomodo ipſum corpus noſtrū continuè, aut acreſcere conſtat, aut decreſcere, ſic neceſſe ſit, & ſpiritum, aut proficere ſemper, aut deficere.* Hæc Bern. Non ſiſtitur pes in æternæ gloriæ peregrinatione; ſed ille, qui iter per virtutum progreſſum perficere non ſtudet, deficit: ac non ſolum in curſu ſuo detinetur, verum per vitæ ſuæ miſerabilem ſtatum retroit. D. Bern.

Lucæ 9. Adoleſcens quidam ad Dei ſequellam vocatus, vt patrē ſuū ſepeliat, petit inducias: cui ſic Dominus: *Sine vt mortui ſepeliant mortuos ſuos, tu vade, & anuntia Regnum Dei, &c.* Mirabile quidem, quod nec ad mandandum patrem ſepulturæ detineri, permittatur. Quia in Dei vocatione quæcumque detentio in gentem affert ruinam, ac miſerum adducit ſtatū. Quo proculdubio Paſchaſius reſpiciebat, præfata elegāter enucleans verba lib. 5. in Matth. *Tu*, ait, *qui fide viuis, & mortuus ſæculo probaris, nihil tibi cum mortuis; ideò illud conſortibus tuis relinque, tu autē cū electis ſequere me in vitam, alioquim cum mortuis deputaberis.* Hæc Paſch. Premo ea: *Tu autē cū electis ſequere me, &c.* Quaſi in eo dūtaxat reproborum, & electorum diſtinctio ſit, quod electus nullo modo morticinis immoretur, ſed omni mortuo oblito, totus in proſequenda Dei via ſit. Luc. 9. Paſchaſ.

Huc attinet celebris illa Apoſtoli ſententia, 2. ad Corinth. 4. *Licet*, ait, *is qui foris eſt, noſter homo corrumpatur, tamen is, qui intus eſt, renouatur de die in diem.* Caietanus *pro, die in diem*, trāſtulit, *nouè*. Quare ſic locum extricās, Adiungit aduerbium *nouè* ad ſignificandum ſtatum nouitatis ſpiritualis, qui proportionabiliter ſimilis eſt ſtatui vetuſtatis naturalis. *Nā*, ait, *quemadmodum corpus verſus mortem tendens continua reſolutione, non æqualiter deficit, ſed quo plus verſus mortem veteraſcit, plus videtur deficere: deficit enim ſeptuagenarius plus vno menſe, quam* S. Paulus. Caietanus.

quinquagenarius vno anno, ita è conuerſo animæ profectus longè maior ſignificatur, quanto magis renouatur, & appropinquat cæleſti nouitati, &c. Hoc quidem eleganter tibi, ô lector, demonſtratum eſt in duabus auibus, è feneſtra in diluuio miſsis. Sanè columba non requieſcens ad arcam recepta eſt; coruus verô, qui pedem ſiſtit, extra eam relinquitur. Quod pulchrè cecinit Arator, lib. 2. in Acta Apoſtolorum.

Arator.

——Simul ipſe columbam
Diluit, & coruum, ſed non concordia mentis
Fecit vtroſque pares; hunc guttura plena rapina
Subduxere viæ, cupienſque in funere paſci,
Nihil potuit vitale ſequi, reddit ales amica
Frugibus, & nullis ſuccumbit naufraga limphis
Nutriri de morte timens.

AROMA VII.

Supremum Mariæ in tartareas poteſtates imperium depromitur.

IN malos, & infœlices ſulphurum, ac caliginum incolas triumphare Mariam, ac poteſtatem exercere, in dubium eſt. Vt meritô de ipſa dici poſsit; *nec eſt qui ſe abſcondat à calore eius.* Sic tenet Seraphicus Doctor in Spec. lect. 8 *Hoc etiam competit*, ait, (*dominium intellige*) *tantæ Imperatrici, quæ reuera Domina eſt cæleſtium, terreſtrium, & infernorum; Domina, inquam, Angelorum, Domina hominum, & Domina dæmonum, &c.*

D. Bonau.

Cantic.

Cantic. 4 Sponſus ſponſæ ſic effatur: *Odor veſtimentorum tuorum, ſicut odor thuris, &c.* Quare odorifera ſponſi veſtimenta thuris emittebant odorem? Quare non ſuccini, electri, aut qualitatis alterius? Pulchre Amadeus de Mariæ ornatu hom. ſic effatur. *Aſſerunt odore thuris dæmones effugari, Deum lachrymis mediantibus placari. Ego verò libenter dixerim, virtute odorum S. Mariæ Angelos tenebrarum effugari, & quodam valido turbine huc, illucque reptari, vt in eis impleatur, quod dictum eſt fiant tamquam puluis ante faciem venti.* Hæc Amadeus. Sicut orta procelloſa ventorum voragine, puluures diſparent, & ſparguntur: ſic vbi odor Mariani vocabuli conſpicitur, fluunt, & refluunt aereæ poteſtates, dæmones fugiunt, & amplius non apparent.

Amadeus.

Eccles

Eccleſiaſtici 24. *Gyrum cœli circuiui ſola, & profundum abyſſi penetraui, &c.* Mirum valdè, quod Maria ſupernis ſtipata viribus tenebrarum regionem penetret, ac inferorum circuiat habitaculum! ad quid cœlorum Regina tartareas viſitat regiones? Bernardinus à Buſtos, ſic ſatisfacit 3. part. ſerm. 2. *Dominatur (ait) Maria in inferno, & inde dicitur profundum abyſſi penetraui. Non enim tantum dominatur dæmonibus inferioribus, qui ſunt in ſuperficie terræ, ſed etiam in maximis, qui ſunt in profundo. Vnde non dicit penetraui ſuperficiem terræ, vel medium inferni, ſed profundum abyſſi, &c.* Acies benè ordinata fortiori impetu in robuſtiorem aduerſariorum copiam irruit, vt fortioribus inimicis debellatis, alij imbecilles humili ſubdantur ſeruituti. Sic Maria non ſolum ſuperficiem abyſſi, ſed profundum ipſius penetrat, validiores aduerſarios deuaſtat, acriores Dracones deturbat, fortiores dæmones, dum ingens vtrinque prelium conſeritur, debellatos effugat, deuictos terret, ac de infauſta eorum fortuna ſolemniter triumphat. Vnde S. Gerardus teſtatur apud Buſtos loco citato. *Inuitè infernus (audito Mariæ vocabulo) vlulat, & procaciſſimi dæmones clamant.* Quod perſpicuè ex vocabulo Dominæ deducitur ſecundum Papiam. *Nam Domina interpretatur, dans minas, quæ inimicum humani generis ſinans minas infert.* Inſuper ſecundum Catholicon Domina interpretatur *Domans manus.* Et ipſa domat dæmonum manus, & poteſtates, & ideò eas timent, reuerentur. Eccleſiaſt. Buſtos. S. Gerard.

Huc voco illud Iſaiæ vaticinium, cap 30. *Pauebit Aſur virga percuſus, & erit tranſitus virgæ fundatus, quam requieſcere faciet Dominus ſuper eum in tympanis & citharis, & in bellis præcipuis expugnabit eos, &c.* Aſsur diabolus eſt, qui quotidie flagellatur virga iſta, ſcilicet, Maria, quam in terra plaſmauit omnipotens, vt continuò aereas poteſtates expugnaret; id autem quod dicitur: *Quod requieſcere faciet Dominus ſuper eum, &c.* Nihil aliud exprimit quam continuam pro nobis aduerſus diabolum pugnam. Inſuper, propter triumphantes victorias, ac de inimicis reportata trophea, in tympanis, & citharis concentus decantandi vaticinantur. Quæ omnia verbis per paucis depinxit Sanctus Antoninus 4. part cap 25. §. 4. *Ipſa enim eſt virga* (ait) *de qua Iſaias cecinit cap. 30. Pauebit Aſſur, id eſt, diabolus virga percuſus ſuffragij, ſcilicet, virginalis: Ad cuius aſpectum perterrefactus, flagellatus aufugit, pauidus conteritur, ac totis diſſolutis viribus contremiſcit.* Iſaias. S. Anton.

Tobiæ 6. Exēterato piſce immani, qui ad iuniorē Tobiā deuo

 ran,

randum inuaſerat; corde, fele, & iecore poſitis, ſtudio Tobias ab Angelo rogat. *Obſecro te Azaria frater, vt dicas mihi, quod remedium habebunt iſta, quæ de piſce ſeruare feciſti?* Ad quæ ſic Angelus: *Cordis eius particulam ſi ſuper carbones ponas, fumus eius extricat omne genus dæmoniorum ſiue à viro, ſiue à muliere; ita vt vltra non accedat ad eos, &c.* fortiori, inquam, vi Marianum cor dæmoniacam propulſabit audaciam, cum inter diuini amoris ardentes prunas, totum exardeſcens, ac velut ignis viuus appareat. Sic Amadeus hom. 8. de Deip. plenitudine. *Nec cōtenta partis ſpolijs, ſed humanæ ſalutis cupida, hoſte viuido longius propulſato, alias atque alias ſibi exuuias ſemper acquirit; igitur in brachio potenti, & brachio excelſo tyrannorum fines ingreditur, munitiſsima quæque dæmonum aggreditur, inferna ſub pedibus ſuis facit contremiſcere, & principem mortis nimio terrore percuſum reſilire. Denique ipſa iuuente, vehementer euomit predam, quam in ventrem malitiæ traiecerat, reÿciens cum dolore, quem cum ingenti ſuperbia detinebat. Surgunt lapſi, redeunt pœnitentes, peccator videbit, & iraſcetur, maxilla eius hamo Dominicæ crucis perforata reddit liberos, quos antea detinuit captiuos, dentibus ſuis fremens, & tabeſcens deſiderium peccatorum peribit; deſiderium B. Mariæ perficietur* Hæc Amadeus. Quid pulchrius? Quæ omnia eruditè conſonunt his, quę ex S. Brigitta retulimus; quia dæmones audientes hoc nomen *Maria*, ſtatim relinquunt animam ex vnguibus, quibus tenebant eam.

Tobias.

Amadeus.

Etenim licet ipſe Dominus per ſe ipſum noſtros poſſet debellare aduerſarios, eiuſque acies propulſare, fauſtamque eorum frænare ſuperbiam; hoc Mariæ manibus fortiſsimis adſcribere voluit, vt nihil boni, aut palmam victoriæ, aut hoſtium triumphos, aut bellorum trophea reportaremus, niſi cooperatrice Maria.

Imò neque ipſe Deus etſi ſummè potens inimicos voluit detruncare, niſi coadiutrice *Maria*. Nūquam enim victoria adeſt, abſente Virgine, neque apud Chriſtum Dominum, cuius brachiū excelſum eſt, cuius manus omnipotens. *S.* Paulus ad Galat. 4 *Cū autem venit plenitudo temporis, miſsit Deus filium ſuum factū ex muliere, &c.* Cur mi Domine, *factum ex muliere*? Cur Deus clauſtra muliebria, ac tenebroſa illa ergaſtula non deſpexit, non vitauit? Sane quia diabolum dominantem mundo, ipſumque nimio cruore ſubiugantem debellaturus Dominus, non, niſi irruente etiam Maria, euincere voluit. Sic D. Ireneus lib. 5. aduerſus Hæreſes. *Neque enim iuſtè victus fuiſſet inimicus, niſi ex muliere ho-*

S. Paulus.

omo eſſet, qui vicit eum. Per mulierem enim homini dominatus eſt ab initio, ſemetipſum contrarium ſtatuens homini: propter hoc, & Dominus ſemetipſum filium hominis confitetur. Itaque diabolus non ſolus in Adamum irrupit, ſed comitante ſexu muliebri, illa inquam humanæ naturæ origine, cuius infirmitate diabolus uſus Adamum ſibi ſubiecit, ac deturbauit. Vt autem æquali ratione impetum in diabolum faceret, non ſolus Dominus, ſed ex muliere factus homo, & ſexu Mariano adiuuante, diabolicam machinam aggredi, decernit. Vt ſic nunquam diabolus debellatus appareat, nůmquam eius vires confractæ conſpiciantur, nũquam eius pateant ruinæ, niſi pugnante Maria, eius adiuuante potentia.

Præfatis annectam illa, Cantic. 4. *Donec aſpiret dies, & inclinentur umbræ, vadam ad montem myrrhæ, & collem thuris, &c.* Nequeunt enim vmbræ ſuſtinere micatus orietis diei, quo Deus ſe inter ſacrorum aromatum oſtenditur cõditus: iſte mõs, eſt ille, de quo diximus Areola prima, quôd appellatur *Moriâ*, aut *Mariæ*, aut *Mons thuris*, à quo probabiliter opinatur nomẽ *Maria* fuiſſe deductum. Quo poſito, accipe Chaldæum ad præfatum locum. *Omni tempore, quo populus Iſrael tenebat manibus ſuis artem patrum ſuorum iuſtorum, fugiebant dæmones nocẽtes, eo quòd maieſtas gloriæ Domini poſſidebat in domo ſanctuarij, quæ ædificata eſt in monte Moriath; & omnes dæmones, & ſpiritus nocentes fugiebant ab odore incenſi aromatum.* Hæc Chaldeus. Si ab vmbra Mariæ (à monte inquam iſto Moriath) Phalanges tartareæ, & vmbræ infernales fugiebant territæ; ab ipſamet Deiparâ, ab eiuſque vocabulo, quomodo non expaueſcentes fugabuntur? quomodo confractæ non reijcientur? Quomodo, propulſatæ non corruent? Cantic. Chaldaus.

Hinc Diuus Chryſoſtomus loquens de vinculis, quibus quaſi quibuſdam incantationibus vincitur dæmõ, quaſi ligatus, oppreſſuſquè detinetur, interea præclarum Mariæ nomen anumerat. Sic homil. 8. in caput 4. ad Romanos, habet. *Sunt nobis incãtationes ſpirituales, ipſum nomen Mariæ huiuſmodi incantatio, non ſolùm draconem ab ſpeluncis abigit, atque ita in ignem conijcit, ſed & vulneribus quoque medetur. Hoc igitur nomine ornemur, ipſi hoc namque ſæpe numero nos muniamus, &c.* Deuenerunt enim aliquæ peccatorum animæ vſque ad tam extremam ſtragem, vt ſub ipſis, quaſi incantatus edormiat ſpiritus tartareus, ſub dominio ſuo miſera ſeruitute eas ſubiugans; de quibus aiebat Iob, *quòd dæmon dormit in ſecreto calami, &c.* Cõtra hos Chryſoſt.

au-

autem ita rebelles dæmones inuocatio Mariani vocabuli diuina exiſtit incantatio, eos abigens, eos territans, ac immaniter debellans.

AROMA VIII. MORALE.

Expaueſcunt diaboli & ſui viros virtutibus incumbentes.

O Quam ſtrenuè virtutibus armati homines aduerſum poteſtatem aeream dimicant! quam imperterriti dæmonibus his armis loricati ſeſe obijciunt! Sanè eorum honeſtos mores, vigilias, ieiunia, lachrymarum imbrem, carnis macerationem pertimeſcentes, exterriti, ac pauidi fugam arripiunt.

Iob 2. Iob 2. Sic effatur ſacer textus: *Venerunt Angeli Dei, vt aſſiſterent coram Domino, & diabolus venit, vt in medio eorum aſſiſteret coram Domino* Quid eſt, quod inter aſtra nitida impurus ſpiritus, inter bonos malus, inter cœleſtes tartareus, inter filios inimicus, inter prædeſtinatos reprobus aſsiſtat? Eleganter in Cathena Græca ſatisfacit Iulianus, dicens: quia veniebat nō vincens, ſed victus, non triumphans, ſed debellatus, non glorioſus *Iulianus.* ſed pudens. *Venit* (ait Iulianus) *in medium Angelorum quaſi captus, nam illum pudebat, fugamque meditabatur.* Nihil enim magis hoſtem confringit, nihil magis eum deterret, quam Domini athletam virtutibus ornatum intueri. Sic enim Chriſtianus armatus ipſum fugat, eiuſque infenſiſsimos retundit impetus.

Sophon. Sophoniæ cap. 1. ſic aſſeritur. *Dicit Dominus: Congregans hominem, & pecus, & congregans volatilia cœli, & piſces maris:* *Setenta.* *& ruinæ impiorum erunt,* 70. ſic habent: *Deficiat homo, & iumenta: Deficiant volatilia cœli & piſces maris, & infirmabuntur impij,* ac ſi dicat: Deficiat homo, vt homo; quæ in homine terreſtria ſunt, deficiant, maneant quæ Dei ſunt ad ſpiritum ſpectantia. Deficiant inſuper iumenta, id eſt, impudici affectus, carnales prauitates, petulantes libidines: manenſque homo ſine homine, ſi quæ ſunt terræ, omittat, infirmabuntur impij, id eſt, dæmones contremiſcent, eorumque virtutes expaueſcent, & ad iuſtorum aſpectum corruent. *S. Hieron.* Præclarè ibi Hieronymus. *Deficit,* ait, *quis vt homo, ſi contemnat humana, & non vltra moriatur vt homo; & audiat: Ego dixi, dij eſtis. Deficit quaſi piſces maris, qui comprehenſus lagenis Domini cum bonis piſcibus ſeparatur. Cum hæc iuxta præceptum Domini fuerint perpetrata; infirmabun-*

Digitized by Google

buntur impij, non habentes tantum robur, quantum prius, &c. Hæc Hieronymus. Quando enim ſuperbia frænatur, libido extinguitur, praui ſedantur affectus, ac omnia terreſtria deficiunt, & ſecutiuntur, tunc ad ipſius aſpectum dæmones animo cadunt, poteſtates aereæ vehementer infirmantur, & perterritæ acies diabolicæ fugiunt.

Iudicum 3. *Addiderunt filij Iſrael facere malum in conſpectu Domini.* Quid ergo? Audias. *Qui confortauit aduerſus eos Eglom Regem Moab.* Ecce quomodo peccata noſtra inimicorum roborant imbecillitatem, eorum arma validiora, ac robuſtiora reddunt. Tene Originem eleganter loco dicto effantem. *Vides*, ait, *quia peccata vires hoſtibus præbent, & quando nos facimus malum in conſpectu Domini, tunc confortantur à Domino inimici noſtri. In noſtris enim moribus tota noſtra victoria abſoluta eſt.* Si ad certamina vitijs irretiti aggredimur, inſultat in nos diabolus cum ſuis, eorum vires validiores fiunt. Sin autem inituri certamina, gladio virtutum accingimur, & alijs pœnitentiæ armis communimur, hoſtes noſtri ac eorum impetus faciliter retunduntur, pauidi, titubantes pereunt. *Iudic.* *Origines.*

AROMA IX.

Marianum dominium quodammodo diuino æquiparandum.

PReclarè Rupertus Abbas ſuper caput 4. Canticorum, ait, *Prædicabitur de te, quod ſis Mater Chriſti, ac proinde Regina cœlorum, toto iure poſſidens filij regnum, &c.* Sed quia ex Ruperto, & Doctoribus habetur, iure Mariam poſſidere regnum, exactius hoc inſpiciamus. Imperatrix eodem prorſus dominio potiri debet, ac Imperator, per l. 9. Princeps de leg. ratione, l. vel communicationis priuilegiorum. De quo etiam in lege vel filius. §. 2. C. de præſcript. facit, vel donationis, &c. Ergo Maria Domina, & Imperatrix exiſtit? Sic canit Eccleſia: *O glorioſa Domina, &c.* *Rupertus*

Hoc ergo Mariæ dominium ſuper eminens ſignificauit Gabriel in illis: *Dominus tecum.* Quare non dixit: *Deus tecum*, ſed ſignatè *Dominus tecum*? Sanè vt annueret, dominium filij matri communicandum, ipſamque matrem Dominam futuram eſſe, ac potenti dominatione potituram, eo quod ad Dei maternitatē erat ſublimata, diuinituſque euecta, ſic Bona. in ſpec. lect. 8. *Bonau.*

Ipſe

Ipſe eſt generaliter Dominus creaturæ, ſpecialiter creaturæ rationalis, Dominus ſingulariter aulæ tuæ Virginalis, ô Maria. Omnium vniuerſaliter, omnium viſibilium, & inuiſibilium iſte vniuerſalis omnium Dominus ſic cum Maria fuit, quòd etiam ipſam vniuerſalem omnium Dominam fecit, Dominam, inquam cœli, & Dominam mundi, &c.

Pſalm. Huius autem Dominæ aut Reginæ ſuprema dignitas à Regio Vate Pſalm. 44. in ſpiritu demonſtrabatur, vt plerique expoſitorum tuentur. *Aſtitit Regina a dextris tuis in veſtitu deaurato, circundata varietate.* *Genebr.* Genebrardus. *Aſtitit coniux, aſtitit Regina, à dextris tuis, id eſt, ad dexteram tuam, &c.* Eius dignitas patefit primò, quantum ad locum, eo quod a dextris filij ſedeat: *3. Reg.* quod 3. Reg. 2. Obumbratum exiſtit, quando Salomon ſapientiſsimus Rex iuſsit, ſtatui tronum matris ad dexteram ſuã, ipſamque in eo ſedere. Secundò, eius dignitas conſpicitur, quantum ad ornatum: *in veſtitu deaurato*; *Apocalip.* de quo Apocalipſi 19. quãdo venerunt nuptiæ agno, & vxor eius præparauit ſe, & ei tributum eſt, vt ſe veſtimento byſsino ſplendenti, & candido ornaretur. Probatur vltimò: *byſſus, & purpura indumentum eius.*

Tertio, eius dignitas Dominatrix refulget *in famulorum obſequio*: cum rex ait, *circũdata varietate*, hoc eſt, iuxta peritorum translationem, *Angelorum, & Sanctorum obſequio.*

D. Gerard. Hoc Marianum dominium quo ad homines, mira D. Gerardi verba hæc ſermone de Deipara nitido cultu dilucidant. Sic affatur. *Apoſtolorum ſplẽdidiſsimus ordo inefabili laude illam extollit, Martyrum exercitus ſupplicat Dominæ ſuæ; confeſſorum multitudo innumerabilium continuum ſibi perſonat canticum. Virginum candidiſsima concio iugis choream ad ſuam celebrat gloriam. Omnes vtiquè humiliter obſequentes, ſupplicitèr famulãtes, ac de tali obſequio, taliquè famulatu maximè gloriantes, &c.*

De dominio quoad Angelos, accedat eiuſdem doctoris Sancti ſcriptum eleganti, ac abſoluta verborum cultura elaboratum. *Idem.* *Dominus noſter Ieſus Chriſtus matrem ſuam magnificat, quia Angelicis eſt ſtipata choris, Archãgelicis iubilationibus. Dominationum circuncincta tripudijs, Principatuum circumſepta obſequijs, Poteſtatum amplexata plauſibus, Virtutum gyrata honoribus, Cherubim circunſtantiata himnificationibus, Seraphim vndique poſſeſa inefabilibus cantationibus, &c.* Hæc Gerardus.

Sed quid mirum quòd Angeli Mariæ miniſtrent? Quid mirũ quod hæc ſereniſsima Imperatrix, ac dominatrix noſtra valde amabilis, ac tota dulcis Angelos in miniſterium mittat, vſque

que ſecreta palatij committat, quando inter ipſos Angelicos ordines vnus alterum mittit, vnus alteri imperat & alter ſupremô ſuo humiliter audit ab ipſoque ſupliciter illuminatur? Nonne miniſtri ſpiritus? Nonne *R*egina Maria? *S*i talia miniſtris, ac famulis conceduntur, qualia eorum Reginæ, ac matri ſuæ clargientur? Rex tota ſuauitate ori Venerabilis Bedæ inſidet, ſerm. de Deipara. *Perſuadet* (ait) *immo compellit nos celſitudo tua credere, quòd in regno fi ij tui (ò Beata Virgo Maria) ita imperiosè principaris, vt per Angelorum miniſteria tuis ſemper deuotis ſubuenias. Si enim Angelus Angelum mittit, confidenter dicitur credere Chriſtiana deuotio, quod Imperatrix Angelorum, tanto magis habet Angelos ad obſequium, quãto differentius præ illis nomen hæreditauit. Si enim Ioſue Dux populi Iſrael iuſsit ſolem ſtare, quomodo non omnia Sydera ad nutum Imperatricis obediant? Si Cherubim, & Seraphim de fonte libentes inferioribus Angelis quædam arcana reuelant, quanto magis glorioſa Virgo de occultis fi ij ſui amplexu eius deguſtata myſteria Angelis copioſius effundit?* Hæc Ille. *Beda.*

Ex quo dilucidè intueri poteris, piè lector, Mariæ in alias creaturas triumphans dominium: tãto ſuperat Marianum imperium dominium Angelorum, quanto excellentius præ illis Maria nomen hæreditauit. Quando alicui Angelorum dixit; *Mater mea?* Nunquam, ſed ſolum miniſtrorum nomine appellauit, *qui facit Angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ignem vrentem.* Pſalm. 103. Tanto ergo Marianum dominium Angelicum antecellit, quanto matris nomen miniſtri vocabulum; ſed ſi talibus ſpiritibus, & ſi miniſtris omnia ſubduntur, Quid Mariæ Dei parenti? Quæ illi non ſubiacebunt poteſtates? Quod genu non flectetur? Quod vtique tã erectum collum non ſubmitetur? *Pſal. 103.*

Iure Maria Domina vocari debet, & omnium creaturarum Regina: quia eas, quas *D*ei potentia produxit, ſuo nitori reſtituit, ſuæ pulchritudini donauit. Ludolphus à Saxonia part. 2. cap. 16. *Sicut Deus ſua potentia cuncta patrando pater eſt, & Dominus omnium; ita B. Virgo cuncta reparando mater eſt, & Domina rerum: eſt enim Dominus omnium, ſingula in ſua natura propria iuſsione conſtituendo; Maria eſt Domina rerum, ſingula congenitæ dignitati, per illam, quam meruit gratiam, reſtituendo.* *Ludoph. de Sax.*

Domina appellatur tandem pijſsima noſtra Deipara propter numeroſam ſubditorum multitudinem. O dulciſsime Ieſu! quam plurimi matri tuæ ſerui agglomerantur? quam plurimi tributatim illi ſubiecti apparent? Qui autem ſunt iſti? Habet vtique

que ſeruos,amicos,filios,& inimicos. Serui appellãtur recenter conuerſi; amici ſunt eius affectuoſi,& fideles;filij,qui iam beatifica perfruuntur viſione: per hoſtes,dæmones,& damnatos intellige.

Cantic. Cantic.6. *Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi Aurora conſurgens,pulchra vt Luna,electa vt Sol,terribilis vt caſtrorum acies ordinata.* Iſta ſeries quatuor ſeruorum conſpicitur. Seruis denuo conuerſis dominatur tanquam Aurora,quia ab eis caliginoſas tenebras culpæ depellit, gratiæque lumen elargitur. Sicut enim albeſcente luce, lucente die,&aduentante ſole caligo cua neſcit,ac tetra nox fugit,ſic lucis Marianæ interceſsionis ſplendore adueniente,tenebræ peccatorum diffugiunt. Amicis,& affectis ad inſtar lunæ dominatur, quia in eis lucem diuinæ ſapientiæ infundit,& deſuper eos ros cœleſtis gratiæ Virginis auxilio deſcendit Filijs, ideſt, Beatis tamquam Sol dominatur, quia eos clariſsima Dei viſione replet, & feruentiſsimo Dei amore cumulat. Inimicis autem, ideſt,aereis poteſtatibus tanquam acies caſtrorum ordinata terribilis ſe offert,eas terrens, ab obſeſsis expellens;& infugam timidam viriliter conuertens.

Rogabit fortè aliquis: quot creaturæ? Ad quod fiat ſatis

Genebrar. Genebrardi ad præfatum Dauidis locum Pſalm. 44. translatio *Aſtitit Regina a dextris tuis,ideſt,in conſimili honore,inconſimili maieſtate,&c.* Conſimilis honor famulantium miniſtrorum Mariæ adſcribitur. *S.Bernad. Senenſis.* Sanctus Bernadinus ſenenſis. *Tot enim* (ait) *creaturæ ſeruiunt glorioſæ Virgini.* Quot? O ad mirabilis Dei prouidentia!O mira, ac mirabilis tantæ creaturæ ſublimatio!O ſuper excellens Virgo! Reſpondet S.Bernandinus. *Quot ſeruiunt Trinitati.* Et poſt pauca, hæc admirabilia verba ſubdit. *Ille enim qui filius Dei eſt, & Virginis benedictæ,volens paterno principatui principatum equiparare maternum: ipſe, qui Deus erat,matri famulabatur in terra,& erat ſubditus illis,&c.* Cum Virgo noſtra *a dextris Dei*, hoc eſt, *in conſimili honore*, iuxta tranſlationem Genebrardi,ſtet.Voluit Deus filius principatum Marianum paterno æquare principatui, hoc autem ſtudio ipſe Deus filius parenti ſuæ in terris famulabatur:vt ex hoc omnipotens, ac ſummè admirabile Mariæ imperium appareret. Et

Idem poſt pauca has infert illationes. *Propterea* (ait) *hæc eſt vera propoſitio:Diuino imperio omnia famulantur,etiam Virgo. Et iterum hæc eſt vera propoſitio: imperio Virginis omnia famulantur, etiam Deus.*

Omnes deniqueMariæ obſequntur,cuncta illi totis viribus, ac

ac omnimodo conatu famulantur, non ſolum ea quæ intra limina creaturarum exiſtunt, verùm ipſe omnipotēs Deus optimus & maximus illi ſubditur: vt ſemper verum exiſtat S. Bernardini placitum, maternum principatum paterno æquiparandum eſſe.

Non longe ab hoc Arnoldus Carnotenſis tractatu de laud. Virg. per hæc verba, loquens de Mariæ principatu. *Conſtituta eſt ſuper omnem creaturam, & quicumque Ieſu curuat genua, Mariæ quoque pronus ſupplicat, & filij gloriam cum matre non tam communem dico quam eandem, &c.* optas præpotens Mariæ intueri imperium? Huius Reginæ deſideras principatum inſpicere? Genua, quæ illi incuruantur, enumerare concupiſcis? Vtique omne. In nomine Mariæ omne genuflectitur cœleſtium, terreſtrium, & infernorum. *Si* enim oraculum sacrū, in nomine Ieſu omne proſterni genu, atteſtatur, Et hæc eadem Mariano imperio ſubduntur, atque ad eius ſublimitatem prona ſupplicant! Profiteamur tam excellens imperium, atque ante eius prouolui pedes gratiam requiramus, auxilium imploremus. *Arnold. Carnot.*

Quam, ni fallor, potentiā, aut efficacē vim expoſuit Eccleſia in Antiph ad Bened. eiuſdē officij, ſic orans: *Beneplacitū eſt Domino in nomine Mariæ, in quo exaltauit manſuetos in ſalutem.* Sed quid eſt in nomine Mariæ diuinum beneplacitum. Dei habitare? Sanè, Theologi in *D*eo duplicem noſtro modo concipiendi voluntatem adſtruunt, alteram inefficacem, aut ſecundū quid, quæ ab aliquibus appellatur, volūtas ſigni, eò quòd veluti ſignet Deus, quid eſſet faciendum, non autem efficaciter vult. Alteram apponunt efficacem, ſiue abſolutam, quæ dicitur voluntas *beneplaciti*, cum hæc ſit, quæ illi ad executionem complaceat. Aſſerere autem, diuinū beneplacitum eſſe in Mariæ nomine, nil aliud eſt, quàm quòd in eo diuina, abſoluta, & omnipotens voluntas reluceat, ita vt eadem potiatur virtute ac Deus ipſe, cum vtriſque inflexibilis *D*ei aſſiſtat omnipotentia, ac increatum beneplacitum aſſideat. *Eccleſia.*

Huc ſpectat Guarricus, ſerm. de Aſſumpt. Mariæ, dum ait: Indiuiium imperium cum filio Virginem habere, cui in vna carne, & ſpiritu vnum myſterium extitit. *Perge Maria* (ait) *perge ſecura in bonis filij tui, fiducialiter agē: tamquā Regina, mater Regis, & ſponſa, requiem quærebas, ſed amplioris gloriæ eſt, quod tibi debetur regnum, & poteſtas, indiuiſum habere tecum cupit* *Guarricus.*

im-

imperium, cui tecum in carne vna, & vno ſpiritu indiuiſum fuit pietatis, & vnitatis myſterium, &c.

AROMA X. IN VITIORVM FRÆNVM.

Adeò Sanctorum efficax oratio, vt quodammodo vim diuinam, & omnipotentiam ſubeat. D. Thomæ ſplendens doctrina, orationis fruges, quanti apud Pontifices in fidei propoſitionibus diffiniendis?

O Omnipotentia orationis! Quis tuarum virium magnitudinem non ſtupeat? Quis tuæ potentiæ efficaciam non admiretur? Quis tuam vim adinſtar diuinam non prædicet? *Per hanc* (verba Chryſologi ſerm. 43. pando) *Elias neſcit mortem, commoratur Angelis, conuiuit Deo, & terrenus hoſpes ſupernas poſſedit manſiones. Per hanc Ioannes fit Angelus in carne, cæleſtis in terra, & totàm ſolus capit, tenet complectitur Trinitatem, &c.* Quid eloquentius? Oratio vtique quaſi diuinam obtinet poteſtatem, & diuinitatis aſcendit tronum, virium diuinarum circum amicta fulgoribus.

Chryſolog.

Exod. 32.

Exodi 32. Viſo vitulo aureo, quaſi boues ducti ad victimã, *ſic Iſraelitæ ad nouam tranſeunt religionem.* Ob grauem idolatriam iraſcitur Dominus, *Moyſes* autem Dominum placaturus occurrit, cui ſic oranti Dominus taliter eloquitur: *Dimitte me, vt iraſcar furor meus* Chaldeus transfert. *Intermitte præcationem.* Ac ſi diceret, ne amplius orationem fundas, contice, obtumeſce, ne ores. Vt quid Dominus Moyſi orationem prohibet? Sanè quia illa famuli depræcantis oratio quaſi alter omnipotens ipſum omnipotentem deprimebat, & quodammodo frænabat, ne ſceleſto populo flagella infligeret. Eleganter paucis contexit D. Bernardus, ſerm. de Mag. *Ferendi licentiam quærit à Moyſe, qui Moyſem fecit, &c.* Quam belle! Quis licentiam expoſcit? Deus. A quo? A creatura. Dominus à Moyſe, Creator à creatura. Quia *Moyſes* orans, Moyſes preces effundens, quaſi alter Deus apparebat. Et ſic Deus ab ipſo licentiam poſtulat puniendi. Quo expectabat Chryſologus, ſerm. 45 orationis decantans efficaciam. *Per hanc* (ait) *Moyſes fit Deus, & ad triumphos ſuos militare ſibi omnia mandat elementa, &c.* Si enim Deus omnium creaturarum Dominus eſt, cui cœli, mare, & terra incunctanter obediunt. Non aliter Moyſes per orationem quaſi Deus effectus, ipſi verus Deus quodammodo ſuplex ſubditur.

D Bern.

Chryſolog.

Digitized by Google

tur. Cui accinit D. Chryſoſtomus ſerm. 2. de Elia diſſerens. *Clauis cœli fit ſermo Eliæ ſantiſsimi, iubet enim, & clauditur cœlum, orat poſtmodum, & aperitur, vt ſanctorum meritum monſtretur, non ſolum in terris poſſe, quod voluit; ſed etiam in cœleſtibus poſſe impetrare, quodcumque voluerit.* *Chryſ.*

Verè in hoc ſenſu exponi valent ea, quæ Pſalmo 114 proferuntur. *Dilexi, &c. Quoniam inclinauit Dominus aurem ſuam mihi, &c.* Ac ſi diceret: quod amorem ſtimulat meum, quod meũ cõmouet cor, vt in eius rapiar amorem, eſt, *quia inclinauit aurem ſuam mihi*, quia potentiam ſuam veluti ſuplicem precibus creaturarum agnoſco, hoc meæ dilectionis motiuum, hic meorum affectuũ ſcopus. Vnde D. Ambroſius oratione de obitu Theodoſij, dixit. *Inclinat ſe nobis Dominus, vt noſtra ad Deum aſcendat oratio: vel quia ad Deum aſcendit oratio, Deum nobis inclinat, vt poſtulata cõcedat, & pro votis exaudiat: omnia igitur videmus ſubiecta orationi: cum ſe illi ipſemet Deus veluti ſubijciat, omnia in oratione poſuit, quia omnia conceſſurum ſe expoſuit, &c.* Omnia orationi ſubiecta ſunt, cum ipſe omnipotens ſe illi ſubdat, ſubijcitur vtique orãti Deus, eiuſque precibus ſupplex obtemperat, ita vt potius Deus ſubditus, quam ſuperior, potius ſeruus quam Dominus, potius audiens, quam imperans appareat. Oranti enim ſe ſubijcit, qui illius ſupremus extat conditor, ac verè abſolutiſsimus dominator. *Pſalm.* *Ambr.*

Iacobus in Canoni. cap. 5. ſic ait. *Infirmatur quis ex vobis? inducat Presbyteros, & orent ſuper eum, &c.* Quæ verba variè à Doctoribus extricantur: ſed mihi videtur, in illis magna hominum incrementa ex oratione deducta, dilucidè adnotari. *Infirmatur* (ait) *quis ex vobis? oret*, ideſt ſi ex infirmitate, virium ad veluti omnipotentiam deuenire deſideras, orationem amplectere, hæc à te infirmitatem auferet, debilitatem fugabit, robuſtiſsimamque fortitudinem impendet. Audito Auctorem ſermonum ad fratres in eremo ſerm. 22. *Orans* (ait) *Ieremias confortabatur in carcere; Daniel inter leones exultat; tres pueri in fornace tripudiant; Iob in ſterquilinio triumphat; Suſana à ſenibus defenditur; Stephanus de torrente in cœlum ſuſcipitur: non eſt igitur locus vbi orare non debeamus: orate igitur ſemper, & in omni loco, & pro inuicem, vt ſaluemini. Oratio ſancta eſt columna virtutum, Deitatis ſcala, viduarum maritus, Angelorum cognata, fundamentum fidei, monachorum corona, coniugatorum leuamen.* Hæc ille. *Preme illa; Diuinitatis ſcala.* *Iacobus.* *Auctor ſermonum ad fratres.*

Punge *ea, fundamentũ fidei.* Pulchrè oratio *fidei vaſis, ac fundamen-*

damentum appellatur: Quaſi in ipſa tota fides ſedeat, & per eam illius veritates illuſtrentur, cultuique hominum pateſiant.

Hinc duduco, & mihi perſuadeo, quare Angelici *D.*D. Thomæ doctrina inter cęteras Theologorum ſecurior, firmior, excelſsior, mirabilior effulſſerit, nempè, quia de eo ſcriptum relinquitur. *Numquam ſe lectioni, aut ſcriptioni dedit niſi poſt orationẽ.* Et iterum: *In difficultatibus locorum ſacræ Scripturæ ad orationem ieiunium adhibebat.* Quid mirum, vt totidem miracula patrauerit, quot articulos ſcripſerit, & quòd eius doctrina, excepta canonica, propietatem verborum, modum dicendorum, veritatem ſententiarum præclarius obtineat?

Clemens VIII. Pôtifex Maximus eũ, diuinæ volũtatis interpretem, palam acclamat; ipſe enim Doctrinæ ſuæ radijs ſplendidiſsimis quid Deus, & Eccleſia velint, vt credamus, quid fugiamus innuit, oſtendit; & ex ipſius doctrina ad inſtar fulgentiſsimo lumine apparet nobis, quid ſecurè tenendum, quid firmiter amplexamdum, quaque via tutè ſcopus veritatis cõprehẽdẽdus ſit.

Mirum valde, ſtupendum, & omni admiratione dignum in honorem ſcholæ D. Thomæ, quod non nullos Pontifices patraſſe, validiſsimis didici, ac probavi teſtimonijs, & competenti authoritate fulcitum reperi. Cum enim vellent quaſdam propoſitiones diffinire, fidelibuſque credendas, ſectandas proponere; in Sacrificio Euchariſtiæ incruento, quod ad huiuſmodi actionem adhibetur, loco Aræ in altari ſubpoſuere partem Angelici Doctoris, in qua, materia diffinienda tractabatur; ſicque (Aræ vice ſubſtituẽte D. Thomæ parte) ſacrum confeciſſe, ſpirituſque diuini auram implorando, illico ad veritates diffiniendas proceſsiſſe; quaſi expectantes à doctrina D. Thomæ, Ara à Chriſto crucifixo benedicta, per ea; *Bene ſcripſiſti de me Thoma, &c.* Diuinam voluntatem ſtatim interpretandam, & quòd, medio illo fideliſsimo veritatis inſtrumento, certitudinem de re ſequenda fideles habituros. Quid amplius? mirare huius doctrinæ diuinam magnitudinem, Pontificum erga Authorem pium, ac fidelem cultum, denique orationis vim, & firmiſsimam efficaciam è cuius radice tam pretioſiſsimi fructus ſunt decerpti.

ARO-

AROMA XI.

Mariam poteſtatem in filium Deum obtinuiſſe, eamque Regiam appellare, fas eſt. Vbi de fœlicitate famulorum Mariæ.

PArentum in filios dominium, ac poteſtatem ingenuè comprobat Ariſtoteles lib. 8. ethic. cap. 11. Vide illum. Cum autem Maria ſtrictiſsime fuerit vera, & realis mater Dei, quomodo non aliquale in natum habebit dominium? Hoc enim inſeparabiliter maternitatis iura concomitatur, ac indiuidualiter ſequitur.

Lucæ 2. Mariæ & Ioſeph Chriſtum inquirentibus, ſic ipſe effatur. *Quid eſt quod me quærebatis? neſciebatis, quod in his quæ patris mei ſunt oportet me eſſe? & deſcendit cum eis, & erat ſubditus illis*; id eſt, Chriſtus Dominus omnium patrator omnipotens illis, id eſt, *Mariæ* & Ioſeph humile impendebat obſequium. D. Bernardus ſupermiſſus eſt, &c. diſuſſe, ac deuotè hæc verba exponit: *Et erat ſubditus illis, &c. Quis? quibus? Deus hominibus, Deus, inquam, cui Angeli ſubditi ſunt, cui Principatus, & poteſtates obediunt, ſubditus erat Mariæ, ſed etiam Ioſeph propter Mariam. Mirare ergo vtrumlibet, & elige quid amplius mireris, ſiue filij benigniſsimam dignationem, ſiue matris excellentiſsimam dignitatem; vtrimque ſtupor, vtrimque miraculum, & quod Deus fœminæ obtemperet, humilitas abſque exemplo: & quod Deo fœmina principetur, ſublimitas ſine ſocio. In laudibus Virginum ſingulariter canitur, quod ſequuntur agnum quocumque ierit; quibus ergo laudibus iudicem dignam, quæ aliam præit?* Hæc Bernardus. Et quid plura? Quid elegantius? ferè eadem Sancta Brigitta lib. 6. Reuelation. cap. 58. cum Reuelationes ſibi diuinitus imbutas palam demonſtrat. *Chriſtum nempe puerum, & adoleſcentem, atque ad grandiorem ætatem progredientem ſacris precationibus, diuinoque cultui valde quidem deditum, & intentum, nec minus ſuis parentibus ſubditum, ac obedientem, tamen nec à labore manuum abſtinuiſſe, & vtriuſque Parentis dicto, & veſtigio ſemper paruiſſe.* Hæc S. Brigittæ dicta.

D. Bern.

S. Brigitta

Quis diuinæ prouidentiæ arcana non admirabitur, ſi attendat, in orbis ſalute, quam duodecim annorum Chriſtus inchoa-

Digitized by Google

uit, ſuperſediſſe ad trigeſsimum. Quid quæſo cauſæ fuit, mi Domine, vt ceptum iam opus tot annis prolongaueris? Quis diuinam charitatem tuam tanto fuit interuallo remoratus? Sanè per tantum tempus opus redemptionis retardauit, ne Reginæ matri ſuæ Mariæ ſubiectionem relinqueret, atque ex eius emanciparetur dominio. Eleganter meditatus eſt rem Richardus à S. Laurentio, lib. 1. de laud. Virg. cap. 5. *Deus hominibus*, ait, *Deus inquam, cui Angeli ſubditi ſunt, cui principatus, & poteſtates obediunt, ſubditus erat Mariæ, nec ſolum Mariæ, ſed etiam Ioſeph propter Mariam, & ideò ad interpellationẽ matris diſtulit, vſque ad trigeſsimum annum negotium, quod iam inceperat duodenis.* Hæc Richard.

Ricardus. à S. Lau.

Vbi verbum, *interpellare*, idem ſonat, *quod aliquem vocare vt iudicem, vt dominatorem, vt ſuperiorem*, iuxta illud Deut. 25. *Sin autem noluerit accipere vxorem fratris ſui, quæ ei lege debetur, perget mulier ad portam ciuitatis, & interpellabit maiores natu*, hoc eſt, Dominos, iudices, gubernatores, Antiſtites, &c. En quomodo Dominus ſubijcitur Mariano dominio, ac eius ſubditur principatui: Hinc D. Bernardinus Senenſis, ſerm. 3. de nomine Mariæ, hanc eſſe veram, ac propriam loqutionem aſſerit. *Beatæ Virgini ſubdita eſt omnis creatura, & Deus, &c.* Quid pulchrius?

Deuter.

D. Bern. Senenſ.

Huc vocare lubet ea, quæ cœleſtis ſponſus cap. 7 Sapientiæ de B. Virgine myſtico ſenſu eloquitur. *Et præpoſui illam regnis, & ſedibus. Regnis* (inquam) *terreno, & cœleſti.* Vtriſque præſidet Maria, & licet in diuino illo, ac ſuperno cœlorum tribunali Chriſtus Dominus iudex à Patre conſtitutus ſit, cum illi iudiciaria ſit poteſtas condonata, adhuc illis præſidet Deipara, quã Deus omnibus regnis, ac ſedibus præfecit. Sic extricat locum Abbas Cluniacẽſis, ſerm. 5. Aſſumpt. *Tertia*, ait, *prærogatiua Mariæ, eſt omnium regnorum, ac imperiorum dominatio. Hoc patet Sapientiæ 7 quod de* Maria *intelligitur: Et præpoſui illam regnis, & ſedibus: Regnis vt coram ea flectatur omne genu cæleſtium, terreſtrium & infernorum; & ſedibus iudicum cœli, qui ſedebunt ſuper ſedes duodecim, &c.* Apoſtoli *Domini* ſedebunt ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. At Maria regnis, & ſedibus iſtis, etiam illi ſuperno cœlorum Tribunali præfecta eſt, & vt imperatrix aſsidet. Ad quod diuinum Tribunal accedit non ancilla, ſed *Domina*; non obtemperans, ſed præcipiens; non ſubiecta, ſed iubens: non ſupplicans, ſed rogata; non vt reus, ſed vt ſupremus iudex. Sic ad Virginem effabatur *S. Petrus*

Sapient.

Cluniac.

Digitized by Google

trus Damianus, ſerm 2. de Natiuit. Mariæ. *Accedis ad aureum illud diuinum ſeueritatis Tribunal, non rogans ſed imperans, Domina non ancilla; quomodo enim poteſtati tuæ obuiare poterit poteſtas illa, quæ de tuis viſceribus traxit originem, &c.* Hæc Sanctus Petrus Damianus. Alij ſancti Dei, etiam in ſupernorum cuneo ciuium aſsiſtentes, ad Dei Tribunal ſupplices accedunt, proni interpellant, humiles obſequuntur. Sed & tu, ó Maria, ad diuinum illud tribunal omnipotentis accedis, non ſubiecta, non ancilla ſed Domina, & imperans. Vnde non miror; quod D. Bernardus auſus ſit pie dicere, ſerm. 1. ſuper Salue Regina. *Data eſt ei poteſtas in cælo, & in terra, quæ poteſtas eſt, vt in manibus eius vita & ſpiritus noſtri ſint, &c.* S. Petrus. Damian. D. Bern.

Adeſt Chriſtus Dominus nuptiali conuiuio Galileæ, ad quod & pijſsima Maria mater inuitatur, quæ inter recumbentes prudentiſsima vini defectum præuidens, ad filium ſic ſupplicans effatur, Ioannis 2. verſ. 3 *vinum non habent.* Cui ſic Chriſtus verbis quaſi aſperitatis occurrit. *Quid mihi & tibi mulier? nondum venit hora mea, &c.* Tunc autem Maria ad conuiuij miniſtros properat, & vt dictis filij ſui audiant, ita præcipit, *Quodcumque dixerit vobis, facite, &c.* Quid hoc? quomodo quod refutatum, & reiectum vidimus, nunc iam patrari properat Maria? Cuius confidentia? Quo dominio? Qua poteſtate? Sciebat vtique Maria potentiam ſibi à Deo præſtitam, & quaſi imperiale in filium dominium, & ſic vt Domina, vt imperatrix viam miniſtrantium ſeruitio ſternit, ac ſi nihil Mariæ propter eius dominium denegari poſſet. Ioan.

Hoc pulchrè excogitauit Ioannes Rusbrochius, lib 7. de amoris gradibus. *Maria omnis gratiæ, & pietatis, & miſericordiæ mater eſt, & aduocata, & mediatrix noſtra, media intercedẽs inter nos, & filium ſuum, qui nihil petenti negare poteſt, cum ſit illius mater.* Innuat miraculi negationem Chriſtus, audiantur verba, quaſi renuentis patrare miraculum, nihilominus Maria ſtat impetrationis ſecura, quia ad Dei præſentiam vt Domina accedit, imperando orat, & orando imperat; cuius vox ſpeciem habens ſupplicationis omnipotentiam, ac imperium redolet. Quod obumbratum video in illo Salomonis obſequio parenti Berſabe exhibito, 3. Reg. 2. verſ. 20. talia effantis. *Ecce mater mea, neque enim fas eſt, vt auertam faciem tuam, &c.* Quaſi nefas, filium Berſabe matris pijs dictis non eſse audientem, ac eius obſequi voci. Non aliter Deus Virginis filius ita ſupplicanti Rusbroc. 3. Reg.

ti Mariæ ſupplex apparet, vt etſi habeat rogantis humilitatem; proculdubio imperantis ſecuritatem obtinet.

D. Anton. Hinc ſanctus Antoninus ſubtiliter diſcutit 4.part.tit.15.capit.26 *Quid eſt, quod Maria Deiparens non more ſolito Sanctorum filium interpellabat, vt ex ſacris conſtat litteris, ſed tantummodo voluntatem indicans?* Reuera cogitatu dignum, quod Deipara non ita ſupplex, ſicut alij Sancti, ſed quaſi volũtatẽ manifeſtans orationes fundat apud Deum, vt ex nuptijs Galileæ euidenter patet, vbi tantummodo Mariam dixiſſe fertur: *Vinum non habent*, Non quidem ait *obſecratione, ſed inſinuatione*. Quæſitum dirimit eleganter Doctor, dicens: *Oratio quidem Sanctorũ non innititur alicui iuri ex parte ſui, ſed tantum miſericordia Dei. Oratio autem Virginis innititur gratia Dei, iuri naturali, & iuſtitia Euangelij &c.*

Ex quo deducitur, quòd alij ſancti ſupplices perorabant, & eorum orationes ſolum in miſericordia Dei innitebãtur: oratio autẽ Mariæ, & iuri naturali, & iuſtitiæ Euãgelij innitebatur; iuri naturali, quia filij Parentibus ex lege naturæ ſubiecti ſunt; iuri Euangelij, quia præceptum illius eſt parentibus obtemperare; quibus fundamẽtis oratio Mariæ innitebatur, & roborabatur. Et ſic finit S. Antoninus. *Oratio eius erat nobiliſſimus modus orandi, tunc quia habebat rationem iuſſionis & imperij, tunc quia impoſſibile erat eam non exaudiri, 3. Reg. cap. 2. Ecce mater mea, neque enim fas eſt, vt auertam faciem tuam, &c.* Hæc S. Antoninus. Ex quo Marianum imperium illuſtratur.

Richardus à S. Laur. Quæ omnia eleganti penicillo cõcluſit Richardus à S. Laurentio lib.4. de laud. Deiparæ, dicens: *Multoties, vt creditur, genuflexit filius coram matre, &c.* Hæc Richardus Quid mirabilius? Hinc enim perpẽdamus, hinc profunde excogitemus, quid agere ſeruulus debeat erga Mariam, cùm Chriſtus tãta reuerentia eam coluerit, vt corã ea genuflexerit. Age, age ergo ô Chriſtiane, tumorem depone, humilem te ante Virginem, humilitatis exemplar, ſiſte. Mariam venerare, neque vllum obſequium omittas, vt eius gratiam ineas.

O quam fœlices, qui tali ſubduntur imperio! O quam præclari famuli tali obſequentes poteſtati! O famulatus cunctis mũdi regnis, ac principibus præclarior! Seruire Deo regnare eſt, ſolet dici. Sed eadem eructauit Anſelmus lib. de excellent. Virginis cap.9. *Seruire*, ait, *huic Reginæ regnare eſt, & inter illius mancipia numerari, pluſquã Regium.* Sanè ſine Mariæ obſequio,

Anſelmus.

Rex

Reges, ac ſeculi Principes mancipia ſunt; quotquot illi ſeruiũt, fœliciores, quàm qui diademata regni geſtant. Dormienti Iacob ſcala illa myſterijs fœcundata obijcitur, arces cœleſtiũ regionum reſerantur, in habitantis Dei abſtruſa panduntur triclinia, per quã Angeli aſcendẽtes, & deſcẽdẽtes videntur. Hæc ſcala Mariam figurat, aſcendentes per eam fœlicitatẽ conſequentur cælorum; deſcendentes præcipitium abibunt, hoc eſt, qui illi in ſeruierint ſub dominio eius, inixi ſcalæ dominationis Marianæ, aſcenſionem merentur, conſequntur gloriam. Atqui per eam deſcendunt, eius fugientes principatum, à ſecura via, & recto tramite aberrantes, hi ſibi tartareum acquirunt præcipitium Pulchrè Richardus à S Laurentio, lib. 10. de laud. Virg. fol. 638. *Dominus innititur huic ſcalæ (vt B. Hieron. ait, in vita Paulæ) aſcendentibus porrigens manum negligentes de ſublimi præcipitans. Iuuat enim ſeruientes Matri ſuæ & ipſius amatores filius Dei, contemptores verò eius, & paruipendentes ſeruitium eius, permittit prius cadere in peccatum, deinde in infernum.* Hæc Richard. Quæ omnia breui abſoluit compendio D. Bonau. in Spec. rem ſic finiens. *Qui acquirit gratiam Mariæ, agnoſcetur à ciuibus Paradyſi & qui habuerit charactẽ eius, annotabitur in libro vitæ.* Hæc Seraphicus Doctor.

Richard. à S. Laur.

D. *Bonau.*

AROMA XII. PRO VIRTVTIBVS AMPLECTENDIS.

Quid ſeruis Dei famulatum, & obedientiam non impendet?

Daniel. 3. iuſſu nefarij Regis idolatri pueri Hebræi in fornacem ardentem immittuntur; at flamma gigans non comburit eos, immo humile, ac ſeruile obſequium præſtat. Tunc Bibilonicus perterrefactus Rex, ſic ad eos exclamat. *Sidrach, Miſſach, & Abdenago ſerui Dei excelſi egredimini, & venite.* Vnde Rex ille obcæcatus pueros iſtos Dei ſeruos eſſe agnoſcit? Quo pacto ſciuit Dei familiæ aſtrictos eſſe famulos? quare eos ſeruos Dei appellat? Vtique ex eo quod illis elementa parent, atque ante ipſorum conſpectum ſeruilem, & humilem præſtant obedientiam: ideô eos ſeruos Dei euidẽter agnouit. Sic Chryſoſt. hom. 6. ad popul. *Quid actum eſt, quod ipſos Dei altiſſimi ſeruos vocat, nonnè tui erant ſerui? Verum per opera ſuum demonſtrauere Dominum. Si hominum fuiſſent ſerui, non ipſos ignis expauiſſet, & flamma: hominum enim ſeruos creatura reuereri, & honorare*

Daniel. 3.

Chryſoſt.

non nouit. Hæc Chryſoſt. Etenim vbi gratia Dei adeſt, ibi Deo ſeruitus exhibetur, non poſſunt non eſſe creaturarum obſequia, non poſſunt non adſtare cunctorum famulatus: quomodo enim ſeruienti Deo omnia non ſeruient, & ipſi obſequenti omnia non reddent obſequium?

3. Reg. 13. Abeuntem illum Prophetam, qui Roboam ſacrilegum improperauit, ac acriter iuſſu Dei momordit: *Leo in via inuenit, & occidit, & erat cadauer eius proiectum in itinere*. At Daniel. 14. ipſum in lacu leonum illeſum ſex diebus ſacer commẽdat textus. Mirum valdè, quod vnus dumtaxat leo Prophetam in via repertum interficiat; & ſeptem famelici Danieli in lacu leonum obſequantur; quæ autem huius euentus cauſa? Audi Chryſoſtomum in Pſalm. 3. *Domine quid multiplicati ſunt, &c. Iuſtus quidem Daniel, & leones agnouerunt dominium, viderunt eum non guſtaſſe peccatum, & eum ſupplicij expertem reliquerunt. Peccauit Propheta mentitus: & leo eum in via inuentum morte affecit, erat mendacij fuligine attractus, & leo eum non cognouit. Si Prophetam vidiſſet, vt Danielem eum honoraſſet, inuenit Pſeudo Prophetam, & tamquam alienum inuaſit, Dominum mentitus eſt, & ſeruus negauit dominium*. Hæc Chryſoſt. Danieli ſeruo Dei obtemperant animalia, etiam per ſex dies ex conſilio famelici; alterũ verò Pſeudo Prophetã, quia iam per peccatũ à ſe Dei abdicauerat famulatum, & peccati ſordibus erat infectus, leo non reueretur, ipſum inhumaniter, ac crudeliter occidit.

3. Reg.

Chryſ.

Quod itidem in protoparente Adamo fatetur idem Doctor loco citato, dum ait: *Adam quamdiu purum ſeruauit vultum, factum ad imaginem Dei, beſtiæ ei tamquam ſerua parebant: quando autem vultum fœdauit inobedientia, non agnoſcentes Dominũ, tamquam alienum odio habebant* Talia Doctor. O miſera peccatorum ſeruitus! O ingens iuſtorum dominatio! O fœlix ſeruorũ Dei poteſtas! Quibus certè cuncta obtemperant, ac gratanter bruta animalia humile præſtant obſequium.

Idem.

De illo Theologorum Principe, ſcholaſticorũ Athlante, Magiſtrorum Doctore, Doctorum lampade, Theologiæ vigilantiſſimo Colono D. Th. Angelico Doctore, ſcriptũ eſt. Quod cũ exanime corpus humeris à fratribus humãdũ per clauſtra aſportaretur, in gẽti populi cõcurſu, equitibus, totaque nobilitate, ac ciuibus adſtãtibus, dũ feretrũ ad oſtiũ, quod ad ſtabulũ ducebat animali, appropinquaret: animal, quo propter pedũ infirmitatem equitabat, ruptis funibus, fractiſque ligneis oſtijs, intrepide eſt egreſſum, ante virginei corporis feretrum repentè occubuit; ac

Digitized by Google

in terra mortuum iacuit, quaſi verecundatum viuere, mortuo Domino, & quod illud ſuperſtes eſſet, quando ſeruus Dei è vita migrauerat. Quid mirabilius? Sed quid ſeruis Dei, non ſubiacebit? Quis enim eorum imperijs reſiſtet?

Gen. 8. aquarũ deuictricũ ceſſante iã diluuio, ait facer textus, *& clauſi ſunt fontes Abyſſi*, ideſt, aquæ, quæ faciem terræ inundabant, coactæ ſunt ad Abyſſum, & ad alueum vnde eruperant redire. Nonnè iſti fontes paulo ante aperti ſunt, vt totus mergeretur orbis? Quomodo iam occluduntur? Sanè, quia ſicut contra improbos creaturæ pro Deo dimicant, ac illis aduerſantur, ſic eædem iuſtis, ac Dei amicis famulatum impendunt, gratanter obtemperant. Ita Ferus. *Sicut Deo vindicante, & iraſcente, omnes creaturæ in interitum hominum conſpirarunt: nam rumpebantur fontes, inualeſcebat aqua, obruebat impios; ſic Deo iudicãte, omnia contrario modo ſe habent, immò ijs ſeruiunt, nam claudũtur fontes Abyſſi, &c.* Geneſ. Ferus.

Centurionem illum apud Matth. 8 non omittam, qui cum cohortis Romanæ eſſet centurio, militiæ Chriſtianæ conſtitutus eſt Dux; & meritò, quia ante cepit docere, quam credere. Is ad Ieſum Capharnaum venientem acceſsit, ſic alloqutus. *Domine puer meus iacet in domo Paraliticus, & malè torquetur, &c.* Quare iſte coram Chriſto dominantium ſupremo Domino pueros, ac ſeruos poſsidere euulgat, dicens, puer meus? Quid eſt quod in conſpectu Domini famulatum tuum pandas? dominium euulges? Præclarè ſatisfacit Chryſologus, ſerm. 15. vt oſtenderet inter ſeruos Dei, & mundi diſcrimina; illis vt ſtantibus cuncta ſubduntur, de iſtis autem vt iacentibus omnia triumphant. Tene eius acumen. *Puer meus, meum dico, quia iacet; ſi tuus eſſet*, Domine, *non iaceret. Probat hoc Propheta cum dicit: Eccè nunc benedicite Dominum omnes ſerui Domini, qui ſtatis in domo Domini; qui ſtatis non iacetis, ait, ſtant ſerui tui, hominum ſerui iacent. Puer meus, qui iacet, vt tuus ſit ſurgat; meus, quia Paraliticus; vt tuus ſit, iam nõ ſit pœna.* Et poſt aliqua annectit. *Serui hominum ſunt, qui malo patiuntur inuiti, quia illis in deſperatione ſui Domini, nequeunt ſubuenire. Tu autem Domine, cui virtutes ſeruiunt, curationes patent, obtemperant ſanitates, quomodo computabis ſeruum tuum, quem ſeruum tantorum conſpicis eſſe morborum? &c.* Hæc D. Chryſoſtomus. Matth. Chryſ.

Sanctiſsimus Pater meus Dominicus, Guzmanorum decus, Regum Catholicorum progenies nobiliſsima, fidei columẽ, Euãgelij tuba, orbis oculus, Chriſti lucerna, Italiæ partes, adinſtar ful-

fulgentiſsimi Solis, doctrinæ ſuæ ſplendidiſsimis radijs perluſtrans, Hæreticos inſectans, cuncta peccatorum nubila feruentis animi zelo diſsipans: cum, prædicandi Euangelij cauſa, paſsim ad varia loca ſe conferret, aliquando ad quoddam flumen redūdantibus aquis ingenti vndarum alluuione peruenit; ad cuius ripam quadraginta homines emortui, iam ferè fœtidi (magno circumſtantium luctu) iacebant, qui amnem rapidiſsimum paruulo, & fragili nauigio traijcientes, aquarum impetu vndis obvoluti, ſubmerſi perierant. Pietate commotus Dominicus, ſigno Crucis munitus, breui oratione peracta, cunctos quadraginta hōmines, mira res, ad vitam ſimul reuocat, in lucem mittit.

Suſcitaturus Lazarum Chriſtus Dominus, Ioannis 11. lachrymatus eſt, infremuit ſpiritu, turbauit ſe, voceque magna, ac per ingenti exclamauit: *Lazare veni foras.* Vt quid hæc in Chriſto, cuius poteſtati elementa parent, cunctuſque creaturarum cœtus ſubijcitur, obtemperant vitæ? Sanè, clamat *voce magna*, ait gloſſa, & D. Thom. in Catena, vt ex quantitate vocis quantitas potentiæ Lazarum iam fœtidum ſuſcitantis panderetur. Quid autem de Dominico, eiuſque miraculorum vi, ob cuius ſanctitatē non vnum fœtidum cadauer, ſed quadraginta ſimul ad vitam reuocantur? Sed quid ſeruis Dei famulatum, & obedientiam non impendet?

(† † †)

AREO-

AREOLA OCTAVA.

NOMEN MARIA, *MARE*, VEL, *AMARVM MARE*, VALET INTERPRETARI.

AROMA I.

EXPENDITVR NOMEN Maria, *ex deriuatione à* Mari; *atquè Doctorum referatur intellectu.*

IN primis enumerandus eſt Hieronymus omniũ litterarum peritiſsimus: qui libro de nominibus Hebraicis poſt plurimas huius vocabuli reſenci tas interpretationes, annectit. *Melius eſt autem, vt dicamus ſonare eam, ſtellam maris, ſiue amarum mare. Sciendum quoque, quòd Maria ſermone Syro Domina nuncupatur, &c.* Vbi Hieronymus magiſtrorum Architraſticon, ac doctorum excellentiſsimum lumen, non ſolum præfatam interpretationem, aut deriuationem illuſtrat, verum *D. Hieron.*

eam

eam nobiliorem comprobat, firmiorem autumat. Quinimò, vt
Chryſ. Chryſologo placet, tanta inter Marianum nomen, & mare intereſt ſimilitudo, & conformitas intercedit, vt idem prorſus vocabulum ſit, quo Deiparam nominamus, & aquarum congregationes exprimimus. Sic ſerm 146. *Et quando, ait, non Maria mater? congregationes aquarum appellauit mare.* Et immediatè vndarū proprietates Virgini adaptat. *Nonnè hæc exeuntem populum de Egypto concepit in vtero, vt emergeret cœleſtis in nouum creaturam renata progenies? iuxta illud Apoſtoli: patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes mare tranſierunt, & omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube, & in mari. Et vt ſemper Maria humanæ prœuia ſalutis, populum, quem vnda generatrix emiſit in lucem, ipſa iure præceſsit in cantico. Maria, inquit, ſoror Aaron ſumens tympanum in manu ſua, dixit: Cantemus Domino, glorioſè enim magnificatus eſt, &c.* Quemadmodum tranſeuntes Hebræi in illo mari rubro, veluti renati ſunt, ſic in Maria omnis creatura vitam eſt conſequta: & ſicut maria populum illum fugientem materno receperunt amplexu, & à crudeli Pharaonis tyrannide emācipārunt, ſic noſtra Deipara Maria humanæ libertatis prœuia, nouæ vitæ generatrix cunctum hominum genus emiſsit in lucē, ac ipſos, dæmonū clade miſerabili patrata, triſiphātos cōſtituit.

B. Albert. *Magn.* monet, Mariam, perinde ſonare, ac ſi, mare, aut congregationes vndarum inuocemus. *Congregationes aquarum appellauit maria, locus autem omnium gratiarum vocatur Maria Origo fontium, & fluminum mare, virtutum nutrix, & ſcientiarum ſcientia cunctarum Maria, &c.* Sanè, ſicut omnia vndarum genera, ingenteſque aquæ alluuiones ingraueſcentes tādem in mari retinentur, ſic omnium virtutum, ac gratiarum imbres in Virginem intrare, ſtagnari, compertum eſt. *Omnia ergo flumina* (meditabatur Seraphicus Magiſter in ſpeculo, loco citato) *intrant in mare, dum omnia chariſmata Sanctorum intrāt in Mariam. Flumen enim gratiæ Apoſtolorum intrat in Mariam, flumen gratiæ Patriarcharum, & Prophetarum intrat in Mariā, & flumen gratiæ Apoſtolorum intrat in Mariam, & flumen gratiæ Martyrum intrat in Mariam, & flumen gratiæ Virginum intrat in Mariam. Omnia flumina intrant in mare, id eſt, omnes gratiæ intrant in Mariam, &c.* Ex qua elucidatione, omnes rerum conditarum perfectiones in Deipara congeſtas fuiſſe, abſque dubio patefit. Congruum enim erat, vt mare iſtud diuini numinis largitate vniuerſas, quæ puræ creaturæ congruunt, complecteretur perfectiones. Si enim alicuius aquæ perfectio, quæ ali

Albertus. Magnus.

Bonau.

cui

cui Sanctorum flominum donata fuit, illi defuiſſet; quemodo, Maria, exactè appellaretur, quæ propter congregationes aquarum huiuſcemodi nomen præclarè eſt conſequta?

Sanè ipſa præſtantiſſimo modo creaturarum ſupergreſſa eſt vniuerſas perfectiones, ita vt nihil in toto mundo, in veteri, & nouo Teſtamento, aut in cœlo diſtributum reperiri queat, quod in Deipara affluenter agregatum non appareat. Sacram recole paginam, & vide Abel deuotionem, Enoc contemplationem, credulitatem Noe, Abrahæ fidelitatem, Iſaac patiẽtiam, Iacob prudentiam, Ioſeph caſtitatem, Moyſi charitatem, Phinees ſanctam æmulationem, Aaron deuotam oblationem, Iudæ audaciam, Ioſue confidentiam, Othonielis rectitudinem, Sãſonis robur, Booz æquanimitatem, Samuelis integritatem, Iob redargutiones, Tobiæ correctiones, & monitiones, Dauid miſericordiam, Salomonis ſapientiam, Eliæ zelum, Iſaiæ ſtabilitatem, Ieremiæ magnanimitatem, Ezechielis rigorem, Danielis feruorem, Iudæ Machabæi cultum, Eleazari amorem patriæ, Raziæ vigorem.

In nouo Teſtamento recogita Chriſti D. obedientiam, Angelorũ exultationẽ, confeſſionẽ Baptiſtæ, Petri longanimitatem, Pauli ſublimitatem, Andreæ magiſteriũ in Cruce, Iacobi deſiderium, Sapientiam Thomæ, ſcientiam Alphei, Iuſtitiã Philippi, refulgentiã Bartholomæi, nobilitatẽ Matthæi, ſanctitatẽ Simonis, conſtantiã Thadæi, reuerentiã Matthiæ, humilitatem Marci, ſinceritatẽ Lucæ, vigilantiã Barnabæ, cum innumeris aliorũ Sanctorũ virtutibus; quæ omnia ſanctitatis flumina ſparſim in cœlo diſtributa, præpotentis Dei iuſſu, & voluntate in hoc ſpatioſũ mare intrauere; ita vt ſicut mare omniũ fluminum aquas cœiuit, ſic Maria Deipara omnium gratiarum, ac chariſmatum cumulo ornata conſtitueretur.

Nec diſſentit S. Antonin. loco relato §. 2. ſic afferens: *Deribatur hoc nomen à mari; & hoc aptiſſimè nam ſicut omnia flumina in mare intrant, & mare non redundat Eccleſiaſt. 1. ita in Maria; omnes aquæ gratiarum, quæ fuerunt in alijs Sanctis, & fluuijs, intrauerunt in Maria Virgine, & tamen iſtud mare plenum gratia non redundabit, excedens terminos ſuos in aliquam elationem.* S. Anton. Vtique quemadmodum à mundi primordijs omnipotens Deus vniuerſam aquarum copiam in vnum locum cogi iuſsit, eamque aquarum congeriem, ac congregationem appellauit, Maria: *Congregationes aquarum appellauit maria, &c.* Ita cum Virginem matrem condidit, omnes in eam gratias, ac perfectiones contulit. Et quemadmodum omnia flumina in ma-

Digitized by Google

mare confluunt, ita omnes creaturarum perfectiones in ipſam conueniunt, vt mira concinitate Virgo Deiparens, *Maria*, appelletur; quod vocabulum à mari deductum fuiſſe, omnes profitentur.

D. Ant. Qua propter D. Antoninus 4 p. tit 15. cap 4. § 2. *Congregatis* (ait) *omnibus gratijs Sanctorum in vnum locum, ſcilicet, in animam Virginis; appellauit eã Mariam, quaſi mare gratiarum. Omnia enim flumina intrant in mare, ideſt, omnes gratiæ in Mariam, &c.* Profecto, cum vetus illud tabernaculum conſtruendum foret, vniuerſus populus admonitus voce, pretioſiſsima quæque vltro obtulit, quæ illius ſtructuræ neceſſario cenſerentur. *Egreſſaque omnis multitudo* (ait ſacra Pagina Exodi 35 v. 20.) *filiorum Iſrael de conſpectu Moyſi, obtulerunt mente promptiſsima, atque deuota primitias Domino, quidquid ad cultum, & veſtes ſanctas neceſſarium erat, viriquæ cum mulieribus præbuerunt armillas, & inaures, anullos, & dextralia, omne vas aureũ. Et poſtea Salomon ingentes opes protulit. Dederunt inſuper in opera domus Dei, auri talẽta quinque milia, & æris talenta decem & octomilia, &c.* Quæ omnia in figura contingebant, quod in Maria Deus condidit. Sanè cum diuina ſapientia domum ſibi regalem conſtruere, atque erigere decerneret iuxta illud Prouerb. 9. *Sapientia ædifficauit ſibi domum*, in qua nouem menſium ſpatio vtique humana carne induta, habitauit. Hanc nonnè omnibus diuitijs ornatam, ac elegantiſsime diſpoſitam ſtatueret? Haud dubium. Omnes igitur viri, cum mulieribus mente prompta ad hoc opus tabernaculi teſtimonij contulerunt, hoc eſt, priuilegia, & munera gratiæ, dona, chariſmata, quæ in ſingulis Sanctorum reperta ſunt, in ornamentum Deiparæ omnia ſimul congeſta, & colata fuere, ita vt nullum flumen, nec fons, nec riuulus aquarum gratiæ reperiatur, quod in Mariæ mari ſpatioſiſsimo non compareat.

Exod.

Tandem Maria interpretatur mare amarum ob ſalſuginem, nam ſicut ſal ſitim excitat, & generat, ſic Mariæ nominis inuocatio fideles cunctos ſitientes diuinæ gratiæ conſtituit. Eccleſiaſtici 24. *Qui bibunt me* (clamat Maria) *adhuc ſitient.* Quare? Propter amaritudinem aquarum eius. Accinit egregie Ricardus à S. Laurentio lib. 1. de laud. Virg. cap. 3. *Mare eſt Mariæ, quia aquæ eius ſalſæ ſunt, & potatæ magis ſitim accendunt. Aquæ iſtæ gratiæ ſunt, quas diſtribuit Maria, quæ guſtatæ, magis accendunt deſiderium; vnde ipſa dicit Eccleſiaſ. 24. Qui bibunt me, adhuc ſitient.*

Eccleſ.

Richardus à S. Laur.

ARQ.

AROMA II. AD MORES.

Si mare huiuſmundi ſecurus nauigare deſideras; nauem propriæ miſeriæ aſcende.

HOc bonum,& maximum cuique conueniens, quod ob oculos ſuos habeat, cuius ſit natura propria infirmitatis; miſerias proprij eſſe naviget, ſi portum gloriæ appellere concupiſcit. Id enim eleganter Theologus Nazianzenus edocuit.

Nazianz.

Te noſcas, quæ tibi ſit cœleſtis origo,
Sic facilis venies ad decus archetypum.

Quod eius ſcholiaſtes S. Cyrus per pulchrè enodauit, aſſerens. *Noſcas, te mortalem eſſe: vt qui carne quidē è terra ſumptus ſis: ſpiritu autem diuinitus inſlatus.* Sanè propriæ miſeriæ recordatio in altiorem erigit gradum. *Primum ipſum fontem ſuum, de qua oritur* (verbis vtor ſancti Bern. ſerm. 39.) *purificat, deinde regit affectus, dirigit actus, corrigit exceſſus componit mores, vitam honeſtat, poſtremo diuinarum pariter, & humanarum rerum ſcientiam infert.* S. Cyrus.

4 Reg. 5 Naaman princeps militiæ regis Syriæ vir fortis, & diues, ſed leproſus, cùm a puella Hebræa captiua de miraculis Eliſei multa audiſſet, eius viſendi cauſa, Regis Syriæ epiſtolis cō mendatorijs acceptis, Iſraelem profectus eſt. Tandem ad Prophetam peruenit, qui ſic Naaman pro reſtituenda ſalute alloquitur. *Vade, & lauare ſepties in Iordane; & recipiet ſanitatem caro tua, &c.* Quare ad Iordanem flumen potius quam ad alia mittitur *Naaman* ? Quid eſt in Iordane ad ſalutem reparandam opportunum ? Abulenſis 4. Reg. q. 9. eleganter nodum dirimit. *Quòd miſſerit*, ait, *eum ad fluuium Iordanis potius, quàm ad aliam aquam, fecit hoc, eò quòd erat turbida, & lutulenta propter alluuiones, &c.* Preme ea vltima verba *eò quòd erat turbida, & lutulenta propter alluuiones, &c.* Cum enim propria luti, & cineris conſideratio mater ſit ſalutis, vitæ reſtitutio, vitiorum frenū, portuſque fœlicitatis: Naaman medendus, ad priſtinamque ſalutem reuocandus, ad puluerem mittitur, ad aquas lutulentas legatur, vbi ex luto ſalutem acquirat, infirmitatem deponat. 4 Reg. Abulenſ.

Ea eſt enim mortis memoria, ac propriæ fragilitatis recordatio,

tio, quæ vel dæmoniacum cor lenire valeat, ſpeciemque habere ſanctimoniæ, fructuſque apparentis humilitatis afferre. Marci 5. *Dæmoniacus quidam vidit Ieſum à longe, & cucurrit, & adorauit eum, &c.* Is idem dæmon in deſerto ita inſolens conſpicitur, vt ipſum omnipotentem tentare audeat, terque in ipſum irruere, non vereatur. Quis vnquam talia eſt expertus? Nonnè hic dæmon dominum Deum ſuũ prouocauat ad lapſum? Vnde tanta humilitas fauſtiſsimæ creaturæ? Chryſologus ſerm. 17 eandem apponit dubitationem. *Quid eſt diabole, qui in promiſsione regni, vt te adoraret, ſubdolus ambiebas, nunc tremens, prolaberis & adoras? Ecce qui honores omnes regni promittebat, & gloriæ; habitare fœtidis corruptione cadauerũ, reperitur in tumulis.* Hęc Chryſol. Ne mireris pronum diabolum adorare Dominum, qui iuxta cineres, & terram habitabat. Quia pulueris, & terræ meditatio pectora etſi diabolica cicurare valet, ſi ſanitas eſſet poſsibilis.

S. Marc.

Chryſol.

Matthæi 22. Vt intrarent ad paratam nuptiarum menſam, ſic Paterfamilias ſeruos plurimos prætereuntes inuitare præcipit. *Ite ergo ad exitus viarum, & quoſcumque inueneritis vocate ad nuptias, &c.* Quare dumtaxat ad exitus viarum exire ſuos Paterfamilias iubet? Quare non veniunt ad nuptias, qui in foro negotijs irretiti aſsiſtunt? Cur qui per vicos deambulant? Præclarè S. Albertus Magnus, ſerm. 74. *Illi*, ait, *qui ſunt in exitibus viarum, mortem ſuam iugiter proſpiciunt, & qui credunt quotidie morituros, & certe tales dignos ſeſe efficiunt, vt ad Chriſti nuptias introire mereantur. Quicumque enim mortis ſuæ efficaciter recordantur, ſtudent eſſe patientes, obedientes, & continentes.* Hæc Magnus Albertus. Exitus viarum, nonnè illud, de quo dictum eſt, Puluis es, & in puluerem reuerteris? Nonnè hominis nouiſsima? Haud dubium. Exi ergo, ô homo, ad viarum exitus, ſi ad menſam Dei in illo peremni conuiuio inuitari ſtudes. De iſtis ergo portis mortis, ad portum gloriæ transfretamur. Vt Regius ille accinebat Dauid. *Qui exaltas me de portis mortis; vt annuntiem omnes laudes tuas in portis filiæ Sion.* Alij transferũt. *Qui tranſire me facis ab atrijs mortis, ad atria filiæ Sion, &c.*

Matth.

S. Alber. Magn.

Dauid.

Hinc de Summo Sacerdote templum Dei intraturo dicitur Exod. 24. *Deorſum verò ad pedes eiuſdem tunicæ per circuitum quaſi mala punica facies ex hyacintho, & purpura, & cocco bis tincto, mixtis in medio tintinabulis. Et hoc vt audiatur ſonus, &c.* Vt quid tintinabula in extrema veſtis parte ponuntur? Origenes hom. 9. in Exod. ita declarat. *Hæc tintinabula in extremo veſti-*

Exod.

Origenes.

Digitized by Google

veſtimenti ſunt poſita, vt de extremis temporibus, & fine mundi numquam ſileas: ſed inde ſemper ſones. Sonet, vt Dei tabernaculum intrare poſsimus, extremorum audiatur ſonus, in terram reſolutio.

AROMA III.

Verba Eccleſiaſtici 24 Et in plenitudine ſanctorum detentio mea, &c. *Breuiter enucleantur. Et in quæſtionem vocatur. Vtrùm ſola huius maris aqua aliam fluminum omnium Sanctorum in acerbum collectam ſuperet, & euincat?*

HVgo Charenſis ad illud verbum, *detentio mea*, exiſtimat, aut *paſsiue*, aut *actiue interpretandum poſſe. Paſsiuè, ac ſi diceret, detineor in plenitudine Sanctorum; inter tales detineor, & quieſco, quibus nihil deeſt ſanctitatis. De quibus in Pſalm. & dies pleni inuenientur in eis. Apud peccatores* (ſubdit Hugo) *non poteſt detineri aliquantulum Beata Maria exemplar humilitatis, decus caſtitatis, fons charitatis. In his vtique detentio paſsiua Virginis, in his quieſcit, in quibus adeſt plenitudo ſanctitatis. Actiuè verò ſi hæc verba capiantur, talem efficiunt ſenſum. Ego detineo ſanctos in plenitudine ſua, ne minuantur. Detineo Chriſtum, ne in eis peccantibus iraſcatur, detineo dæmones, ne noceant; detineo virtutes, ne fugiant; detineo merita, ne pereant. Singularis & ipſa in tali detentione, Iſaiæ* 63 *Non eſt qui inuocet nomen meum, qui conſurgat, & teneat me.* Hæc Hugo. Et quid dulcius? de hac vltima interpretatione ſæpè diximus: modo ad priorem venio, & in quæſtionem aduoco. *Vtrùm Maria ita omnium ſanctorum tranſcendat merita, vt ea in vnum collecta longè euincat, atque ſuperet?* Hugo.

Affirmatiuum aſſertum.

*S*i mente concipiamus ex multitudine gratiarum ſanctorum omnium vnam intenſiſsimam conſurgere gratiam, adhuc non æquaretur intenſiſsimæ gratiæ *V*irginis, ſed potius Marianæ gratiæ plenitudo eam euinceret, eam longe ſuperaret. Sic expoſuit præfatum locum Lyra, & *S*eraphicus Doctor, opuſc. de laud. Virg. cap. 7. *Ideo* (ait) *in plenitudine ſanctorum Mariæ detentio; quia in mirifica perfectione ſua plenitudo perfectionis omnium* Lyra. D. Bonau.

Digitized by Google

nium Sãctorum non deſuit, &c. Qui iterũ eadem verba ſerm.3. de Beata Virgine in eodem extricauit ſenſu, dicens. *Plenitudo gratiæ eſt plenitudo ſuper eminentiæ; qua aliquid dicitur cæteris ſuper eminere; & hæc plenitudo fuit in Beatiſsima Dei matre, quæ omnia dona, quæ alij Sancti acceperunt in parte, ipſa omnino habuit in plenitudine. Nam ſicut in capite ſunt omnes ſenſus, ſed in alijs partibus corporis tantum eſt ſenſus, tactus; ſic Domina noſtra habuit Dei dona, quæ in alijs Sãctis ſunt diuiſa: vnde dicitur: In plenitudine Sanctorum detentio mea. &c.* Et eſt ſenſus: totum teneo in plenitudine, quod alij Sancti tenent in parte, &c.

Anſelmus. Anſelmus de laud. Virg. cap. 9. ſic noſtrum communit aſſertum. *Pura ſanctitas, & ſanctiſsima puritas piiſsimi pectoris eius omnem omnis creaturæ puritatem, ſiue ſanctitatem tranſcendens, incomparabili ſublimitate hoc promeruit, vt reparatrix perditi orbis digniſsimè fieret.*

S. Petrus. Damianus Nec diſentit S. Petrus Damian. ſerm. Aſſumpt. ſic concinens: *Virgo inter animas Sanctorum, & Angelorum choros ſupereminens, & euecta, merita ſingulorum, & omnium titulo antecedit, &c.* Punge ea: *Singulorum, & omnium, &c.* Qui ſerm. Natiu. eiuſd. Virg. ſic effatur. *Quid grandius Virgine Maria, quæ magnitudinem ſummæ Diuinitatis intra ſui ventris concluſit arcanum? Attende Seraphim, & videbis quid quid maius eſt, minus Virgine, ſolumque opificem opus iſtud ſupergredi, &c.* Preme hæc vltima verba.

D. Bonau. Iterum vocandus pro nobis Seraphicus Doctor in ſpec. c. 8. vbi perpendens ea Prouerbiorum 31. *Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu ſuper greſſa es vniuerſas.* Per, *filias*, intelligit reliquas fœminas tum veteris tum noui teſtamenti, quæ ditiſsimo virtutum ſuppellectile ingentes gratiarum theſauros cumularunt. Iſtas omnes longe ſuperauit, euicit, ac longe antecelluit Maria. Sic effatur. *Et quia Deus opulentiſsimus opulentiſsimè eſt tecum, ideò tu es opulentiſsima, ſiue ditiſsima ſecum, & vere dici tibi potuit, illud Prouerb. Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu ſupergreſſa es vniuerſas. Filia Agnes, filia Lucia, filia Cicilia, filia Agatha, filia Catharina, & multæ aliæ filiæ, & multæ aliæ animæ congregauerunt diuitias virtutũ, & gratiarum, diuitias meritorum, & præmiorum. Sed Maria vniuerſis diuitijs aucta, ditata, & cumulata, vniuerſas animarum ſuperauit, & ſuper omnes euecta, ampliorem gratiam, & gloriæ gradum adepta eſt.*

Idem. Inſuper idem Seraphicus Doctor cap. 2. luculentius effatur. *Si filias iſtas inteligamus ſanctas animas, vel inteligentias* Ange-

Digitized by Google

Angelicas; numquid non ſuper greſſa eſt diuitias virginum? Confeſſorum? Martyrum? Apoſtolorum? Prophetarum? Patriarcharum? Angelorum? Cum ipſa ſit primitius Virginum, ſpeculum Confeſſorum, roſa Martyrum, magiſterium Apoſtolorum, oraculum Prophetarum, filia Patriarcharum, Regina Angelorum. Quid enim de diuitijs hominum horum illi defuit? Hæc Bonauentura.

Sed rationibus noſtrum aſsertum communiemus. In primis à paritate rationis: Maria appellatur *cœlum* à Sanctis. Sed cœlum ita eſt magnum, vt reliqua omnia corpora ſuo complexu ambiat; ergo ſimiliter ſanctitas Mariana reliquorum Sanctorum gratiam, & ſanctitatem ſuo ſinu capere, debet.

2. Mare plus habet aquæ, quàm alia ingentia flumina, fontes, riuuli, & vaſa, quæ in toto reperiuntur orbe. At Maria ita appellatur ob proportionem ad mare, ergo ſimiliter in hac parte eius conditiones debet poſsidere.

3. Plus diligit Deus Virginem, quàm reliquos ſanctos collectiuè, ergo plus gratiæ illi contulit. Patet conſequentia; quia gratia reſpõdet amori Dei erga perſonam, quam perfectè amat. Quia vt Theologi adſtruunt, *amor Dei practicus eſt.* Antecedens eſt D. Auguſtini, teſte Bonauentura in ſpec. cap. 6. *Te ipſe Rex regum* (ait ad Virginem) *vt matrem veram, & decoram ſponſam præ omnibus diligens amoris amplexu ſibi ſociauit.* Et Anſelmi lib. de excell. Mariæ, cap. 4 *Oſtendit ergo* (inquit) *amorem erga matrem, quo nullum putemus eſſe, poſſe maiorem.* Ergo ſi huiuſmodi erga matrem dilectio longe cæterorum Beantium amorẽ ſuperat; gratia Mariana ſuperior exiſtit. *D. Auguſ.* *D. Bonau.* *D. Anſel.*

4. Patefit ex actibus perfectiſsimæ eius charitatis, qui in vita ſua intentiſsimi ſupra modum fuere; & continui per totum eius ſpatium, nunquam, nec in ſomnijs interrupti, iuxta illud: *Ego dormio, & cor meum vigilat.* Alijs rationibus roborat ſententiam Barradas, tum ex dignitate matris, quæ extraneorum ſublimitatem euincere, fas eſt; tum ex dignitate Reginæ; cuius ſolius opes omnium ſubditorum opibus in vnum aceruum congeſtis præcellere decet. Tum ratione vnionis ad fontem, qui in vtero eius, vt rigaret mundum, ſitus fuit: à quo quomodo non exuberantem gratiam non hauriret? *P. Barrad.*

Ex ratione, & dignitate mediatricis eleganter comprobat *Salazarius* ſententiam. Scribit doctiſsimus Pater, Mariam à multis mediatricem ſalutis nominari, ab alijs *Salazar.*

 auctri-

actricem, à pleriſque cauſam, ab alijs autem auctricem totius meriti; rurſus oſtendit, hæc omnia ita ſpecialiter Virgini tribui; *vt alteri pura creaturæ adſcribi non poſſint.* Vt Anſelmus aſſerit de excel. Virg. cap 9. inſuper ſupponit Doctor nomina illa tribui Mariæ, quia ſalutem noſtram aliquali ratione de congruo pro meritis ſuis impetrauit. Quo ſuppoſito, ſic efformatur ratio. Virgo eſt mediatrix inter Deum, & homines; atque per ipſam, & propter ipſam *Deo* placent, quotquot hactenus Deo placuerunt: ergo ipſa plus omnibus placet. Ergo maiorem omnibus alijs gratiam obtinet: Illatio optima eſt, quia *Deo* non placemus, niſi per gratiam. Quod omne excogitauit Baſilius à Seleucia ſermon. Anuntiat. *Aue* (inquit) *gratia plena; quæ propterea inter Deum, & homines mediatrix intercedens, efficis, vt interiectus inimici paries tandem aliquando euertatur.* Hæc Doctor.

Anſelm.

D. Baſil. Seleucienſ.

AROMA IV. AD VITIORVM FRÆNVM.

Filij quales in parentes; eorumque pro obedientia premia, aut pro ingratitudine flagella.

NOnnè fas erat, vt parentem ſuam Chriſtus Dominus in tantum meritorum faſtigium eueheret, quale nullus extraneus vnquam conſequutus eſſet? Haud dubium. Præceperat Dominus filios poſſibili parentes honore proſequi; quapropter ſuam ad tantam euexit dignitatem. Modò autem obedientiam erga parentes premiatam, ingratitudinemque punitam, intuere.

Geneſ. 32. Geneſ. 32. de Iacob Patriarcha ad ſuos reuertente, ſic textus elloquitur. *Iacob quoque abijt itinere, quo cœperat Fueruntque ei obuiam Angeli.* Quare Angeli Iacob obuiam occurrunt? Quare Angelorum occurſus in creaturæ humanæ famulatum? Quid Iacob ad tantam euehit dignitatem? Præclarè Rupertus lib. 8. in Geneſ. cap. 2. *Non dictum eſt, quia apparuit ei Angelus; quod & multis accidit; ſed dictum eſt, quia fuerunt ei obuiam Angeli Dei; quod inſigne ſonat victoris, & emeriti. Cui pro gloria triumphi pompa cœleſtis obuiam procedens feſtina exceptione lætum obſequium præbuerit. Et rectè talem habuit occurſum, qui ſub obedientia patris ſui militauerit.* Hæc Rupertus. Preme hæc

Rupertus.

vlti-

vltimà verba. Patris obedientia ei occurſum, ac veluti Angelorum præbuit famulatum; & dum ſub patris militat præceptis, merito pompa Angelica obuiam ei ſit Vt in ſe agnoſcatur, quanti à Deo fiat filiorum ad patres obedientia.

Etenim primus Rex Iſraelitarū Saul, 1. Reg. 9. ad Regiam ſublimatur dignitatem, dum patris exequitur iuſſa, ſcilicet, *Aſinas amiſſas quærens*. Cur Saul modò ad cuneum euehitur regnum? Quis vnquam vidit de aſinis ad regiam attolli dignitatem? *S*anè qui patris exequebatur obedientiam, merito regium adipiſcitur regnum Sic Nazianzenus oration. in laud. Baſilij. *Qui* (ait de Saule) *patris aſinas quærens, regnum inuenit. Ab aſinis ad regium feſtinauit cuneum, & qui præceptis obtemperabat parentum, & qui ipſorum adſcriptus erat voluntati, regiam conſequitur dignitatem*. Quia nullus ad ſublimitatem regiam aptior gradus, quam paterna obedientia, & humilium progenitorum obedire legibus. 1 Reg 9. Nazianz.

*S*ermon. 99. feria 5 poſt Dominicam 4 Quadrageſsimæ, de viduæ Naim filij ſuſcitatione pulchram excitat quæſtionem Abbas Cluniacenſis. Sed quæritur, *Cùm tunc eſſent plures mortui in Iſræl, quare magis ſuſcitauit filium mulieris viduæ, quàm alterius*? Nonnè aſsiſtente Domino in terra, plurimi è vita migrarunt? Haud dubium. Cur Dominus inter eos iſtum ſuſcitandum præ alijs elegit? Præclarè reſpondet præfatus Doctor. I*nde Dominus filium mulieris viduæ ſuſcitando reſtituit; eo quòd eſſet ſpes nutritionis, & ſubuentionis illius mulieris, &c*. Subueniebat puer ille matri in egeſtate conſtitutæ alacriter, pius occurrebat in cunctis obediens, maternorum viſcerum miſeratione commotus. Quid ergo mirum, vt talia à Domino accipiat munera, tamque ſingulari potiatur beneficio? Abb. Clun.

Hac de cauſa Traianum iam damnatum, ac ignibus gehennalibus excarnificatum, exiſtimat præfatus Auctor, ad mortalem vitam, pro patranda pœnitentia, rediſſe. Eius accipe verba (omittens in hac parte ſcholaſticam diſcuſsionem.) *Adeo bene actum eſt cum Traiano, qui filio ſuo non pepercit; Is enim cum equm quendam indomitum equitaret, à caſu cuiuſdam viduæ filium, pedibus equi conculcando, interfecit. Sed Traianus conquerenti viduæ pro filio ſuo mortuo, proprium tradidit viduæ, vt ei exequeretur, ſicut filius eius. Propter quod licet idolatra eſſet, & Chriſtianorum perſecutor, ad preces B. Gregorij ad qua-* Idē Abbas.

draginta, & amplius poſt annos ſaluatus eſt, vt creditur, à mortuis ſuſcitatus, in deſertis locis pœnitentiam egit. Hæc Raulinus Et quid amplius?

Nec huius legis tranſgreſſores impunè abibunt; ſed procul dubio ſuæ impiæ crudelitatis pœnas acerbiſsimas luent, ac flagitio torquentur. Ego exiſtimo, inobedientes filios adeò cũctis creaturis deteſtabiles eſse; vt nullus locus eos poſt mortem recipere velit, ne tam ſceleſti peccatoris ſordibus polluatur.

4. Reg. 14. Recole prælium illud inter Abſalonis, & Dauidis exercitus. Accidit autem in illo, *Vt occurreret Abſalon ſeruis Dauid, ſedens mulo, cumque ingreſſus fuiſſet mulus ſubter quercum denſam, adhæſit caput eius quercui: & illo ſuſpenſo inter cœlum, & terram; mulus, cui inſiderat, pertranſijt, & ſic ſuſpenſus inter cœlum, & terram Abſalon obdormiit.* Cur iſto acerbiſsimo mortis genere ipſum è vita diſcedere, Deus voluit? Egregiè expoſuit Sanct. Chryſoſt. ad Pſalm. 3 aſserens Abſalonem ſuſpẽſum in aere exire è vita, quia, eum vt parricidam, nec cœlum, nec terra recipere voluerunt. *Et tunc, ait, videri poterat ſpectaculum admirabile: mulo enim equitans ex pilorum coma à coma arboris tenebatur: & coma tenebat coma tyrannum. Illuc eum contundens, vbi diadema paternum geſtare contendebat. Poterat ergo videri Abſalon ſuſpenſus in medio cœli, & terræ. Cœlum enim eum non admittebat; ſi enim primum inſurrectorem eiecit diabolum, quomodo ipſum inſurectorem ſecundum admiſiſſet? Terra aduerſabatur, non ferens pollui manibus parricidæ Si enim Dathanı deuorauit, qui contra Moyſem erat locutus; & os ſuum aperuit aduerſum eum, qui os improbè aperuerat; quomodo potuiſſet ferre pedes currentes aduerſum genitorem?* Sic Chryſoſt. Cunctis enim creaturis inobediens filius deteſtabilis exiſtit. Et omnes eius ſordibus infici, & pollui timent. Quare Abſalon Dauidis parentis viſcera torquens, in aere moritur, & nulla eum creatura intra viſcera dignatur hoſpitari.

4 Reg.

Chryſoſ.

ARO-

AROMA V.

Ingenti formidine arripiuntur Sancti ad maris huius, NOMINIS MARIA, *arenas enumerandas.*

ALiam huius interpretationis præfatæ cauſam excogitauit Dioniſius Cartuſian.lib.3.de laudib.Virg. Exiſtimat enim, nomen Maria,mare interpretari propter difficultatem in eius virtutibus enumerandis. *Maria,ait,interpretatur mare. Quia ſicut nullus valet guttas maris dinumerare;ſic miſericordiam,gratiæ excellentiam,gloriamque Mariæ nullus valet exprimere,&c.* Quis enim Oceanum profundum,pelaguſque huius nominis gratiarum immenſum exigua mentis creatæ nauicula transfretare valeat?Tantum enim aquæ eius intumuerunt, ac gratiæ eleuatæ ſunt,vt nullus, quin vaſtiſsimis eius ſubmergatur vndis,intrare poterit. Dion. Cartuſ.

Qua propter ineffabile proculdubio extat hominibus nomen Maria.Et ſic Bernard.ſerm.4.Aſſumpt. B. Mariæ concinit. *De gloria nominis huius,nec dignum aliquid ſterilis concipere cogitatio,nec in erudita poteſt loqutio parturire,&c.* Quã opportune! D.Bern.

Exod.3 verſ.4. Aſpiciente Moyſe,ardebat rubus, nimiſque flagrabat:Aſt,cum ille inconſultus myſterium aprehendere, Arcanaque attingere concupiret:clamauit oraculum. *Ne apropies huc,ſolue calceamenta de pedibus tuis;locus enim,in quo ſtas,terra ſancta eſt.*Cur Moyſes, quia alioquin Deo facie ad faciem colloquebatur,dilectus Deo,qui mirabilia cœli introſpiciebat, terram illam ingredi non audet,rubum pertingere, non permititur?Sanè,rubus typus extitit Mariæ,vt placuit Bernard. ſerm. de verb.Apoc.ſign.magn.propter ea quæ ibi Doct. S. allegat; quid mirum,vt hic rubus cuicumque mortalium inacceſsibilis ſit?*Meritò quidem* (ait Bernardus) *admiraris Moyſes ſancte, & curioſius deſideras intueri,verumtamen ſolue calceamenta de pedibus tuis,ſi aſcendere rubum* (Mariam intellige) *concupiſcis,&c.*Preme illud:*Solue calceamenta de pedibus tuis.*Depone, depone carnalem cogitationem;ſic terrenis affectibus diſcalceãtus,ad rubum,Mariam,accedere valebis;eius vmbram Moyſes dilectus Deo,hominibus carus accedere reformidat, apropinquare non audet.Qua propter ſerm 2.de Natiu Deip. D.Bern. ſic exclamat:*Non ſunt loquelæ Sanctorum in natione,quæ ſub cœlo eſt,quibus amplitudo gloriæ tua ad plenum valeat explicari.* Exod. D.Bern. D.Bern.

Digitized by Google

S. Auguſt. S. Auguſtinus, ſerm 35. de Sanctis. *Quid nos tantilli, qui actione puſilli, quid in Virgineis laudibus referemus, cùm etſi omnium noſtrum membra verterentur in linguas, eam laudare ſufficeret nullus?*

S. Anſelm. Accedat iam S. Anſelmus libro de excell. Virg. cap. 2. *Quæ incunctanter vera exiſtunt de Virgine, tanta laudis materia Sanctorum referta, vt quicumque in laudando eam, morari deſiderat, neceſſe ſit, vt facultates eius magnitudini rei, & veritati ſuccumbāt.* Cedat igitur humana facultas, cedant hominum peracuta ingenia Marianis laudibus, earumque magnitudini. Et agnoſcentes omnes virium noſtrarum tenuitatem, eas detexere ſubuereamur: non eſt noſtræ opinionis, ſed melioris plectri tale opus.

S. Petrus Damian. Ad hæc S. Petrus Damianus, ſerm. de Natiu. Virg. *Impar eſt tibi omne humanæ linguæ præconium.*

Pſalm. Audiamus diuinum ſpiritum per os Dauid, peccatorem increpantem Pſalm. 49. verſ. 18. *Peccatori autem dixit: Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuū?*

Incognitus Incognitus hic. *Sequenter agitur de præſumptione peccatorum, & ipſorum increpatione.* Quid eſt hoc teſtamentum *Domini*, quod ab ore peccatoris prohibet? Nonnè peccator poterit Deum laudare? Benedicere Sanctos? Melius eſt mirabilia Domini enarrare, quàm obmuteſcere. Quid ergo eſt, quod hoc teſtamentum a labijs peccatoribus ſeparatur? Pulchrè S Bernardus hom. 3. ſuper Miſſus eſt, tale teſtamentum Virginem *Deiparam* intelligit, cuius virtutes, ac ſublimia præconia non valent animi humani

D. Bern. accentu ſuo modulari *Vehementer* (ait Bernardus) *timeo, ne iā audiam ad me dictum, quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum? Vtinā & mihi de ſuperno altari, nō quidē carbo vnus, ſed ingēs globus igneus afferatur, qui videlicet multam, & inueteratam oris mei rubiginem ad plenum excoquere ſufficiat; quatenus Angeli ad Virginem, & Virginis ad ipſum grata inuicem, ac caſta dignus habear meo qualicumque replicare ſermone, &c.* Huculque S. Bernardus.

Idem. Rurſus preme illud Bernardi: *Non quidem carbo vnus, ſed ingens globus;* accinit Iſaiæ 6. ibi, vt Propheta mitteretur ad *Dei* gloriam prædicandum volauit *Seraphim* ad ipſum ferens in manu eius calculum, quo tetigit os Prophetæ, purgauit labia, & mūdificauit peccatum. Tunc ſic; ſi ergo ad Dei omnipotentis laudes calculo igneo tantum modo purgatur os Prophetantis, quo pacto ad *Mariæ*, Bernardus ingentem globum appetit, plenum

ignem

Ignem exoptat, dicens: *Non quidem carbo vnus, ſed ingens globus?* Quia encomia Virginis eô admirabilia exiſtunt, vt ex placito Bernardi, quod ad Deum prædicandum in ore eximij Prophetæ ſufficit, ad Mariam præconandam inſufficit.

Deuotè S. Petrus Damianus cecinit, ſerm. de natiuitate Virginis. *Quo pacto eius feſtiuitatem dignè celebrare poteſt infirmitas hominum, quæ gaudium parere promeruit Angelorum? qualiter eam laudare poterit mortalis hominis tranſitorium verbum, quæ illud de ſe protulit verbum, quod manet in æternum? Quæ lingua in eius laude inuenitur idonea, quæ illum genuit, cui omnia benedicunt, & cum honore obediunt elementa?* S. Petrus Dam.

S. P. Thomas à Villanoua, ſerm. 20. de Natiuit. Virginis. *Cur ſancti*, ait, *Euangeliſtæ prætermiſſerunt Mariæ plurima encomia, nec de ipſa frequens mentio habeatur, cum ſæpè numero apud eos de Ioanne Baptiſta ac de alijs Apoſtolis ſermo incidat?* Satisfacit. *Cogitanti mihi, & diu hæſitanti, quid cauſæ ſit, quòd cùm Euangeliſtæ de Ioanne Baptiſta, & alijs Apoſtolis tam longum fecere tractatum; de Virgine Maria quæ vita, & dignitate omnes antecedit, ita ſummatim percurrant hiſtoriam.* Et poſt aliqua. *O (inquam) Euangeliſtæ, quare nos tanto gaudio veſtro ſilentio priuaſtis? Cur hæc tam læta, tam iucunda contacuiſtis?* Reſpondet. *Hæc, inquam; mihi hæſitanti nihil aliud occurrit, quàm ita placuiſſe Spiritui ſancto, eiuſque prouidentia Euangeliſtas ſi uiſſe. Propterea, quia Virginis gloria, ſicut in Pſalmo 44 legitur, omnis intus erat, & magis cogitari poterat, quam deſcribi, &c.* Hæc ſanct Doctor. Etenim lingua humana ſufficiens non eſt ad tam diuinas laudes decantandas. S. Thomas de Villanoua.

AROMA VI. PRO MORIBVS INSTRVENDIS.

Quis dignus Prædicator, ac exactus reprehenſor?

Timidus Moyſes aſcendere non audet ad rubum; & ſoluere calceamenta iubetur, quia in ipſis terram portabat. Prædicator Euangelicus quomodo ergo terrenus exiſtet? Non enim ad cœlum intendere valebit, qui greſsibus terrenis incedit. Quid enim iniquius, quàm terrenum prædicare cœleſtia? Et quod cœleſtia verba diabolicis operibus miſceantur? Nonnè formidabile, committere quod accuſat? Formidabile quidem, & meritò prædicatio ridicula. Iudicum 7. num. 5. Olim imperat Deus Gedeoni, vt eos tantum milites ad bellum eligeret, *qui lingua lambuſ-* Iudicum.

buerint aquas, ſicut ſolent canes; ſeu vt Diuus Auguſtinus, Origines, & alij in Biblijs Sixtianis citati legunt: *Qui lambuerint aquas manu, & lingua ſua.* Vtique ſenſus Germanus, vt palam videtur ex eo quod additur; *Fuit autem numerus eorum, qui, manu ad os proijciente, lambuerant aquas, trecenti viri.* Ibidem numer. 6. Vt quid lingua, & manus ſimul in militibus ad bellum deſiderantur? neceſsitas manuũ, euidens eſt, linguæ, ſuperflua iudicabitur? Non ſufficiunt manus ad prælium? Dauid benedicebat Dominum, quia ipſas manus ad bellum docturus erat. *Benedictus D. Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum* Non linguam, non verba. Vt quid ergo illi lingua, & manu pariter vterentur? Arcanum, Origines homil. 9. in Iudic. perſpicuè agnouit *Non* (inquit) *abſque ſacramenti quadam ſignificantia hoc mihi videtur ſcriptum. Scilicet, quòd & manu, & lingua operari debent milites Chriſti; hoc eſt, opere, & verbo. Quia qui docet, & facit, hic magnus vocabitur in Regno cœlorum, &c.* Non eſt Chriſti miles, egregius Eccleſiaſtes, qui tantum verbo, lingua, aut vocibus dimicat, ſed qui ad linguam manum applicat; vt ex vtroque eius dignè compleatur ſermocinatio.

Auguſ. Origines. Pſalm. Origines.

Attingit Ieſus Syra apud Nyſſenum in exortatione ad Eccleſiaſtem, cum in hæc prorumpit. *Omnes ſermones ſunt laborioſi, & non poterit vir loqui.* Adſtupet Nyſſenus hæc verba. Quid homini magis in promptu quàm verba facere? Quid facilius homo peragat, quàm loqui? Nonnè illi aptius membrum lingua? Vtique hæc velocior, & aptior. Cur ergo ſermones laborem, & poteſtatem hominis excedunt, vt dicatur: *Non poterit vir loqui*? Sermones, qui lingua ſolum, non poteſtatem humanam euincunt, nec laborioſi æſtimantur, nec ſermones, ſed potius garrulitates; & ipſi Prædicatores garruli appellari debent. At qui veri ſunt, & à manibus hominis, vires ſuperant, & laborioſi dicuntur, cùm in eis vtroque membro miles Chriſtianus vtatur. *Sermones*, ait Nyſſenus, *ergo ſunt, qui verè ſunt ſermones, qui fiunt ad animarum vtilitatem, & hominibus ſunt conducibiles. Hi pleni ſunt ſudoribus, & multos labores inducunt; vt ſint ſermones, vtpotè quod opporteat non verbis intelligi ſermonem, ſed virtute, quæ in operibus poſita eſt &c.*

Niſſenus.

Hoc vnum ſcio, quod ſi noſtris temporibus verbera ieiu-

mi-

nia, vigiliæ, feruentes orationes, ſilentium, ſolitudo comitaretur diuinum ſermocinantium verbum; non ita contemptum procederet, inane corrueret, nec Prædicatores tam parui æſtimarentur. Sed proh dolor! meſsis quidem multa, operarij autem pauci. Quomodo pauci? Vtique pauci: nam ſi multi reperiamur, qui lingua ac voce obſtrepemus, pauci, qui lingua & manu vtamur, & qui in arena ſimul vocis tuba præcepta intonemus, & manibus pugnantes eadem exequamur. Aliqui è ſuggeſtu Magiſtri munus adimplent, alij tantummodo popularem auram venantur, nonnulli tamquam citharedi, citharistæ mores, ac voluptates audientium mollibus illecebris ſequuntur: cùm potius eorum munus eſſet, eas excidere, acri ſermone reſecare.

Munus ergo prædicantium in hoc ſiſtit: quòd ad bellum, & tubis, & facibus aggrediamur. Facibus, operum luce refulgêtes, tubis, ſplendore geſtorum. Quibus armis principum potentiam, nec gubernantium audaciam, perfidorum minas, blandientium munera, officij laborioſum onus, nec leuiter metuemus. 4.Reg.

4 Reg. 2. *Sermocinantes Elias, & Eliſeus pariter inſedebant*; cùm poſtquam per Iordanem, aquis in vtramque partem diuiſis, tranſierunt; Eliam per turbinem in cœlum velociter aſcendentem huiuſcemodi verbis ſequebatur diſcipulus, magnoque eiulatu, ac ingenti clamore dictitabat: *Pater mi, Pater mi currus Iſrael, & auriga eius*. Eliam aurigam appellari, non renuo, aſt, pariter & currum, difficultatem ingerit. Quid de Elia cum curru? Quid eſt, quod vtriuſque munere perfruatur? Myſterium expoſuit D. Gregorius lib. 2. in Ezechielem homilia 21. *Quid eſt, ait, quòd Elias currus Iſrael, & auriga dicitur: niſi quia auriga agitat, currus portat? Doctor ergo, qui & mores populi per patientiam ſuſtinet, & ſacri eloquij verbis docet, & currus dicitur, & auriga. Currus, quia tolerando portat; auriga, quia exortando agitat. Currus quia mala ſuſtinet; auriga, quia populum bonis admonitionibus exercet, &c.* Vbi ad lucem conſpicitur, vtrumque munus operandi, erudiendi neceſſarium fore. Auriga docet, currus doctrinam exequitur: debet ergo prædicator exequi, & adimplere doctrinam ſuam, vt ſic per vtrumque Elias perfectus conſpiciatur, currus exequens mandata, auriga docens ea, quæ Dei ſunt, ac tandem per exactum Euangelij magiſterium in regno cœlorum magnus euocetur. D.Greg.

Deſcripturus ſpiritus diuinus ſacerdotem, ac Doctorem Eccle-

Eccleſiæ,& quomodo eam ingredi,ac procedere teneatur, ait: *Ingredietur ſacerdos in Sancta Sanctorum cum ſonitu, & ſtrepitu cymbalorum;ne fortè ſilenter ingrediens moriatur.* Vbi ſtrepitus,& ſonitus non alterius,ſed cymbali præ requiritur in ſacerdote. Quorſum tamen hæc? Ad quid ſonitus,& tantus ſtrepitus? Indecens ſacerdoti videtur,cui ſilentium, ac taciturnitas commendantur. Rem aperuit D. Thomas à Villanoua ſerm.3. pro D. Auguſtino *Quia non ſolum conuenit ſacerdoti, pollere virtutibus, ſed oportet etiã in Dei laudibus,& præconijs non eſſe mutum.* Et poſt pauca *Quid enim monſtruoſius muto ſacerdote, qui in omnibus ſuis verbis, & factis, & moribus, & operibus totus debet eſſe vocalis?* Eructent labia, non taceant alia membra, præcipuè manus, quæ ſimul vocales exiſtere tenentur. Vocales pedes,vocales oculi,vocales palpebræ, totus denique vocalis & cum eſtrepitu, ac ſonitu virtutum pergere debet. Quia ſi dumtaxat lingua loquax, & alia membra muta procedunt, morietur.

D.Thomas à Villanou.

Quare ergo morietur? Gregorius lib. 1.Reg.epiſt 24. explanat, *Sacerdos* (inquit) *ingrediens,& egrediens moritur, ſi de eo ſonitus non audiatur. Quia iram contra ſe occulti iudicis exigit, ſi ſine ſonitu prædicationis incedit.* Iram omnipotentis ſtimulat,furorem Dei prouocat, excandeſcentem Dominum innuit, qui ſolum ſonitus vocis, non bonorum operum adhibet. O quam tremendum iudicium futurum nobis, quorum opera non ſic lucent coram hominibus,vt videant opera noſtra, & glorificent Patrem noſtrum, qui in cœlis eſt. Tremebundus, ac perterrefactus verba Chryſoſtomi hom.3. in acta profero Sacerdotibus,& mihi *Non temerè dico* (ait) *ſed vt affectus ſum,ac ſentio.* Quid? Subaudi. *Non arbitror, inter Sacerdotes multos eſſe, qui ſalui fiant; ſed multos plures, qui pereant. Quia quod alij peccant, Sacerdoti imputatur.*

D.Greg.

Chriſ.

Structura quædam menſarum, quæ in templo Ezechielis viſebatur, huc ſpectat. Ezech. 40.num. 43 *Labia eorum vnius palmi,&c.* Quare labia cum palmo,& non cum brachio, aut altera menſura coniungitur? Vtique quia verborum regula, & menſura, non alia eſſe debet, quam factorum ſanctimonia. Hoc rectè denotat linguam manu coniungi,quia Prædicatoris verba cum factis,documenta cum exemplis, iūgenda ſunt. Sic Gregorius lib.2.in Ezechielem. *Doctor,quod docendo loquitur, hoc vigilanter operetur Verbis ergo ſuis ſemetipſum conueniat; vbi itaque ſe conſpicit opere implere,quod dicit, ibi auditores admoneat,*

Ezechiel.

D.Greg.

eorum

Digitized by Google

eorumque animos ad ſtudiũ bonæ operationis accingat. Vbi a tim nec dum ſe videt impleſſe, quod loquitur; ad bona de quibus auditores admonet, ſe quoque pariter inflammet; vt ipſe etiam ſimul dicat in opere, quod per eum loquitur veritas in prædicatione. Hoc eſt labia eſſe vnius palmi, verba menſurata operibus, & quod nihil doceat, quod ipſe Doctor non diligenter exequatur, Quare, Moyſes accedere contremiſcat, quia ipſe terrenus, tubus autem, hoc eſt, Virgo, tota pulchra, tota cœleſtis exiſtit.

AROMA VII.

Scopus præcedentium capitum de laudatoribus Virginis, NOMENQVE MARIA *exaltantibus. Vbi diſcutitur quibus linguis ſit ſpetioſa laus nominis eius.*

DEpulſo in Eliſabeth, Baptiſtæ ortu, ſterilitatis dedecore. Ad natum videndum, oſculandum, Matrique pro inſperata re gratulandum ingens montanorum accurrit, & aduentat concurſus; nomine Patris ſui Zachariæ appellare volentibus cognatis, & affinibus, idque à Matre ſciſcitantibus, reſpondẽs, ait: *Nequaquã ſed vocabitur Ioannes.* Cognati ad illam: quia nemo eſt in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine. Quid autem in tanta cognatorum diſceptatione? Innuebant Patri eius quem vellet vocari eum, & poſtulans pugillarem, ſcripſit, dicens: *Ioannes eſt nomen eius, & mirati ſunt vniuerſi; apertum eſt autem illico os eius.* Quare poſtquam innuit nomen illico ſoluitur lingua, loquela redditur, ac in diuinas laudes erupit? Quid in hoc euentu myſterij, quid in hac nominis impoſitione, vt ad laudes diuinas decantandas excitet? Sanè, quia non erat nomen de terra, ſed de cœlo dilapſum, non hominum, ſed Dei conſilio tributum. Audi Ambroſ. lib. 2. in Lucæ cap. 1. *Zacharias nutu interrogatur, ſed quia incredulitas ei affatum eripuerat & auditum, quod voce non poterat, manu, & litteris eſt locutus. Scripſit enim dicens; Ioannes eſt nomen eius, & hic nomen non imponitur, ſed adſtruitur, meritoque continuo ſoluta eſt lingua eius, &c.* Nomen *Ioannes* non hominum plauſu, ſed cœleſti inſpiratione, non de terra, ſed de cœlo deſcendens, non à creaturis terrenis imponitur, ſed adſtruitur. Quid tunc? *ſoluta eſt lingua eius*, laudes Deo decantat, carmina ſoluit, præconia dicat, ac deuotus incipit: *Benedictus Dominus Deus Iſrael, &c.* *Ambroſ.*

No-

Nomen auguſtiſsimum Mariæ a tota Trinitate donatum, de cœlo miſſum deſuper aduenisse, quis ambigit? Quare ergo hominum linguæ in eius non laxabuntur laudes? Audi, auſculta eas.

D. Bonau. D. Bonauentura in Pſalt. Dominæ ad laudes Pſalmo *Dominus regnauit*, ſic effatur. *Quis ſufficiat enarrare opera tua Domina? Quis inueſtigabit theſauros miſericordiæ tuæ?*

Et Pſalmo 148. conuocat vniuerſas ſimul creaturas ad Mariam celebrandam. *Laudate eam homines, & iumenta, volucres cœli, & piſces maris. Laudate eam Sol, & Luna, Stellæ, & circuli Planetarum, laudate eā Cherubim, & Seraphim, Throni, Dominationes, & Poteſtates. Laudate eam omnes legiones Angelorum. Laudate eam omnes Spirituum ordines ſupernorum.* In cæteris Pſalmis ſpiritu, ac deuotione vberrimis choros triumphantium, ac militantium Sanctorum ad præconia Mariæ inuitat. Et prudenter, quia vnus, aut alter ad eius dignam laudem peruenire nequit.

S. Baſil. S. Baſilius oratione Anuntiationis, in hæc prorrumpit, *Quomodo clementiæ fontem prædicabo? Quomodo Virginitatis fluuium celebrabo? Quomodo Virgineum illud pelagus cantabo? Deipara ipſa, & mater mea, veluti imperitum natatorem, veterem hominem, qui ſecundum eorum deſideria corrumpitur, exuere docueris; mentiſque meæ os miſercordiæ plenè ad partus tui profunditatem deduxerit. Quo miſericordiæ tuæ, ceu olei eiuſdem lumine coluſtratus veritatis margaritam inuenire queam. Fer opem, quæſo, vt illam, te adiuuante, comprehendam. Affice, obſecro, vt à te doctus, commodè de te dicere valeam.* Talia S. Baſilius.

Non pigeat ex ore Petri Comeſtoris proferre carmen à nonnullis etiam typis datum; quia dignum luce, & laude exiſtit, Sic canit.

Si fieri poteſt, quod arenæ, puluis, & vnda,
Vndarum guttæ, roſæ, gemmæ lilia, flamma,
Æthera, cælicolæ nix, grando, ſexus vterque,
Ventorum pennæ, volucrum, & pecudum genus omne
Syluarum rami, frondes auium quoque pennæ,
Gramina, ros, ſtellæ, piſces, anguis & ariſtæ,
Et lapides, montes, conualles, terra dracones,
Linguæ cuncta forent. Minime depromere poſſunt,
Quæ ſit, vel quanta Virgo Regina MARIA,
Quæ tua ſit pietas, nec littera, nec dabit ætas.

S. Luc

S. Lucas hiſtoriam canonicam obſignans, aſſerit, Mariam tali vocabulo omnes ſuas gratias includere; ſic Actor. cap. 1. numer. 14. *Hi omnes erant perſeuerantes vnanimiter in oratione cum mulieribus, & Maria matre Ieſu, &c.* Quaſi omnium priuilegiorum epilogus in nomine Maria comprehendatur, ad quod diuiniſsimum vocabulum, eiuſque theſauros accedere, non poteſt. Audi Gerſonem 3. part. tit. 12 ſuper magnificat. Qui ſic Mariam alloquentem ſtatuit. *Hoc autem vltimum de me in Canone Scripturæ Catholicæ verbum reperitur expreſſum, quòd ſum Maria, mater Ieſu. Sed, ò ſapientiſsime Domine, Deus ſalutaris meus, quanta, & quam multifaria ſunt præter hæc dicta, docta, collataque; quæ ſi per ſingula ſcriberentur, nec ipſum, arbitror, mundum capere eos, qui ſcribendi ſunt, libros; & quoniam finis Legis Ieſus Chriſtus, & huius ego appellor Maria mater Ieſu, &c.* En quomodo nomen Maria geſtorum Chriſti, & Eccleſiæ centrum eſt. Actorum. Gerſon.

Ad hæc D. Damaſcenus oratione 2. de Natiuitat. Virgin. *Virgo ait, omnium encomiorum legem excedit; & ſi omnes in toto orbe diſperſæ linguæ in vnum coeant, eius laudes orationes conſequi non poſſent.* Tanta eſt copia Mariæ laudis, tanta eſt virtutum eius vbertas, abundanti pluuia Donorum Spiritus ſancti irrigata. D. Dam.

Quod attinet ad eos, in quorum labijs ſpecioſa eſt Deo Mariana laus, & non aliter: hæc accipe ex S. Baſilio oratione Annuntiationis. *Per quæ namque Chriſtum laudamus, per eadem matrē eius prædicamus, nam filij laus tota in parentes redddit, &c.* Hi ergo qui caſti, qui à terrenis auulſi, ab vberibus mūdi, hoc eſt, a delectationibus ſæculi ablati, à ſuperbia, vanitate, ambitione diſiuncti, hi congrui laudatores. Aptè ſcribebat vocatus Doctor: *Non eſt quorumlibet pro meritas laudes Mariæ perſoluere, ſed eorum qui diuinæ gratiæ ſplendore inſigniter illuſtrati ſunt, & ipſam tenerrimè amant.* Et ante hoc ſic effabatur: *Hoc eorum eſſe iudico, qui ſublimi rerum contemplatione plurimum valent, corpuſque, & animam probè repurgatam habent, &c.* Quid pulchrius? S. Baſil.

In hoc ſolum Maria Virgo commendatur, in quo eius filius, ac Dominus noſter; cum autem iſte non niſi noſtris bonis operibus & actibus honeſtis claudetur, ſic Maria ſerò non niſi in repurgata vita, probiſque moribus benedicitur. Quod autē Maria collaudetur, in eo quod eius filius, audi. Vbi in Vulgata habetur: *Laudent eam in portis opera eius.* Batablus. *Facta eius.* Septuaginta Interpretes: *Laudetur in portis* Batablus. 70. Interp.

Digitized by Google

tis vir eius, tranſtulerunt. Ac ſi apertè diceretur, quod in his benedicitur vir eius, & Deus. Cum autem Deus non laudetur, aut benedicatur, niſi in probis factis, & rectis operibus, ſimiliter Maria non niſi in virtutum actibus: Bona opera, & non ſimulata, ac affectata verba ſunt ſpecioſa laus eius.

Iſaiæ 62. Etenim Mariæ nomen præclarè apud eum veneratur, qui illud cordi ſculpet, manibuſque, ac ex ipſo ad benè operandum excitatur. Quod nomen aptiſsimè *ſculpi* dicitur, cum Iſaiæ 62. proferatur. *Et vocabitur tibi nomen, quod os Domini nominabit.*

Caietanus. Quæ verba per acutè, & eleganter noſter Caietanus expendens, ait: *Aduerte, verbum Machab, quod exponere vel explicare vertimus, propriè ſignificare, perforare, & hic ſignificat ſculpere* Quia tamen quæ Deus profert, ita ſunt rata, firma, & duratura; ac ſi ſtylo inſculpata eſſent lapide, aut metallo: Dicit Vates, *Domini os hoc nomen perforaſſe, ſeu inſculpiſſe.*

Ildeph. Hinc dicebat Auguſtinus. *Summa religio eſt, imitari quod colimus, &c.* Quod rectè etiam Ildephonſus monebat, ſcilicet, *Vt imitemur matrem Virginem, quam laudamus. Quoniam tantum illi prodeſt noſtra laudatio, quantum nobis eius imitatio. Vnde de ſponſo magis placet imitator deuotus, quàm laudator virtuoſus. Tantum vera laudatio cordis, imitatio eſt operis, &c.* Hæc Ildephonſus, ſerm 2. de B Virg. Et quid pulchrius?

S. Lucas. Sanè vox illa demoniaci ſuccłamantis in præſentiarum aptiſsimè occurrit, Luc. 4. *Sine* (ait ad Ieſum) *quid nobis, & tibi Ieſu Nazarene? Veniſti ante tempus perdere nos? Scio te quod ſis ſanctus Dei. Et increpauit illũ Ieſus, dicens: Obmuteſce, &c.* Vt quid diaboli vocem, nomen Domini præconantem increpat? Præclarè

Hugo. Hugo Charenſis quæſitum dirimit, ſic. *Nolebat etiam a diabolo nominari. Eccleſiaſt. 15. Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris, peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iuſticias meas, &c.* Sanè nihil tam indignum Mariano nomini, quàm per os peccatorum reſonare: ſatagit, ſatagit Maria, vt hi, qui ſcelorum ſuorum obſtinatione demoniaci ſunt facti, ipſam non nominent, eam non acclament. Purificato corde, abſterſis ab anima maculis per pœnitentiam, opera eorum congruenter buccinant, ac laudibus *M*ariam extollunt.

Chriſtus Dominus totius diſciplinæ exemplar, & Magiſter de oratione acturus, & ad eam diſcipulos hortaturus, prius de reliquis virtutibus agit Matthæi 6. Vt innueret virtutes præmittendas eſſe orationi, ſalutationi factæ Deo, & poſt ipſum parenti Virgini. Accinit Richardus a Sancto Laurencio, lib. de laudib.

Virg.

Digitized by Google

Virg.cap.8. *Minus efficax, & vtilis eſt Mariæ ſalutatio vel directa ad eam oratio, cum præſumitur ab indigno; vnde antequam Dominus orare doceret diſcipulos Matth 6. præmittit de virtutibus inſtructionem* Hæc Richardus. Richard.

Recole Petrum Berchor. verb. ſalut. Solin. de Elephãte; nõ prius è cubiculo egredientem ſolem aſpicere, ipſumque ſalutare, quã ſeſe multoties aquis abluerit. Non aliter Maria ſalutanda, ac laudibus efferenda, niſi qui impurus, & lutulentus non exiſtit, ſordibus abſtergatur, & mundetur. *Salutari debet Maria iuxta illud Apoſt. 1. ad Chorinth. 16. Salutate Mariam, quæ multum laborauit in fratres, exemplo Elephantum, qui, teſte Solino, poſtquam aqua loti fuerint, ortum ſolis quibuſdam nutibus ſalutant.* Hæc Berchorius. Berch.

En tibi, quis ad Mariæ nomen deuotior, quis Marialium laudum pulchrior buccinator, nempè, qui eius intenſius virtutes imitatur, ac ſtudioſius proſequitur. Quod ferè idem de ipſius nomine, ac de Ieſu proferendum autumo. Etenim de Paulo Actorum 8 v. 10. dicebatur. *Vas electionis eſt mihi iſte, vt portet nomen meum, &c.* Quomodo autem portare debebat diuinum nomen? Addit Dominus. *Ego oſtendam illi, quanta opporteat pro nomine meo pati.* Vt ita ei nomen ſuum inſculperet. Hinc illud Sancti Thomæ. *Portauit Paulus nomen Ieſu in corpore, conuerſationem, & paſsionem eius imitando.* Actor. D. Thom.

Prouerb. 31. ſurrexerunt filij eius, & Beatiſsimam prædicauerunt, &c Punge illa. *Surrexerunt filij eius*; quare, non ſedentes neque recumbentes, ſed dumtaxat, poſtquam ſurrexerunt, laudibus extollunt? Præclarè Richard. à Sanct. Laur. lib. 2. par. 5. *Qui enim digne vult prædicare Mariam, aut ei ſeruire, prius debet ſurgere à peccato per pœnitentiam, quia non eſt ſpetioſa laus eius in ore peccatoris, ideò prius dicitur: ſurrexerunt, &c.*

Nulli enim melius Mariæ nomen inſculpitur, quam qui Deiparæ virtutes, vitã, mores, imitari ſtudet, veſtigiaque ſequi. Sculpatur ergo cordi hoc nomen, ſculpatur, & manibus: vt operibus ſe quis probet Mariæ ſeruum, ac laudatorem dignum agnoſcat.

Olim Chriſtianorum conſuetudo extitit, vt Chriſti nomen manibus ſcriberetur. Quod etiam apud priſcas aliquas nationes celeberrimum fuit; vt ſui regis ac Domini nomen in aliqua parte corporis conſcriptum portarent, præcipuè in manibus: vt eueniet temporibus Antichriſti, cuius nomen nefandum fronte, & manu ab eius ſeruis palam ferretur; de quo in noſtro

libro

Digitized by Google

libro de AntiChriſto diſſeruimus. Pulchrius, & ſanctius erit Auguſtiſsimum Mariæ nomen operationibus præferre, vt cordi per dilectionem hæreat, & manibus, virtutum actibus. Quô accinunt illa Richardi lib. 4. de laud. Virg. Mariæ. *Nota* (ait) *quòd quidam habent Chriſtum, & Mariam in corde per dilectionem; alij lingua per laudem; alij in codice per ſcripturam; alij in manu per operationem, ſinè qua tria prædicta non ſufficiunt, quia probatio dilectionis exhibitio eſt operis, & iſti ſoli remunerabuntur, &c.* O quam à Mariani vocabuli veneratione elongantur, qui talem appellationem, nec lingua proferunt, nec præ manibus geſtant! Et quamuis vocaliter ferant, ſi manibus impugnant, ac operibus diſonant, inutilis eſt laudatio, inanis deuotio, infructifera deprecatio.

Rich. à S. Lau.

Igitur, qui ſalutem quærit, qui vitam, qui ſanctitatem cupit, qui cœlorum portum arripere præoptat, ſanctum iſtud Mariæ nomen inuocet; & quod magis eſt, Mariam imitetur, eius inſequens veſtigia, vt illius patrocinio cœlorum ingrediatur ianuas, ac cœleſtes illi theſauri pateſiant.

Curru Elias in cœlum rapitur; in quo placidiſsima vita, morte non guſtata, vſque ad hanc diem viuere, certum eſt. Sed cur Propheta iſte inter cæteros mortales tali potitur munere, ac tam ſpeciali gaudet priuilegio? Sanè, quia Marianæ Virginitatis in ſpiritu viſæ extitit imitator, certè videbat Marianam puritatem, quo exemplo motus nuptias repudiare, Virginitatemque amplecti decreuit. Sicque carnalibus voluptatibus renuntians, curru igneo in cœlum euehi meruit. Vt habetur 4. Reg. 2. & Eccleſiaſtici 48. Et præclarè Methodius excogitauit Homilia in feſto Purificationis ad Virginem alloquens. *Puritatis tuæ, ò Virgo, Elias Propheta præſcius, atque imitator inſpiritu cum eſſet, vita illius ignifera ſibi coronam coligauit; in hunc vſque diem diuino ſuffragio morte ſuperior declaratus, &c.* En quomodo Elias Paradyſum ingreditur, non dumtaxat quia Marianas buccinat laudes, ſed quia eius etiam imitatur virtutes, eius puriſsima inſequitur veſtigia, ac greſſus amplectitur.

Method.

(***)

ARO.

Digitized by Google

AROMA VIII. MORALITATIS.

Quam grati apud Deum Virginis ſcriptores, eiuſque NOMINIS MARIA *mira perſoluentes, quàmque Virgini chariſſimi? Rarus in huius confirmationem euentus.*

QVicumque huic Virgini honores debitos, inſigniaquè exibuerit præconia, nullam iniuriam Chriſto irrogat; cum omnis matris laus ad filium reddat, cuius meritis euecta eſt. Honorare Mariam, Chriſtum, eſt, honoribus extollere; ipſam ouantibus, vocibus, aut laudatorijs ſcriptis elucidare, luci ipſi Creatori ſuo, eſt, lucem dare, ac Dominum noſtrum dilectum ſuum laudibus efferre. Hæc vt intelligas, quàm certa, ac indubitata exiſtant, quôdquè pignus magnum illi offeras, adeôque ſuauiſsimum nectar illi propines, intellige, quòd Mariæ, & Dei vnus, & idem honor: cum eius gloria in filium redundet. Non procul abſre Arnoldus tractatu de laudib. Deiparæ, vbi ſic ait: *Cum enim debitæ venerationis ſumma ad Chriſtum reſpiciat, ex cuius plenitudine roratum eſt deſuper, quòd Maria ſit gratia plena: manifeſtum eſt, indiuiduam eſſe matris, & filij gloriam; & commune eſſe vtriuſque præconium, &c.* Preme illud: *Et commune eſſe vtriuſque præconium.* Etenim omnes illi, qui tametſi non idonei, ſaltem beneuoli buccinatores Virginis laudum exiſtunt, iiſdem encomijs Deus ipſe celebratur. *Arnoldus.*

Sicut enim Luna non ſuo, ſed ſolis radianti lumine ſplendet, ita vt vtriuſque luminaris, communis ſplendor, idem fulgur, ac eadem rutilans lux: *Sic* Mariæ, ac Dei, idem præconium, eadem laus, communis prædicatio. Quod ſimile Lunæ, & Solis ad præſens eleganter adaptat Rupertus lib. 6. in Cantic. *Sicut Luna* (ait) *illuminat luce, non ſua, ſed ex Sole accepta: ſic, Beatiſsima Virgo, hoc ipſum, quo iam lucida es, non ex te habes, ſed ex gratia diuina, &c.* Et paulô poſt ita loquitur: *Sic te honoramus, atque concinimus, vt verè Dei genitricem ſcientes; quoniam honor impenſus matri proculdubio redundat in filium, &c.* En iam *Mariæ* honorem redolere honorem *Dei*, ac *Mariana* præconia diuina encomia ſapere. *Rupert.*

Hi nominis *Maria* laudatores, eius mira prædicantes, ſiue egregias laudes ſcribentes, poſtes oſtij *Mariæ* nuncupantur, iuxta illud Prouerbiorum 8. verſ. 34. *Beatus homo qui audit me, & qui*

Prouerb. *qui vigilat ad fores meas quotidie,& obſeruat ad poſtes oſtij mei,* Beda. *&c.* Vbi per,poſtes,Beda, Cayetanus, Hugo Charenſis Docto- Caietanus. res,*M*agiſtros,ac Prædicatores intelligunt.Quibus accinit Sa- Hug.Char. lazarius.*Per poſtes*,ait,*intelligo Doctores ſanctos, qui ſanè nos* Salazar. *ad Virginem manuducunt.Et per eos,quaſi per limina ad illam a- dire poßumus* Nam dum tanta,tamque ſublimia de Virgine prædicant,quanto amore á nobis proſequenda, quanto ſtudio colenda ſit,declarant.

Ad quem locum diſcutiendum ocurrit:Cur Maria dicatur, *ad fores ſtare*,oſtioque præſentialiter ad eſſe?Eſt nè Regina cœli ad fores,aut ad ipſius oſtium? *Aſtitit* (mi *D*omine) *Regina* Genebrar. *adextris tuis,in veſtitu deaurato, circumdata varietate* canebat Dauid Pſalm 33.Ad quæ Genebrardus. *Aſtitit ſponſa tua, coniux tua,non in oſtio,ad dexteram tuam, in conſimili bonore.* Quare ergo ad oſtium ſtantem ſponſus ſcribit,quam ad dexteram ſuam omnipotẽs collocat? Accipe quomodo noſter ad Marianas laudes flectat excurſus.In portis ciuitatũ, in foribus,aut opidorum poſtibus iudicialia ſubcellia erant,publicaque agebantur iudicia,vbi iudices pro tribunali ſedebant.Qua propter *D*auid Regius Vates ad Chriſtum viuorum,& mortuorum iudicem conſtitutum Prophetice pſallebat: *Qui exaltas me de por-* Dauid. *tis mortis*.Ideſt,qui ex iudicio illo extremo,quod poſt mortem ſubire debeo,eripis me,& ſaluum me eſſe iubes.

Hoc ergo dato:quare laudatores *M*ariæ eam ad poſtes oſtij prædicant,& in portis encomia ſua modulantur?vtique,quia Mariæ tot tantæque laudes offerendæ ſunt,vt in portis mortis, vbi peccata aliorum hominum panduntur,referantur,ibi priuilegia Virginis,gratiæque eius lingua hominum, cœleſtium agminum,& ipſius *D*ei dulciter decantabuntur. *N*on longè abeſt explanatio Anſelmi,ſermon,2.de Deipara,quo Mariam in portis mortis non afflictam,non tentationem iaculis confuſam,oppreſſam,aut minimè titubantem,ſed mirificè Cherubicis,ac cæterorum ſpirituum laudibus exaltatam,nomineque *M*aria ſublimatam depingit,ac eleganti penycillo conſcribit. *Ecce, iam nunc in exordio diei,vt primitias laudum,tibi hoc encomium Archangelus contexuit dicens*: AVE MARIA *gratia plena, Dominus tecum. Beatam te prædicant omnes Angelorum Hierarchia,& Hierarchicas manus attollentes,benedicunt tibi in cœlis, benedicta tu in mulieribus,& benedictus fructus ventris tui,&c.* Hucuſque deuotus Anſelmus.

Lau-

Laudent ergo Mariam omnia ſupernorum ſpirituum agmina,& vt ſanct.Bonauentura in Pſalt.Dominæ ad laudes. *Cantate Dominæ noſtræ cāticū nouum,laus eius nō in ſanguinum cætu, ſed in Congregatione Sanctorum:exultationes eius in gatture iuſtorum:& laudes eius in cætu triumphantium, &c.* Vbi autem laudes iſtæ promendæ ſunt,& inſignia celebranda? *Laudant eam in portis*,decantat ſponſus,ô Virgo Deipara,ô Angelorum dominatrix,quis non te dignam iudicet, vt tuæ laudes ſuauiſsimo canantur plectro,ac melifluo repræſententur accentu! Vt cum ad portas adueneris, non tibi quemadmodum cæteris intendatur,non lis aliqua,ſeu cauſa tua diſcutiatur , ſed pro iudicio laudes,pro anguſtijs delitiæ , pro anxietatibus voluptates, pro horroribus obſequia perlucida commutabuntur,quibus tota cœli curia perſonabit. *D. Bonau.*

De gratitudine Deiparæ erga ſcriptores , concionatores ſuos;eiuſque auguſtiſsimum *NOMINIS MARIA*,exaltantes,& quomodo eius pectus iuuandis mortalium afflictionibus natum ſit;conſule hiſtorias,quibus quam plurima collata beneficia inuenies illis Doctoribus pijs,qui prædictorum agminū ſpirituum veſtigia inſectantes,& dulciter Deiparæ geſta modulantes,ipſam eiuſque nomen ſcriptis,aut concionibus elucidarunt.Bernardus eius vbera ſuxit. Ildephonſus ab ipſa caſulla è cœlo lapſa,ac diuinitùs emiſſa indutus, D.Thomas Aquinas ab ipſa conſolatus Et non aliter S.Ioannes Damaſcenus,cuius gratum erga Deiparam animum palam effecit ipſa Virgo , vt teſtatur Prudentius ex geſtis eius per hæc. *Prudent.*

Ioannes Damaſcenus Virgo permanens Virgini Beatæ deuotus,eiuſque *NOMINIS MARIA* cultor. Græcis litteris,& artibus liberalibus inſtructus,in ſcribendo,dictando gratioſus;captus à Sarracenis,filium Domini , cuius artem ediſcerat dictamine in Scriptura,& in alijs ad ſcientiam pertinentibus ſic inſtruxit,Vt in dictamine,littera, & voce, non niſi Ioannes putaretur.Amatus Ioannes à Theodoſio Imperatore , cum apud eum eſſet diſcipulus,inuidia agitus,& litteram dictauit, & ſcripſit contra ditionem Imperatoris,& Imperij continentem; quàm furtiuè Conſtantinopolim miſsit , in palatioque Imperatoris proiecta , inuenta eſt,& lecta. Modus dictandi , & forma litteræ cognoſcitur eſſe Ioannis.Ab Imperatore Ioannes accerſitus,conuitijs,& iniurijs conuicitur , & proditor Imperij appellatur,

Digitized by Google

Tandem poſt alia in deteſtationem tanti ſceleris manus dextera abſciditur,& includitur in Monaſterio Ioannes. Mox ille ad imaginem ſpecialis Dominæ ſuæ veniens, operto vultu, & extenſo brachio, eam deprecabatur dicens: Hæccine Domina mea, Deipara Maria, noſtrorum ſunt præmia meritorum, digne me pro meritis flagellare voluiſti. Sed vt quid inſtrumentum officij tui permiſiſti penitus abſcindi, quo laudes tuas,tuique auguſtiſsimi,ac dulciſsimi *NOMINIS MARIÆ* ſcribebam?

Hæc, ô Deipara Maria, quippè manus hymnorum laudis tuæ, tuique *NOMINIS MARIÆ* Cantica ſæpius ſcribendo parabat,& corpus, & ſanguinem filij tui offerebat. Cumque talia per oraret,ipſi in lectulo,nec plenè vigilanti,nec dormienti Beata Virgo Maria cum magno lumine circumfuſſa,facie ad faciem eidem apparens,dixit: Quid agis? Ecce ſana facta eſt manus tua,qua *NOMINIS* mei *MARIÆ*,magnalia per ſoluebas.Caue,poſt hęc ne ſiſtas,ſed calamum eam fac ſcribe velociter ſcribentis, quemadmodum nunc pollicitus es.

Euigilauit Damaſcenus,& manum contemplans,curatam videt,tunc exultare cæpit ſpiritu in Deo ſalutari ſuo, & matre eius,ſuoque dulciſsimo *NOMINE MARIÆ*, quia fecit ſecum magnalia, qui potens eſt,& ſanctum nomen eius.

Auget præcedentis miraculi fidem lineola,quam manus Damaſceno reſtituta ſeruabit,nimirum ad certius iudicium præcedentis diſciſsionis Quod miraculum in Damaſceno factum, & Mariæ dulciſsimę inuocationis effectus,carmine pio ſequenti, ſtyllo ſuccinto à Claudio Roilleſo complectitur.

Dextra Damaſceno,quæ quondam ſciſſa,leonis
Procurante dolo,ſuppoſitaque manu,
Chriſtiparæ auxilio,ſic reddita ſana precanti,
Atque apta ſuo, ſecta erat inde,loco:
Scriberet,vt poſt hæc citius,meliuſque magiſque
Vnum,qui in triplici numine numen habet.

Sic canit Claudius.

ARO-

AROMA IX.

Angeli non idonei ad Mariæ Virginis, eiuſque NOMINIS MARIÆ *mira detexenda.*

SAnctus Bernardus, ſermon. de verbis Apocal. *Abyſſus* (*Mariam* intelligit) *eſt luminis, nec facilè dixerim, quòd vel Angelicus oculus ad huius fulgoris vehementiam non caligat.* Duo aduerte, & quod ſit abyſſus luminis, hoc eſt, ſine fine, ſine termino, abſque vlla meta, exploſa prorſus omnis luminis menſura. Et illud etiam notare opportet, quòd Angelicus oculus ad Virginis fulgoris vehementiam caliget, & inſufficiens appareat, ſplendoribus ſanctitatis Mariæ obtenebratus. S. Bern.

Subtilis Chryſologus, ſermon. 142. de Annuntiation. Beatæ Mariæ Virginis, excogitauit non ſolum Deiparam ad ingreſſum Angeli timuiſſe, vt multi auſpicantur; ſed etiam diuinum illum, ac cœleſtem nuntium in talis ſalutationis initio ſtupuiſſe. Mirum valde! quod expaueſcat *Maria* intuens Archangelum, forma adoleſcentem, pulcherrimum, ſpecie decorum, limina domus eius attingentem, non demiror: in nimiam tamen admirationem rapior, quod cœleſtis nuntius perhorreſcat, & ad intuitum *Mariæ* tanto ſtupore teneatur.

Rectè timet, & iuſtè; cum prolaturus veniat *Marianas* laudes, & ſi diuinas cœleſti patria decantare aſſuetus exiſtat. Iam Chryſologus ad illa, *Aue gratia plena*, & hæc cum dicit: *Et ipſe Angelus miratur, aut fœminam tantum, aut omnes homines vitam meruiſſe per fœminam, ſtupet Angelus, &c.* Chryſolog. Et ſtatim ſubiungit. *Hinc eſt, quod remoratur Angelus, hinc eſt, quòd Virginem vocat de merito, de gratia compellat. Vix cauſam prodit audienti, ſanè vt ſenſum promoueat, vix longa trepidatione componit, &c.*

Ad hoc ſanct. Bernard. ſermon. 4. de Aſſumption. *Quænam poterit lingua, etiam ſi Angelica ſit, dignis extollere laudibus virginem matrem, matrem autem non cuiuſquam, ſed Dei, &c.* S. Bern.

Idem ſanct. ſerm. 4. in vigilia natiuitatis *Domini* teſtatur de illa, quod eſt, *Honorabilis mundo, amabilis hominibus, inueſtigabilis Angelis, omnibus admirabilis, &c.* Nec minus S. Epiph.

Digitized by Google

lib. de excell. Virgin. *Cui prædicanda* (Mariam intellige) *nec cœleſtis quidem Angelorum lingua eſt ſatis.*

Exod. Exodi 25, Moyſi præcipitur à Domino vt propitiatorium conſtruat. *Facies, & propitiatorium de auro mundiſſimo*, verſ. 17. Et poſtea iuxta propitiatorium collocandos iuſsit Dominus duos Cherubinos. *Duos quoque aureos, & productiles facies ex vtraque parte oraculi, &c.* Iſti autem Cherubim, quid erga propitiatorium ſunt operaturi? Subdit ſacra pagina. *Vtrumque latus propitorium tegant, expandentes alas* Ad quid ergo alas expandebant? Certè fatebantur ruditatem in acceſſu ad diuinum propitiatorium, quod Mariæ typus erat. Audi Andream Cretenſem.

Andr. Cretenſ. *Placa Dominum pro communi figmento, nam quandiu quidem verſaberis in terris, te habuit parua terræ portio; ex quo autem translata es de terra, te vniuerſus mundus continet commune propitiatorium.* Expunge illud. *Mundus te continet propitiatoriũ commune.*

Iſaias. Iſaiæ 6. num. 1 teſtatur Propheta ſanctus. *Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum; & ea, quæ ſub ipſo erant, replebant templum. Seraphim ſtabant ſuper illud, ſex alæ vni, & ſex alæ alteri, duabus velabant faciem eius, &c.* Hector

Hect. Pin. Pintus explicans hanc viſionem, & quare tegebant faciem ſuam illi diuini Spiritus, ſic fatur. *Ideò Seraphim, & caput & pedes tegebant, ſignificãtes, ſublimia eſſe diuina myſteria, noſtrumque intellectum tranſcendentia. In Pſalm. 64 Vbi communis verſio habet Te decet hymnus Deus in Syon. Habet diuini Hieronymi verſio, tibi ſilentium, laus Deo, &c.* Hucuſque Doctor. Ex quo perſpicuè conſtat, ſanctos illos Seraphim illam ſupremam ſedem, ac ſublime ſolium accedere, ac oculis aſpicere, non audere. Quare ſolium illud ſuum intellectum tranſcendere confitentur? Quid eſt hoc ſolium ſupremi Dei? Hugo ad hunc locum, ſic ait:

Hug. Car. *Myſticè per ſolium excelſum, & eleuatum intelligitur Beata Virgo Maria, in qua ſedit Dominus, & quieuit. De quo ſolio dicitur Hieremiæ 14. Solium gloriæ tuæ recordare, ne irritum facias fœdus tuum nobis, &c.*

Cantic. Canticorum 6. *Ferculum fecit ſibi Rex Salomon de lignis Libani.* Vides Mariam ſolium eſſe inmenſi Dei; Angeloſque velare facies ob diuinos micatus, illorum intellectum tranſcendentes. Etenim non audent, ſed plus ſilentio, quam vocalibus laudibus extollunt. Ad quod flectit D. Bonauentura quando ſuo Pſalterio in Cantico: *Te Dominam laudamus.* Appellat Mariam templum totius Dei. *Te glorioſus Confeſſorum exercitus Trinitatis*

D. Bonau.

tem-

templum appellat. Et ſtatim in eodem Cantico. *Tu templum, & ſacrarium Spiritus ſancti, &c.*

Ad Virginem Angelus nuntius ingreſſus reuerenter ſalutat, ac ingentis gratiæ Chariſmata prædicat, *Aue gratia plena, Dominus tecum.* Cur eam Angelus proprio non appellat nomine? Cur tam præclarum vocabulum euidenter non exprimit? Egregiè S. Bernardinus Senenſis, ſerm. 1. de nomine Mariæ. *Immenſitas quippè gloria eius omnis humani ſermonis excedit inopiam. Proinde fortè non nominauit eam Angelus: volens potius venerari ſilentio, quod non potuit exprimi eloquio.* Hæc S. Bernardinus. Veretur enim Angelus nomen *Mariæ* exprimere, & quaſi indignus illi apropinquare formidat: quare ſilentio implicat, quod ore proferre, non eſt auſus. Ber. n. Sen.

AROMA X. AD MORES.

Templa Dei inuiſenda maxima reuerentia. Plaudunt cœlites, iucundantur, dum in templis homines orationes fundunt, peccata deflent.

QVid mirum Angelos ad Mariam non appropinquare, nec eius ad plenum laudes buccinare, poſſe: Cum ipſa Deipara ſedes Dei, templumque omnipotentis ſanctiſsimum exiſtat? Locus enim Sacer, qui in Dei templum eſt deſtinatus omnem munditiem, & ſanctitatem amat: ita vt & Angelus, aut quiſquis ſit, illuc appropinquare non audeat,

Duo mihi Prophetæ Abraham, & Moyſes in mentem veniunt: ille templum Dei ſacrat, iſte autem rubum, in quo Deus erat, accedere, non permittitur, Exod. 3. *Ne appropries huc, ſolue calceamenta de pedibus tuis; locus enim, in quo ſtas, terra ſancta eſt, &c.* Quis non miretur, quòd ad Dei templum Abraham admittatur, & *Moyſes* dilectiſsimus *Deo* Propheta talibus aſperiſsimis arceatur verbis? Abraham cum filio locum pedibus calcat, terram eius conterit; Moyſes autem calceos exuere admonetur: quis non ſtupeat? Fortaſis Ægyptia calceamēta, quæ *Moyſes* portabat, vtpotè immunda, & peccatorum ſigna, hunc ingreſſum in terram ſanctam impediebant? Ita Origenes excogitauit, hom. 8. in Geneſ. *Moyſes cum veniſſet ad locum, quem oſtendit ei Deus, non permittitur aſcendere, ſed ante ei dicitur: Solue calceamentum de pedibus tuis. Abraha nihil horum dicitur, neque Iſaac; ſed aſcendunt, nec calceamenta deponunt. In quo illa* Exod. Origenes.

fors

fortaſsis eſt ratio; quod Moyſes, quamuis eſſet magnus, tamen de Ægypto veniebat, & erant aliqua mortalitatis vincula pedibus innexa. Hæc Origenes. Soluat calceamenta Moyſes, quæ immũditiem aliquam Ægyptiorum redolent. Abſtergat á ſe, & deponat calceos, in quibus aliqualis eſt imago peccati: quia locus ſanctus peccatum vehementer cauet, immunditiam fortiter abhorret, totum enim petit mundum, totum ſanctum.

Matth. Matthæi 28. perpendens Dominus Iudæorum in paſsione rabiem, hæc effatur. *Quotidie ſedebam in templo docens, & non me tenuiſtis.* Quæ Diuus Chryſoſtomus enucleans, inquit. *Eum in templo non tenuerunt. Propter quod Dominus foras exiuit, vt ex loco, & tempore daret eis aptitudinem ſe capiendi.* Dum enim in templo aſsidet, impiorum rabies non exprimitur, terrebat eos ſanctitas loci, diuinitas domus infrænabat impetum, vt poſſet capi, qui emori decreuit: è templo exiuit, vt ſic in eum hoſtes irruerent, Aliter enim, in ipſum templo munitum non audèret impietas. Vide; ô Homo, efrænatum cor tuum. Etenim timeo, ac grauiter lamentor, quod nullum ſit pratum diuinum, quod non per tranſeat luxuria tua, quod non violet tuus prabus aſpectus, immundities, & deprabata loqutio.

Chryſoſt.

Ioannes. 11 Ioannis 11 in illa Enceniarum feſtiuitate, inter tot templum ingredientes; ſolum Dominus (ait Euangeliſta) *deambulabat in porticu Salomonis.* Etenim Dominus templum intrare renuebat. Et cur mi Domine in porticu deambulans, intra domum tuam aſsiſtere non vis? Præclare Auctor operis imperfecti, aut D. Chryſoſtomus ad illa Matthæi 24. *Egreſſus de templo ibat, &c. Ingreſſus eſt (ait) Dominus templum, quærens ſanctitatem templi; ſed cum in templo nihil inueniret proprium templi, egreſſus de templo ibat. Quia ædifficium quidem ſtabat, quod erexerant homines, ſanctitas vero ceciderat, quam erexerat Deus: nam templum hominum eſt ædificatio pulchrè compoſita. Dei, eſt congregatio electorum religioſe conuerſantium.* Sic Chryſoſtomus, aut quiſquis eſt auctor. Ita Deus homines templa prophanantes abhorret, ita deteſtatur, qui templum quærunt, vt Chriſtum libidinibus ſuis iterum dirè excarnificent.

Chryſoſt.

Digni ſunt domus Dei prophanatores, vt ab ipſa veluti excommunicati expellantur. Nam ſi ipſam ad nugandum, colloquen-

quendumque impudicè frequentant, æquum eſt, vt nec vita, nec morte ipſius templi fauoribus, aut priuilegijs potiantur. Poſt Adami lapſum, ipſi allaturus ſententiam Dominus, Paradyſum ingreditur. Perſonat ira, tonatque iudicis ſententia, hominem terræ inſudaturum adſtringit, facit eſſe mortalem, fructu vitæ interdicens, à voluptatis loco reos excludit.

Et in acceſſum reddit hominibus Paradyſum. Sed ad quid Paradyſum, quem homini condidit Deus, ipſum illi interdicit, ac gladium igneum in cuſtodem apponit? Egregie Moyſes Barcepha reſpondet. *Æquum non erat, vt locum obtineret ſacrum, poſtea quam illum lege violata per peccatum prophanaſſet, & erat illud tantum delictum hoc exilio dignum.* Quid ſapientius? Non vtique meretur dignitate gaudere loci, qui eum impudicè dedecore affecit, irriſione prophanauit, ac immoderatis vitæ ſuæ actionibus infecit, & viriliter læſauit. *Moyſes Barcepha.*

Hinc vehementer Chryſoſtomus lamentatur, homil. 36. in 1. ad Chorinthios, atque acriter in tales inuehitur prophanatores. *Hic verò* (ait) *magnus tumultus, magna confuſio, nihilque à caupona differunt noſtra, tanta turba, tantus riſus, quantus, quantus in balneis, quantus in foro, clamantibus omnibus, tumultuantibus omnibus.* Et poſt aliqua annectit. *Quid? Domos ad nugandum non habetis? Eccleſiam Dei contemnitis? Si quis eſt, qui modeſtus, qui tacitus eſſe velit, corrumpitis. Nunc autem Eccleſia a foro nihil differt, & ſi non ſit temerarium dictu, fortè nec ſcena ipſa adeò proſtitutis ſcortis petulantius, quæ huc mulieres congregantur: ſe ſe comunt, & ornant. Si quis corrumpere Matronam conatur, locum hunc maxime idoneum putat. Emere quid, aut mercari lubet? Magis idonea Eccleſia eſt, quàm forum. Sæpius enim de rebus his, quàm in officinis loquuntur. Dicere mala, audire mala vis? Etiam hoc frequentius hic, quàm foris; omnia denique hic facilius quàm foris deprehendes.* Hæc Chryſoſtomus. *Chryſoſt.*

Nonnè miſerrima mundi calamitas, nonnè extrema orbis ruina, nonnè deflenda perditio? Vtique, ô chariſsimè! Cum (proh dolor!) omnia hæc peccata ſæpè numero ad Dei templum, vt ad aptiorem locum patranda, referuntur.

Apocal. 8. Apocalipſis 8. *Cum apperuiſſet ſigillum ſeptimum, factum eſt ſilentium in cœlo quaſi media hora.* Non parua inter Doctores agitatur quæſtio; quid ſit hoc in cœlis ſilentium, & ex qua cauſa ortum fuerit? Sane, ſilentium per dimidiæ horæ ſpatiũ (omiſsis alijs placitis) nihil niſi lætitiam, ac hilarem admirationem innuit. Quia cœleſtes ciues ſuperfuſsi, quid mirabile in terris ſpectabant. Sed rogo, quid videbant, quid in terra intuebantur, vt ipſos in hilares, ac lætabundos euocaret Plauſus? Audi capitis præcedentis vltima verba. *Et dixit mihi; hi ſunt, qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt ſtolas ſuas, & dealbaverunt eas in ſanguine agni; ideò ſunt ante thronum Dei, & ſeruiunt ei die, ac nocte in templo eius, &c.* En quomodo ex frequentia pia, ac Religioſa Templorum, pœnitentiumque profluentibus lachrymis tota curia cœleſtis inenarrabili afficitur lætitia, ſilet prægaudio, atque in ſtuporem placidum commouetur. Sic paraphraſis latina: *Factum eſt ſilentium in cœlo, quaſi media hora ob ingentem admirationem, quæ cœlites omnes rapuit, viſis hominibus* (in Templo) *peccata deflentibus, Deoque eorum lachrymas abſtergente, &c* Quid deuotius? Hominibus in Templis ſcurrilia colloquentibus, vana pertractantibus, indebita, ac inhoneſta perturbatione perſtrepentibus, & quod longe peius, horrendum dictu! incautis, impudicis actionibus ludentibus, tota cœleſtis militia in eorum vltionem obarmatur, irruit, inſurgit, aggreditur. Aſt, ſi ſcelera deflent, præcationes humiliter, ac deuotè perfundunt, curia cœleſtis ſilet, reueretur, plaudit, Deuſque omnem lachrymam ab oculis peccatorum abſtergit, ac in ſui gratiam lætanter acceptat.

AROMA XI.

Infinitæ tantummodo omnipotentis Dei agnitioni pateſiunt exacta Virginis, NOMINISQVE MARIA *laudes; cæterorum captui ignoteſcunt.*

NOmen ſacroſanctum Mariæ omnem creatam intelligentiam euincere, omnemque intellectus limitati rationem ſuperare, nullus ambigit. Sic D. Bonauentura in ſpeculo cap. 1. D. Bonau. *Hoc nomen* (ait) *Maria non à Gabriele, ſed à fidelium deuotione, & ab Spiritus Sancti inſpiratione interpoſitum eſt, &c.* Expunge illud. *Spiritus Sancti inſpiratione.* Certè ſolùm eius magnalia flamen Diuinum emittere, non humanum perfectè valet.

Quod

Digitized by Google

Quod vtique (teste Petro Damiano) *de theſauro diuinitatis, protinus vt noſcitur, Mariæ nomen eſt euolutum, &c.*

Propheta Ezechiel 40. num 3. aliquando conſpexit virum duplici menſura, calamo, & funiculo amictum, quibus Hieroſolimam, eiuſque templum metiretur. Cuius viſionis ſenſus myſticus erat, neminem futurum fuiſſe in Eccleſia, qui certam, limitatamque menſuram ſpiritualium Donorum tam gratiæ, quam gloriæ, non haberet. Sola Deipara Virgo tam multis diuitijs cœleſtibus, gratiæ, & Donorum ſpiritualium ſuperfunditur, vt eas ſinè pondere, & menſura accepiſſe, videatur. Sic S. Anſelmus lib. de excel. Virg. cap. 8. poſt alia innumera præconia, ad Mariam orationem flectit. *Quid amplius dicere poſſum? Domina mea, immenſitatem quippe gratiæ, & gloriæ, & fœlicitatis tuæ conſiderare cupienti ſenſus deficit, lingua fatiſcit.* Expende illud: *immenſitatem gratiæ* Sinè *menſura*, hoc ſonat immēſum. Sinè pondere exiſtere Marianas laudes, affirmat S. Anſelmus. Solo diuino lumine immenſo comprehenſibiles, quia obiectum adæquari apetit potentiæ. Ezechiel Anſelm.

Cantic. 2. v. 6. Sponſus ad Sponſam, & e contra. *Dilectus meus mihi, & ego illi.* Quis ſponſus? Deus. Quæ Sponſa? Virgo Deipara, Regina cœli Maria. Ita in ſenſu myſtico omnes. Quæ autem conuentio, aut reciprocatio Mariæ ad Deum, & Dei ad Mariam, vt Deus ſolus ad Mariam, & Maria quaſi ſola ad Deum? Nonnè Maria Creatura? Nonnè Deus creator? Audias Gregorium Niſſenum oratione 5. in Cant. ſic allicientem. *Ego quidem dilecti, ſeu Sponſi mei ſum: & Sponſus meus, meus eſt.* Ac ſi diceret. Dilectus meus totus quotus eſt, totus meus eſt proprius: ego quoque tota illius propria peculiaris, & perpetua ſum. Vice verſa, loqutio vtiquè ſimilis quæ apud Plautum reperitur in Moſtell. act. 1. vbi in perſona puellæ amantis ait. Cantic. Gregor. Niſſen.

Solam illi meo, ſoli cenſeo eſſe opportere obſequentem
Solam ille me ſoli, ſuoque liberauit.

Vbi animaduertat lector prudens, quo dilectus Mariæ ſolus illi, ſolus Sponſus ad Sponſam agnoſcendam ſufficit. Hoc eſt, quod ipſe Deus inſcrutabili ſapientia ſua, theſauro ſuo incomprehenſibili ſcientiæ, laudes Mariæ enumerare valet.

Prouerb. 31. verſ. 27. dicitur. *Surrexerunt filij, & Beatiſſimam prædicauerunt, & vir eius laudauit eam.* Quis eſt talis vir Mariæ, qui laudauit eam, & ad quem ſpectat laus Mariana? Prouerb.

Audi

Audi Salazarium ad hunc locum. *Duos quidem Deiparæ com-*
Salazar. *mendatores numerat hic Salomon, filios quidem, atque virum*
eius. Per filios, intellige ipſius ſtudioſos amatores, quos ipſa ma-
terno ſtudio complectitur. Per virum, eius Sponſum Spiritum
Sanctum. Et quidem laudes Mariæ non ab alijs, quàm ab his filijs
& Sponſo vſurpari, par erat, &c.

Sedulò age vlterius, & diſcute præfata Prouerbiorum verba.
70. Interp. *Surrexerunt filij; & Beatiſsimam prædicauerunt, & vir eius*
laudauit eam. Septuaginta Interpretes ſic habent. *Eleemoſyna*
autē eius ſuſcitauit filios ſuos, & ditati ſunt; & vir eius lauda-
Sant. Pag. *uit eam.* Santes Pag. *Surrexerunt filij eius, & Beatam dixerūt,*
& vir eius laudauit eam. Batablus; *ſurgunt filij eius, & Beatū di-*
Batab. *cūt eā: & vir eius ſurgit, & laudat eā.* Neruus difficultatis in hoc
ſiſtit. Si ſurgunt filij eius, quomodo non laudant eam? *Et vir*
eius ſurgens laudauit eam? Tantum laudare Sponſam ſpectat ad
virum eius? Quid hoc? Etenim ſacra Pagina canit, quod Spon-
ſus laudat præcisè, quia ille Sponſus, nempè Spiritus Sanctus
tantummodo fideliter Mariam celebrare, valet. Vlterius, pen-
de: *verbum, ſurgit*, quia Deus, non *ſedens*, *ſurgens* (Honoris
cauſa) laudat Mariam.

Accinit ad hoc Dioniſius Cartuſianus in commentarijs
Dioniſius. huius loci. *Et vir eius laudauit eam: quia Chriſtus eam com-*
Cartuſ. *mendat multipliciter, ac præclarè, vt potiſsimè patet in Canticis.*
Solus Deus dignus præco Mariæ. Quod eleganter reliquit Di-
Ildeph. uus Ildephonſus de Virg. Maria cap. 3. *Spiritus Sanctus de illa*
per Prophetas prædixit, per oracula intimauit, per figuras into-
nuit, per præcedentia promiſsit, per ſubſequentia compleuit, &c.
Et infra tractatu de Virg. Deipara teſtatur: *Pro illius excellen-*
tia depugnare, opus eſt Spiritus Sancti, & virtutis Altiſsimi, qui
eam obumbrauit.

Non minus perdoctè S. Bonauentura Seraphicus Doctor
in Mariali ſuo, & Pſalterio ſic canit. *Iucundus homo, qui non ſa-*
D. Bonau. *ciatur in laude tua, exortum in corde illius lumen Dei, Spiritus*
Sanctus illuminat intelligentiam eius.

Canticorum 6. num. 6. Ipſa Sponſa cum Deo alloquitur.
Cantic. *Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus*, Si Deus pulcher eſt,
quare & Maria etiam vt pulchra? Reſpondet Hugo Victor ſer.
de Aſſumpt. in 2. tomo ad finem. *O qualis ſocietas, totus pulcher*
Hug. Vict. *totam pulchram ſibi faciat. ego totus pulcher, quia totum quod*
pulchrum eſt, in me eſt, tu tota pulchra, quia nihil quod turpe eſt,
in te eſt. Pulchra in corpore, & in mente: in corpore pulchram te
fecit

fecit integritas Virginitatis; in mente pulchram te exhibet virtus humilitatis. Tota pulchra eſt corpore niueo, mente ſincera. Et ſtatim quaſi ſe ipſum exponens ſic teſtatur. *Nec alia talem decebat, nec alius tali inueniri poterat.*

Oſtenſa eſt dilecto Ioanni Euangeliſtæ cap. 25. Apoc. illa ciuitas ſanta Hieruſalem de cœlo deſcendens, circumamicta fulgore magno. Hæc autem ciuitas quid myſticè niſi Maria Virgo? Sic eam appellat Eccleſia (ciuitas Dei.) Sed conſiderare lubet, quod ad eam metiendam ſignata fuit menſura arundinea, aurea. *Et qui loquebatur mecum* (ait diuinus Vates) *habebat in manu ſua menſuram arundineam, auream.* Et in eodem capite rurſus. *Et menſus eſt ciuitatem* Dei *arundinea, aurea, &c.* Quare ergo ad menſuram ciuitatis Dei, ſcilicet, Mariæ, non argentea, non ænea, non lignea, nec alterius qualitatis, ſed præcisè *aurea* menſura ſtatuitur? Aurum in in ſacro eloquio diuinitatem dicit, quod proculdubio conſtat ex illo Canticorum 5. cap. 11. Vbi commendans Sponſum Chriſtum eius Sponſa, cecinit. *Caput eius aurum optimum.* Quæ verba veluti exponens *D.* Paulus 1. ad Chorinth. 11. ſic habet. *Caput Chriſti, Deus.*

Cantic.

D. Paulus.

Iuxta cuius expoſitionem penè omnes per caput aureum Sponſi diuinitatem intelligunt; Philo Carpatius, Iuſtus Orgelita, Caſiodorus, Theodoretus, Panonius. S. Anſelmus, Rupertus, Richardus de *S.* Victore, hom. 12. in *E*ccleſiaſt. Beda. Exquibus omnibus verba Anſelmi ſic. *Caput ideſt, diuinitas Chriſti, aurum optimum.* Ruperti. *Caput eius, diuinitas eius.* Sed & D. Gregorius Papa tũ in expoſitione in Cantica, tum lib. 34. morali. c. 13. in idem confluit iuditium, & in moralium loco fatur. *Sponſi caput aureum, dicitur, quia eius humanitas ex diuinitatis ſuæ nobis claritate principatur.*

Phil. Carp.
Iuſt. Org.
Caſiodor.
Theodor.
Panon.
S. Anſelm.
Rupert.
Rich a S. Victore.
Beda.
C. Greg. Pappa.

Quo ſuppoſito, metiri illam ciuitatem, ſcilicet, Mariam, aurea, hoc eſt, diuina menſura, ſiue ſcientia, aut cognitione Dei; ſignum clarum eſt, quod ad Mariæ virtutes recte prædicandas, lingua humana, & Angelica nõ ſufficiunt, ſed diuinam neceſſariam fore. Vnde Chryſologus ſerm. 140. *Quantus ſit Deus, ſatis ignorat ille, qui huius Virginis mentem non ſtupet, animum non miratur. Pabet cœlum, tremunt Angeli, creatura non ſuſtinet, natura non ſufficit.* Expunge illud: *Natura non ſufficit.* Deſideratur vtique aurea Dei cognitio, diuina ſcientia.

Chryſ.

Ad thalamum Reginæ Sponſæ, quis appropinquare audeat, niſi ſolus Sponſus? Nullus certè. Secùs, enſibus confodietur à

vigi-

Digitized by Google

vigilibus, malè à cuſtodibus agetur. Sicut enim extraneus nullus, aut peregrinus ad lectulum regium accedere conatur, Sic nulla creatura ad thalamum Regis regum Deiparæ, videlicet, Mariæ, cum ſolus vir eius laudet eam. Hanc ſimilitudinem per acutè inſequitur ſanct. Chryſologus, ſerm. 141. in hunc modum.

Chryſol. *Quantum ſecreti cubili ſit regali, quali reuerentia, quo tremore locus habeatur, vbi ipſa Principis requieſcit poteſtas, ad quã nulli extraneo, immundo nemini, nulli infideli pateat illuc, & permitatur acceſſus: quàm munda, quàm caſta, quam fidelia ibidem præſtolentur obſequia, imperialis aulæ manifeſtis docetur inſignibus. Quis ad ipſas palatii fores vilis? Quis propinquat indignus? Certè ad thalamum ſponſi, niſi ſatis proximus, niſi ſatis intimus, niſi bonæ conſcientiæ, niſi laudabilis famæ, niſi probabilis vita nullus admittitur.* Hæc Chryſologus. Quid plura? Sed ſpecialiter nota inter hæc aurea verba, illud quàm *nulli extraneo* (creaturam intellige) & aliud: *ad thalamum ſponſi non niſi ſatis proximus* (Deum accipit.) Hinc perſpicuum ſatis relinquitur, quomodo a ſanctis Doctoribus Mariæ noſtræ Deiparæ incomprehenſibilitatis nomina tribuantur,

D.Bern. D.Bernardus ſermon. 4. Aſſumpt.

D. Bonau. *Ineffabilem*. S. Bonauentura in ſuo Pſalterio non ſemel *Abyſſum ſanctitatis* prædicant.

Eccleſiaſtici 1 Sic profert ſacra Pagina. *Altitudinem cœli, latitudinem terræ, & profundum abyſſi quis dimenſus eſt?* ſcilicet, vt plerique Doctorum adſtruunt, nullus. Quare ergo voluit Deus, vt hæc tria notitiæ hominum non pateſiant, neque ipſorum comprehenſione claudantur? Certè, vt hinc Dei manifeſtaretur infinita ſcientia, & ſapientia increata, a qua dumtaxat terræ latitudo, profundum abyſsi, ac cœli altitudo perfectè penetrantur. Sic ſacer textus, *vnus eſt Altiſsimus Creator omnipotens, & Rex potens, & metuendus nimis.* Quamuis Comolgraphi terræ latitudinem, aſtrologi cœli altitudinem, nautæ abyſsi profunditatem dimenſurare contendant, numquam exactè, integrè, & perfectè attingere, neque comprehendere valent. Aberrant, ac per varios dilabuntur errores. Quare Aſtrologicæ Comoſgraphicæque facultates ſemper ſunt dubiæ, incertæ, ac de veritate ſuſpectæ. Abyſſus eſt Maria, cœlum, terra: quis vnquam

D. Bonau. eam completè dimenſus eſt? Nullus certè. Accipe D. Bonauentura: *Cœlum ergo eſt Maria, abyſſus eſt Maria, quis huius cœli altitudinem, quis huius terræ latitudinem, quis huius abyſsi profunditatem, quis vnquam Mariæ immenſitatem dimenſus eſt, niſi ſolus Deus, qui ipſam nonſolum in gratia, & in gloria, ſed etiam in mi-*

Digitized by Google

miſericordia; tàm altiſsimam, tàm profundam operatus iſti Hæc Seraphicus Præceptor, & quàm aptè!

AROMA XII. PRO VIRTVTIBVS SECTANDIS.

Solus Deus integrum hominis appetitum allicere valet.

ANima rationalis ad imaginem Dei creata (verba ſunt S. Bernardi ſerm. 3.) cæteris omnibus ocupari poteſt, repleri omnino non poteſt. Capacem Dei, quidquid Deo minus eſt, non impleuit.

Miror valde, cur Deus humanam accepturus naturam magnitudines reſpuit, diuitias odit, fauſtum ornatum ſæcularium abigit ? omnia enim humilia elegit, & magnifica fugit. Matthæi 13. dicebant de illo. *Nonnè hic eſt fabri filius? Nonnè mater eius dicitur Maria? Et frater eius Iacobus, & Ioſeph, & Simon & Iudas?* En omnia humilitate plena, & mundana abiectione referta. Cur ergo hæc elegit, & magnifica contemnit? Cur paupertatem amplectitur, & diuitias aufugit? Cur non magis voluit eſſe filius reginæ? Sanè hæc terrena renuit, docens, ſolum ipſum pro ingenti magnitudine creaturis ſufficere. Et cum Maria eum pro filio haberet, omne aliud erat ſuperuacaneum. Eleganter D. Theodoretus tom. 6. in Concilium Epheſ. in apend. 5. cap. 2. hom. de nat Chriſti. *Si filius eſſet imperantis, poteſtati vtilitatem adſcriberent. Si legiſlatoris factus fuiſſet filius, præceptis vtilitatē adſcriberēt. Sed quid fecit? Omnia pauperrima, & vilia eligit, omnia mediocria, & plurimum obſcura, vt diuinitas ſola cognoſceretur orbem transformaſſe terrarum.* Sic Theodoretus. Circuire poteſt, ô homo, terram, nauigare vales ſpatioſum mare, orbes potes perluſtrare terrę, ingentem ſubſtantiæ copiam poſsidere, principatum orbis obtinere ſupremum. Hæc omnia (ſi Deus nō tibi adeſt) non tibi ſufficiunt: nihil tibi ſunt, tamquam nihilum ante te: nec ſitim explebunt, nec te famelicum ſaturabunt.

Matthæus.

Theodor.

Canticorum 5. Sponſa ad amaſsium ſuum ſic effatur. *Totus deſiderabilis.* Alij transferunt. *Solus deſiderabilis amicus meus.* Quare ſolus deſiderabilis Deus? Nonnè plurima alia reperiuntur bona quæ hominis voluntatem rapere queunt? Haud dubiū. Sed illa appetitum humanum non adimplent, vacuum relinquitur cor, etiamſi in illo cumulatiſsima reperiantur bona: quia non plenè omnem hauriunt appetitum, cum ſolus Deus theſau- Cantic. 5.

rus

rus ſit illius. Sic Guillelmus Abbas apud Delrium. *Totus ergo eſt*
Guillelm. Abbas. *deſiderabilis, ideſt, diuinitate ſimul, & humanitate. Quippe in humanitate plenitudo redemptionis, & ſalutis eſt. In diuinitate, eius plenitudo diuinitatis. Omnis itaque ſufficientia in ipſo. Et propterea nihil deſiderabile præter ipſum deſideratur; In eo quod homo, ad ſalutem deſideratur, in eo quod* Deus, ad *Beatitudinem. Solus igitur deſiderabilis eſt, ſed totus, quia pleniſſimè ſufficit, &c.* In ipſo, & plenitudo diuinitatis, & totius naturæ bonorum cumulus reperitur. Si naturalia concupiſcis, ipſe naturæ exiſtit ſupremus conditor. Si ſupernaturalia, gratiæ, & gloriæ, quis auctor niſi ille? Hic theſaurus noſter, hic vita noſtra: hic ſapientia noſtra, hic via, ac terminus noſter.

Hinc Regius Vates hanc bonorum plenitudinem in Deo inhabitantem perpendens, fœliceſque reputans eos, qui, terreſtribus imperfectis contemptis, ipſum anhelant, eloquitur. *Beata gens, cuius eſt Dominus Deus eorum.* Pſalmo 32. ideſt, Beatus homo, qui, illecebris mundialibus oblitis, qui, terrenis exploſis, qui, caducis bonis omiſsis, quæ hominem excitant, & non ſatiant, ſolus Dominus Deus cumulatiſsimum bonum, eorum implet voluntatem, ac apetitum terminat. Eleganter Diuus Auguſtinus ad hæc
S. Auguſt. Regis Vatis verba. *Qui fecit, vt eſſes, qui etiam malis præſtat ſolem, præſtat pluuiam, præſtat fructus, fontes, vitam, ſalutem, ſeruat tibi aliquid, quod non det niſi tibi. Quid eſt autem quod tibi ſeruat niſi ſe? Compeſce iniquitatem, audi veritatem Beata gens cuius eſt, quid? Beata gens cuius eſt Dominus Deus eorum. Hoc ama, hoc poſside, hoc dum vis, habebis, hoc gratis habebis.* Hæc Auguſt. O quam fœlix ille, qui tanta ditatur poſſeſsione, quæ ſola totum ei bonum deſiderabile exiſtit, eius inexauſtum adimplet deſiderium, eius alit famem, & ſatiat ſitim.

(***)

AROS

AROMA XIII.

O quam, amarum mare, MARIA *angoribus amaricata filij, ac eius intumeſcentibus doloribus acriter puncta!*

CElebertimum, NOMEN MARIA, apud peritiores Hebræos idem ſonat, ac [illegible] quod eſt, *fel amarum*. Etiam opportunè ſatis, & congruè interpretatur, [illegible] id eſt, *acerbum*, deductum ab acere arbore: ſignificat inſuauitatem, ſiue aſperitatem nimiam. Quæ nomina egregiè *Mariæ*, filij doloribus, ac paſsione amaricatæ concinnunt; ipſamque tot anguſtijs afflictam, tot vulneribus ſancinatam, tot præſuris contortam demonſtrant.

Credo firmiter, quòd ipſa etiam cœleſtis ſponſa, Ieſu mater inter fœminas aſsiſtebat, quæ ipſum ſequebantur miniſtrantes. Sic Bernardus de Virgineo planctu. *Sequebar ego eum, prout poteram, quouſque peruentum eſt ad Paſsionis, & crucifixionis locum. Et ipſe me videns, fuit in Cruce leuatus, & ligno duriſsimis clauis affixus, &c.* Quid tunc *Mariæ* in tantorum cruciatuum ſui cordis angore? *Moriebatur Virgo, & mori non poterat, & in tabernaculo illo duo videres altaria; aliud in pectore *Mariæ*, aliud in corpore Chriſti: Chriſtus carnem, Maria immolabat animam. Optabat ipſa verò ad ſanguinem animæ, & carnis ſuæ addere ſanguinem; & eleuatis in cruce manibus, celebrare cum filio ſacrificium veſpertinum, & cum *Domini* Ieſu corporali morte, & adiuuare myſterium. D. Bern.

Hinc apud Seraphicum Doctorem cùm ferè omnium magiſtrorum placito, *Maria*, idem ſonat, ac *amarum mare*, quorum Magiſtrorum auctoritatibus miſsis, ne faſtidium lectori afferant. Bonauenturæ verba accipe in ſpeculo cap. 3. *Maria interpretatur amarum mare.* Et poſt nonnulla annectit. *Maria in paſsione filij ſui valde amara fuit, quando ſuam ipſius animam gladius pertranſiuit. Vnde ipſa benè potuit dicere illud*, Ruth. 1. *Ne vocetis me Noemi, id eſt, pulchram, ſed vocate me mara, id eſt, amaram, quia amaritudine repleuit me omnipotens. Noemi pulchra, & amara ſignificat Mariam pulchram per ſpiritus ſanctificationem; amaram per filij ſui paſsionem, &c.* Hæc Doctor. D. Bonau.

Digitized by Google

O quam amara Maria per filij ſui crudeliſsimam paſsionem! Quid enim magis acerbum? Quid acrius? Quid immanius? Quid longe terribilius, quàm quod parens filium vnicum, & amantiſsimum non ſolum morientem, ſed præacutiſsimis doloribus tranſuerberatum, vi angorum exanimem, ludibrijs, ac irriſionibus affectum inſpicere? Neſcio, an Deus maiori clade afficere valeat parentes, quàm faciendo, vt ante oculos internectionem videant filiorum: quid amplioris pœnæ? Quid acerbioris excruciamenti?

Huc proculdubio ſpectare autumo euentum illum Iobi. Hic tot calamitatibus vexatus, hic, tota deperdita ſubſtantia, tot oprobrijs, ac conuicijs inhonoratus, mirabili clade in ſterquilinio proſtratus, dum inter tot calamitates filiorum denuntiatur mors, protinus qui ad ærumnas omnes incolumis ſteterat, in terram elabitur. Sic Olimpiodorus, expendens ea cap. 1. *Iob.* *Domus corruens oppreſsit liberos tuos, & mortui ſunt.* Sic in Cathena effatur. *Olimpiod.* *Germanæ prolis præcipuè meminit, vt iuſti naturā exulcerarêt; neque enim dixit: ſuper omnes, qui intus erant, cecidit, ſed magis ei luculentas plagas infligens, dixit: cecidit ſuper omnes filios tuos.* Hæc Olimpiodorus. Principalius mortem filiorum memoratur, vt ſic dæmon Iobi crudeliſsimus hoſtis acerbiores imponeret plagas, dum filios ſuos emortuos eſſe renuntiat.

O Deus immortalis! Quid tunc Maria non ſentiret, cum vidit dilectum ſuum, eximio honore dignum, atrociter cruce ſuffigi, exutum veſtibus, patibulo pendentem, expanſum, tremulum, flagris lacerum, ſanguine manantem, ac inter latrones duos cui cœleſtium ſpirituum agmina ſubijciuntur? Mater ſentiebat filij dolores, Chriſtique morientis vulnera, dolores, ac eius excruciamenta animam penetrabant Mariæ, ita vt vtriuſque, & filij, & matris reciproca exiſteret paſsio: illius corpus, iſtius autem animam exagitans. Neſcio an Maria in hoc ſæculo fortius poſſet torqueri, & amplius immanibus crudelitatibus affligi.

Rabidiſsimus dæmon, vt amplioribus doloribus Saulem Regē exagitaret 1. Reg. 14. ô rimatur, ac callido meditatur conſilio, quòd Ionathas filius eius legem violaret, ob quod ante eius Patris oculos morte puniretur; vt ſic fortius Saulis animum diabolus torqueret. Meditatur Chryſoſtomus homilia 14 ad populum. *1. Reg. 14.* *Excogitauit ſceleſtus ille, & hanc rurſus prophaniorem moliri cædem; ſi enim Ionathas ſciens peccaſſet, & iugulatus fuiſſet, filij cædes tantum id erat: nunc au-*

autem ex ignorantia præuaricatus (nec enim audiuit iuramenta) deinde interfectus duplicem patri dolorem effeciſſet. Filium enim, & filium qui nihil peccauerat, natum, inquam, innocentem, & ab omni culpa innoxium immolaturus erat, nam & ſi filij mors ſemper amara, ſemper acerba ſit, filij probi, honeſti, & innocentis longè amarior, longè acerbior exiſtit. Sic Maria, cum mors filij eius non eſſet ſolum mors filij ſancti, honeſti, ſed & filij, qui erat Deus optimus, & maximus, omnipotens creaturarum conditor, increata puritas, increata actualitas omni exploſa potentialitate, abſque ſolatio vllo dolores filij præſentiebat; immô multiplici angebatur pœna, & acri ſancinabatur dolore, eique filij paſsio anceps erat gladius quando morientem inſpiciebat filium, & filium, qui nihil peccauerat, filium vnigenitum Dei. Sanè, ſi terra ſanguine crucifixi tota immaduit, ad cuius contactum quatitur, & quaſi perire, & ad nihilum redigi præoptat: quid Maria, ad cuius aſpectum pium, maternum tam immania excruciamenta comparent?

Quantus tunc dolor piæ matris extitit, in illis Canticor. 1. inſpicitur. *Filij matris meæ pugnauerunt contra me.* Etenim, qui meditari cupit Mariæ plagam, ponat ſibi ob oculos pugnaciſsimos milites mille machinis, fortiſsimis inſtrumentis murum ciuitatis quatientes, ipſoſque illidentes lapides: non aliter anima Mariæ quatiebatur, ac tormentis filij illatis torquebatur. Eleganter diſſerit Philipus Abbas lib. 1 in Cantic. capit. 27. *Filij matris ſunt Iudæi, qui obliti fœderis fraterni ſororem Mariam grauius afflixerunt, cum filium eius cruci, linguis potius vipereis, quam clauis ferreis affixerunt. Iudæi Ieſum tradunt iudici, iudex militi, clamor perſonat in ſuis, & eum crucifigunt, iſti linguis perſtrepentibus, illi clauis. Et quid niſi hæc omnia contra Virginem debachantur, &c.* Ecce tibi, quomodo belligeræ acies in Mariam irruunt, pectus impetunt, animam quatiunt; & cuncti miniſtri, cuncti Ieſu tortores, omnigena eius excruciamenta ſimul maternum transfigebant cor: immo tam atrox eius dolor, quaſi ipſa ſola videretur, & ab omnibus feriri, & cunctis tormentorum generibus acriter excarnificari.

Cantic.

Philippus Abbas.

Audiamus eam, de ſe ipſa effantem, ac militum nimiam acerbitatem referentem, Canticorum 5. numero 7. *Inuenerunt me cuſtodes, qui circumeunt ciuitatem, percuſſerunt me,*

Canticor.

& vulneraberunt me, &c. quæ de Virgine exponi poſſunt: Sed quo pacto? Etenim numquam legimus a cuſtodibus comprehenſam fuiſſe *Mariam*, nunquam inuenimus vulneratam, numquam gladio confoſſam. Vulnera paſſus eſt filius, flagella ſuſtinuit Chriſtus meus, at non mater. Cur igitur ſe percuſſam dicit? Cur ſe vulneratam quærit? Cur ſe comprehenſam prædicat? An quia Chriſtus vulnerabatur, vulnera recipiebat *Maria*, quæ patiebatur in filio? Haud dubium. In filio inueniebatur mater, in Ieſu percutiebatur Maria, in Chriſto confodiebatur Virgo. Præclarè tetigit Hailgrinus, vbi Mariam alloquentem inducit ad præfatum locum. P*ontifices, Scribæ, & Phariſæi, qui ex officio debebant cuſtodire ciuitatem, apprehenſo verò cuſtode filio meo, inuenerunt me in ipſo, percutientes eum, percutierunt me; & vulnerantes eum, vulnerauerunt me, &c.* O quàm per eleganter! Quidquid igitur filius paſſus eſt, vulnera, quæ pertulit, eadem mater ſimiliter eſt per paſsa. Quæ ſanctiſsima Virgo per intenſiſsimam dilectionem in filio viuebat, in ipſo cohabitabat, ac Ieſum perfectiſsimè induerat, &c.

Hailgrin.

Arnoldus. Rectè Arnoldus Marianos expendens cruciatus, vnum omnibus crudeliorem pandit, ſcilicet, quod filio dilectiſsimo morienti ipſa ſuperſtes erat. Et ideò abſque ſolatio ſuos ſuſtinebat dolores, abſque leuamine ſua ferebat cruciamenta. *S*i enim moriēte filio, & ipſa è vita migraret, ac amborū animæ ex æquo diſcederent, hoc in moderamen tormentorum, hoc in dolorum ſolatium acciperetur, ſed moriente filio ipſam commori non poſſe, ô quàm terribile! ô quam acerbum!

In illa Saulis, & Ionathæ, ac vniuerſorum filiorum Iſrael miſera clade, hoc Dauid excogitauit ſolamen, quòd pater, ſcilicet *S*aul, filio Ionathæ ſuperſtes non fuerit. *S*ic 1. Reg. 2. Dauid effatur. *Saul, & Ionathas amabiles, & ſpecioſi, qui in vita ſua non fuerunt disiuncti. Ita nec morte ſua ſeparati ſunt, &c.* Solatium eſt miſeris ſocios habere penantes, & diligentium ſingulare moderamen eſt, quod vnus illos æquet interitus, vna eos interimat mors; nec vnus, altero ſublato, permaneat. Sic dilucidè Chryſoſtomus ad eundem locum: *Neque in morte ſeparati ſunt.* In ſolatium doloris. *Iam enim* (inquit) *non poteſt dici, quod filius orphanum ſeſe lugeat, neque propter orbitatem ſuam deploret. Verum, quod nullis obtigit, illis contigit, videlicet, vno, eodemque die è viuis eripi, neutro alteri ſuperſtite. Exiſtimabat enim vitam iniucundam fore, ſi alter ab altero eſſet diuul-*

1. Reg. 2.

Chryſoſt.

Digitized by Google

diuulſus,&c. Non aliter in Mariæ doloribus. Non eſt aliquid quod eos diminuat, non eſt quod huius maris amaritudinem dulcoret, non eſt quod intumeſcentes vndas temperet; vndequaque tormenta ingraueſcunt, ac ſanctiſsima anima acerrimis cruciatibus diuexitur. *Separat amantes amara mors*, ſeparat filium à matre, cor à corde, vitam à vita, & dum ſe ſuperſtitem à dilectiſſimo filio, & vnico ſponſo ſeſe videt; maris amariſsimę vndę grauiter intumeſcunt: & perpetuo acclamans orbitatem turtur illa diuina gemebunda conqueritur, inconſolabilis lamentatur.

Hinc maximè grauitas Mariani doloris acreuit, ita vt *S.* Bernardinus Senenſis tom. 1. ſerm. 61. art. 3. cap. 2. præclarè vim eius ponderet per hæc. *Tantus fuit* (inquit) *dolor Virginis, quòd ſi in omnes creaturas; quæ dolorem paſsi ſunt, diuideretur, omnes ſubito interirent; &c.* Nouerat Maria filij dignitatem, eſſe verũ *Deum*, verumquè hominem; & iuxta cogitationis menſuram eũ diligebat impenſius. Si ergo nonnumquam alicuius mali apprehenſio tàm fortis eſt in creaturis, vt ipſas conceptus dolor necet; cum apprehenſio *M*ariæ omnium ſimul creaturarum apprehenſiones longè ſuperet; fit quidem, vt dolor eius, qui menſuram apprehenſionis ſequitur: inter omnes rationales creaturas diſtributus, omnes omnino perimeret, & necaret. Amadeus homil. 5. de Virgine, dolorem eius exponens, ſic effatur. *Maria vicit ſexum, vicit hominem, & paſſa eſt vltra humanitatem; torquebatur enim magis, quàm torqueretur ex ſe, quia ſupra ſe incomparabiliter diligebat id, vnde dolebat, &c.* Præclarè certè dicta.

S. Ber. Sen.

Amadeus.

AROMA XIV. MORALITATIS.

Verus parentum amor à filiorum ſpirituali, & non temporali incremento venandus.

1. EGregiè Maria maternitatis adimplebat officium, dum non filium ſuum, ſed filium Deum lachrymabatur, ac innumerabilibus lamentabatur lachrymis. Ille enim ſolus habendus pater, qui filium in ordine ad Deum diligit, & à quo filius, non ſolum naturam, ſed religionem, & pietatem ebibit. *M*eritoquè ille parentis amittit nomen, qui ſolum filiorum incrementis, oblito ſpiritualitatis negotio, vigilanter incumbit.

Digitized by Google

Eccleſiaſt. Eccleſiaſtici 15.num.22.Sic Dominus ad parentes de filiorum terrenis commodis ſolicitos, elloquebatur. *Vtile eſt mori ſine fi'ijs, quàm relinquere filios impios, &c.* In quibus docet, ex quo verus parentum amor deducendus eſt. Non quidem ex aliquo temporalitatis gradu, ſed ex virtutum cumulo. Et quod Patres non tàm de filijs,quã de ipſorũ probis moribus complacere debent. Quare Auctor operis imperfecti in Matthęum hom.5. poſt medium,eleganter diſſerit, quomodo Rex Ezechias moriturus hortabatur Manaſſem filium ad religionẽ: ſed ex Propheta Iſaia, cognita mala vita filij ſui, voluit filium ſuum interficere,& ſtatim fecit,vt exequeretur. *Melius mihi eſt,* (dicebat ille) *ſinè filio mori, quam talem relinquere, qui & Deum exaſperet, & ſanctos eius perſequatur, nam Eccleſ. 15. num.22 Vtile eſt mori ſinè filio, quàm filios impios relinquere.* Hæc Auctor. Tunc gaudere debes,ô Pater,tunc plena cumulari lætitia, tunc ingenti ſuperfudi gaudio, quando filium tuum, Dei filium vides,& noua alia longe ſuperiori filiatione adſcriptum, intueris. Tunc de diuite ditior, de nobili generoſior, de illuſtri clarior, de terreno ſpiritualior,apparet tibi. Nouaque ſubſtantia ditatus, quam nec fur ſubripere, nec tinea, aut ærugo demoliri valebunt.

Iſte enim ſolus pater cenſendus eſt,qui vigilantiori cura ſpiritualia filijs accumulat. Aliter enim terrenis incumbens,mundana theſaurizans in via,nullaſque virtutum vias docens, meritô poteſt à parentum numero aboleri, ac rectiſsimè reſcindi.

Palipom. Hinc Paralipomenon 2.cap.15. loquens ſacra pagina de Aſæ faſcinoribus ſic effatur. *Et Maacham matrem Aſam regis exaugusto depoſuit imperium, eo quod feciſſet in luco ſimulacrum, &c.* Mirandum valde quomodo mulierem iſtam matrem appellat regis,& non ſuam! Nonnè, & mater erat eius? Haud dubium. Quomodo mater appellatur Regis,& non euidenter matrem ſuã eſſe declarat? Certè eam parentem Regis appellat; vt potius alterius,quàm ſui videatur mater. Nam mater, quæ virtutum filij non erat regeneratrix, ſed eum quaſi ad idolorum prouocabat cultum,à ſanctoque ſuo propoſito euellere ſtudebat, nomen maternum amittit;potiuſque alterius,quam illius parens videtur.

D.Hieron. Sic Hieronymus in Gloſſa: *Idcirco non dixit Maacham matrem ſuam, ſed matrem regis, quia non ambulabat viam rectam, ſicut filius eius* Hæc Hieronymus. Non rectè maternum accipit nomen, quæ filium omni virtutum genere imbuere non curat? Hæc vera dilectio,hic paternus amor: nam quid prodeſt filijs, ſi parẽtes

Digitized by Google

ꝗ ipſorum amore irretiti vniuerſum mundum lucrentur, diuitias cumulent, immenſamque ſubſtantiam acquirant, animabus vero ſuis detrimentum patiatur?

Præclarus ille parentum prototypus Tobias, cap. 4. cum putaret orationem ſuam exaudiri, vt mori potuiſſet, vocauit filium ſuum, & poſt multa probatæ diſciplinæ exempla, morumque exactam inſtructionem, ſic annectit. *Indico etiam tibi dediſſe me decem talenta argenti dum adhuc infantulus eſſes, &c.* Quis non miretur, quod iam extremo vitæ curriculo, iamque ad patriã profecturus, tunc & non antea ſubſtãtiæ protinus temporalis recordetur? Egregiè Lyra ad præfatum locum, exiſtimat Tobiam verè paternitatis formam exhibuiſse, dum prius ſpiritualibus filium inſtruit diſciplinis, & poſt hæc ad ſubſtantiam corporalem reuertitur, quaſi inferiorem obtinentem locum. *Pater* (ait Lyra) *non ſolum debet filio dare nutrimentum, ſed etiam documentum, &c* Immô illud debet eſse poſterius, iſtud prius, & ſi opus eſt, pro iſtius conſequtione libenter cuncta terrena bona relinquenda ſunt. *Tob. 4.* *Lyra.*

Huc proculdubio ſpectant ea, quæ à Regio Vate, Pſalm. 33. verſ. 12. in nomine parentum decantantur. *Venite filij, audite me, timorem Domini docebo vos &c.* Primum nota, quod vocantur filij. Sed ad quid vocantur? Fortè ad comparandas magnas opes? Fortè ad ingentem ſubſtantiam colligendam? Fortè vt lucrorum hæredem ſcribat? Succeſsorem inſtituat? Minimè in his perfectus elucet amor, ſed ad inſtruendos in timore Dei, & ideô ait, *timorem Domini docebo vos, &c.* Sic D. Baſilius in Pſalm 33. *Etenim,* ait, *qui Doctorẽ ſe dedit in diſcipulum, illius eſt ſpiritualis filius; quicumque enim ab aliquo ad excollendam pietatem, formulamque inſtitutione mutatur, is veluti eformatur, & in lucem editur. Quemadmodum, & mulier pregnans, quæ in vtero formatos geſtat infantes, is verus cenſendus eſt pater, &c.* *Pſalm. 33.* *D. Baſil.*

De parentibus, qui bonis temporalibus, ac inordinatis voluptatibus, potius quam ſpiritualibus filiorum incumbunt, conquæritur Dominus per Ieremiam 4. Threnor. *Filia populi mei crudelis vt ſtrutio*, vbi filiæ Ieruſalem ſtrutionibus aſsimilantur. Sed quid eſt in ſtrutionibus, quod malos parentes deſignent? S. Gregorius ſuper Iob, cap. 39. ſic habet: *Derelinquit oua ſua in terra, obliuiſcitur, quòd pes conculcet ea, aut beſtia agri conterat.* Hæc Gregorius. Itaque ſtrutio prætextu amoris odit, quæ illi apparet inclinatio naturalis, infenſiſsimum exiſtit odium, & *Threnorum* *D. Gregor.*

dum

dum oppreſsionem onorum vitare, curat; perditionem filijs fle nit. Sic multi parentes, qui aparenter videntur bonis filiorum conſulere, & de ſpiritualibus incrementis obliti, interitum parant, mortem apponunt. Infernales ſtrutiones, ſpeciem habentes volandi, cæterum non volant, id eſt, amatores filiorum videntur, ſed amor iſte perditionem parturit, ac miſeram natorum cladem diſponit.

1. Reg. 33. Pœna iſtorum parentum perſpicuè deducitur ex illo 1. Reg. cap. 33. num. 2. vbi Ionathas maturæ virtutis adoleſcens pietate inſtructus, in prælio a Philiſteis interficitur. Proh dolor! Cur tanto viro tàm crudelis interitus? Etenim, quod *S*aul lanceis confodiatur, nihil mirum: Quis enim mirabitur, quod Rex *S*aul Deo ingratus, peccator, ac virorum proborum perſequtor, in ſui irruat enſem, ac finaliter pereat? Etenim hoc nullatenus mirandum, quia tam nefario Regi ſuam illi excitialem cladē peccamina peperere. Ionathas tamen amabilis valde, pro batæ virtutis, proborum morum, pietate inſignis, quare emoritur? Egregiè D. Iſidorus Peluſiota lib. Epiſt. epiſt. 370. ad Cirilū Alexandrinum, ait: *Angorem militis, ac ſolicitudinem affert pœna Ionathæ, quia patrem Phithoniſam quærentem minimè prohibuerat. Ob idquè ante eum, qui ſcelus admiſſerat, is qui prohibere poterat in bello interijt.* Hæc Iſidorus. *S*i filius patris peccata nō increpans, pœnis obijcitur, mortiſque ſubijt pœnas; quid de patribus, qui filiorum vitijs obtemperant, atque eorum prauis adhærent moribus; cum vitia ſua diſecare, ac expellere tam ſtricto præcepto teneantur? *S. Iſid. Pel.*

AROMA XV.

Huius maris amaritudines Mariam Martyrem, & pluſquā Martyrem, reddiderunt. Virginis ingens in fi. ij morte acceruitas multipliciter expenditur.

IN primis fulcitur aſſertum noſtrum auctoritate matris Eccleſiæ, quæ paſsim Mariam Reginam Martyrum interpellat. Nō enim eam ſic vocaret, niſi Mariam omnibus Martyribus prætuliſſet.

Cantic. Cantic. 7. Sponſus ad amaſsiam ſuam; *Statura tua aſſimilata eſt palmæ, &c.* Quare ſtatura *M*ariæ aſsimilata eſt palmæ, & non cypreſſo, cedro, Lybano, &c. An propter eius pulcherrimum aſpectum, aut opimum fructum? An propter altitudinem, & ſublimitatem? An propter typum triumphi, & victoriæ? Sanè propter

hæc

Digitized by Google

hæc omnia palmæ aſsimilari poterat. Sed his prætermiſsis, aliã expoſitionem inſinuat Giſlerius ad Martyrium Mariæ ſic. *Per palmam, qua manus victoris antiquo ritu ornabantur, inſigne illud, ac victorioſum ſignum notatur, cui nimirum Euangeliſta ſtaturam piæ matris aſsimilatam inſinuãs, ait. Stabat iuxta crucem mater eius, &c.* Plane ille foris, illa intus patiebatur crucem; ſtabat illa iuxta crucem ſui Ieſu, atque ea ipſa ſibimet quodammodo erat in Crucem erecta, ſtando iuxta crucem, immô ipſa ſibi per affectum maternum quodammodo erat crux. Quare D. Epiphanius de laud. Virginis, appellat eam *cruciformem*, ideſt, in eadem cum Chriſto cruce infixam. Giſlerius. S. Epiph.

Merito in quæſtionem ire poteſt; cur Chriſtus Dominus, etiã mortuus ſuum corpus lancea transfixi voluerit? Nonnè flumina, & torrentes dolorum, & cruciatuum intrarunt vſque ad animam per corpus viuum? Vtique. Quieſcat iam mortuum à laboribus ſuis, & honores ſequantur illud. Quid enim acrius, quàm vulnus in corpus mortuum? Qua propter Eccleſia corpus Chriſti exanime mucrone diro lanceæ transfixum dictat.

Myſterium hoc explanat D. Bern. dicens, quod illa lancea lata fuit in Chriſti corpus, vt animam Mariæ in ipſo exiſtẽtẽ transfigeret: & ipſo mucrone diro Maria martyr efficeretur. Qui etſi non effixerit animam Chriſti abſentem, animam Mariæ, tunc in corpore illo præſentem, tranſuerberauit. *Equidem* (ait D. Bern.) *etiam poſtquam emiſsit ſpiritum tuus ille Ieſus: ipſius planè non attigit animam crudelis illa lancea, quæ ipſius (nec mortuo parcens, cui nocere non poſſet) aperuit latus, ſed tam planè animam pertranſiuit, ipſius enim anima iam ibi non erat, ſed tua planè inde nequibat euelli. Tuam ergo pertranſiuit animam vis doloris, vt pluſquam Martyrem non immerito prædicemus, &c.* D. Bern.

S. Auguſt. ſerm 109. de diuerſis 6. cap. eloquens de matre Machabeis filijs laniatis aſtante, in hæc prorumpit. *Illa, inquam, videndo in omnibus paſſa eſt, facta mater ſepties Martyrum, ſepties Martyr: a filijs non ſeparata ſpectando: & filijs addita moriendo. Videbat omnes, amabat omnes, ferebat in oculis, quod in corde omnes, &c* Hæc Auguſtinus. Quid mirabilius ad Virginẽ? Iſta Machabeorum parens in vno quoque filio Martyrium efferebat, dum natum tormentis excarnificari inſpicit. Et quia amabat omnes, in omnibus patiebatur: Et quia martyrium vniuſcuiuſque ſentiebat, ſepties martyr effecta eſt. Filius Mariæ millies pertulit immaniſsimos cruciatus, in via, in flagellis, in denudatione veſtium, in monte Caluariæ, in cruce, S. Auguſt.

in

in ludibrijs, in clauorum transfixione, in eleuatione per aera, in ſiti, in verbis illis tot ſuſpirijs proclamatis, in quibus omnibus paſſa eſt, Et verum pertulit martyrium, ita vt millies martyr proprijſsimè prædicari valeat.

Acri proculdubio pœna vexabatur *Maria* tot filij ſui dilectiſsimi vulneribus ſancinata, doloribus confixa, triſtitijs, angoribus affecta. Sed certè acerbius puncta, ac immanius contorta concipitur, dum orbata filio mortuo, pœnas deſertionis, & ſolitudinis ſuffert. Quid triſtius? Quid acerbius? Quid atrocius, quam non ſolum filio & filio Deo orbari, verum ad oculos incredibili crucifigentium furore immanibus ictibus, horribilibus plagis confodi, percuſſionibus ſauciari, lancea, clauis transfigi, ac tandem proprio cruore madidum, emortuum, infiguratum filium ad oculos habere, cuius deſertionis, ſolitudinis, & orbitatis pœna ſupra modum ceperat iam torqueri?

1. Reg. cap. 31. in Montibus Gelboe Saul, intellecta filiorum ſuorum ſtrage, exercitus deuaſtatione, nominis dedecore, aduerſariorum ſuperbo triumpho, arripuit gladium, & irruit ſuper eum. Quid tunc? ad Regis Saulis mortem quid ſerui, quid amici fecere? Quod cum vidiſſet armiger eius, videlicet, quod mortuus eſſet Saul, irruit etiam ipſe ſuper gladium ſuum, & cum eo mortuus eſt. Quare armiger ſe interficere, non formidat? Quid durius pretioſiſsimam perdere vitam? Sanè, armiger amore feruenti proſequebatur Saulem, cuius ſemper indefeſſus exiſtebat ſocius; vbi autem mortuum vidit, nullum bonum ſupereſſe credidit, & ſic potius emori, quam ſuperſtitem eſſe, excogitauit. *Irruit etiam* (ait Abulenſ. ibi) *ipſe ſuper gladium ſuum, quia nullum ſibi bonum ſupereſſe credebat, mortuo illo, quem maxime diligebat.* Quid Pulchrius? Interfecto Principe ſuo, quem nimio proſequebatur amore, vita illius ſupervacanea apparebat, ſuperflua, indecora videbatur. Et ſic vnus interitus vtrumque concomitatur, quos vnus animus, vnum cor fortiſsimo dilectionis vinculo conglutinarat.

Nō eodē gladio, ac Chriſtus Maria phyſice, & materialiter transfixa extitit. Atamen ſpiritualiter, & longè acerbius transfixa, verberata fuit, magis enim eſt paſſa, dū cū filio corporaliter nō patitur, non emoritur, non transfigitur, quā ſi corporaliter cruce ſuffixa, clauis confoſſa, fortiſsime puncta penderet. Quia cum ſ[illegible]et eius erga filium intenſiſsimus amor, non conmori, erat acerbior mors, non conuulnerari, immanius vulnus, non configi, [illegible]ior confixio.

ei
cer.
crude

In-

Inſuper rationi conſentaneum, Matrem Domini martyrem verè extitiſſe. Nam cum omnibus priuilegijs, ac gratijs cumulata eſſet; ſi martyrium verum defuiſſet, aliqua præexcellenti dignitate pribaretur. Qua propter decebat, & in hoc præſtantiſſimo munere nullis cedere creaturæ, ſed in eo etiam cunctis præſtare. Et ſic ambo Chriſtus, & Maria detorrente Paſsionis in via viuerunt, & ſimul inter omnes cœlites caput exaltarunt. Sanè Maria, certum eſt, quod tempore paſsionis martyrij ſtrictiſsimi laureola redimita extitit, cum Chriſtoquè verè compaſſa: vt poſtea cum filio in patria fœliciter, ac lætanter corregnaret.

Non ſuper vacaneum duxi, auctores aliquos huius ſententiæ arridentes, in lucem pandere, In primis *S.* Ambroſius, & Beda ad cap. 2. Lucæ in illa verba: *Et ſuam ipſius animam pertranſiuit gladius, &c.* Quos ſequitur. *D.* Laurentius, Iuſtinianus de triumphali Chriſti agone cap. 21. Sed tantum verba tene Venerabilis Bedæ relati a D. Thom. in Cathen. *Intelligi reſtat, gladium illum, hoc eſt, dolorem Dominicæ Paſsionis animam Beatæ Vir. pertranſiſſe, &c.* *S. Ambroſ. Beda. D. Laur. Iuſtinian. Beda.*

Apud Iſaiam 63. Sic de Chriſto Domino patiente effatur *Torcular calcaui ſolus, & de gentibus non eſt vir mecum, &c.* Vbi Dominus, abſque ſocietatis ſolamine ſe curſum Paſsionis confeciſſe, fatetur. At ſi Chriſtus Dominus abſque humano auxilio Paſsionem ſubijt, neminemque in cruciatibus conſortem admittit: quomodo Maria conmartyr Chriſto adſcribitur, & quod eius anima cunctis vulneribus Ieſu attrita fuerit? Si non eſt vir cum eo, quomodo Maria compaſſa? Quomodo eiſdem cruciamentis excarnificata? Præclarè Ricardus à *S.* Laurentio lib. 2. in hæc verba. *Quod autem prædixerat Iſaias in perſona Chriſti. Torcular calcaui ſolus, & de gentibus non eſt vir mecum. Sic eſt intelligendum, & ſecurè poteſt ſic exponi Verum eſt Domine, quod non eſt vir tecum, ſed vna mulier ſtat tibi crucifixo, quæ quaſcumque plagas, quæcumque vulnera, quoſcumque dolores ſentis, & ſuſcipis in tuo corpore, compatiendo ſuſcipit viſceribus cordis ſui, & ſicut dira lancea perforat latus tuum, ſic eius animam pertranſeunt dolorum tuorum gladij vniuerſi; &c.* Quid ſubtilius? Quid elegantius? *Iſaias. Rich. à S. Laurent.*

D. Antoninus 4 parte ſuæ ſummæ tit. 15. cap. 24. de benedictione Virginis Mariæ, verſ. *quantum ad* 3. & verſ. 8. ait: *Communem ſententiam Doctorum eſſe, Beatam Virginem tempore Paſsionis filij conſequtam fuiſſe aureolam Martyrij iuxta tradita* *D. Anton.*

ta

ta ad Diuo Bernardo, & Damaſceno, &c. Hæc D. Antoninus.

S. Anſelm. *S.* Anſelmus lib. de excellentijs Virg. cap. 5. *Sic* ad Virginem alloquitur. *Dolor tuus maior fuit omnibus doloribus. Quidquid enim crudelitatis inflictum fuit corporibus Martyrum leuè fuit, aut potius nihil comparatione tuæ paſſionis, &c.* Et licet in medium ferè omnes Doctores euulgare valerem hanc noſtram veritatem corroborantes; ipſis, ne faſtidium generent, omiſsis, Viguerium Dominicanū in lucem adducā, qui de inſtitutionibus Theologiæ titulo de finali Beatitudine cap. 4 ſic ait. *Dici poteſt, Beatam Virginem habere aureolam martyrij: quia verè mortua fuiſſet, niſi ſpecialiter fuiſſet præſeruata* Et poſtea annectit. *Præſeruatio autem non abſtulit meritum, ac perconſequens nec præmium mortis* Hæc Viguerius.

Viguer.

Vltimo Santiſsimus noſter P. Vrbanus VIII. inducit *Mariam* pro Chriſto filio optantem emori ante ipſius paſsionem. Ipſumque tantæ voluntati denegantem phiſicam mortem per verba ſequentis odes.

Vrbanus. Papa.

M. Virgo. *Per quod iam puero lac tibi præbui,*
Ne me, qui cruciet, linque ſuperſtitem
Tanto nate dolori.
Ah! prote moriar, precor.
Chriſtus. *Dum mors me rapiet, te manet acrior,*
Qui dum me parere, non tetigit dolor
Orbi non tulit ortus
Vitam, mors mea deferet.
M. Virgo. *Heu ſaltem miſera da mihi præmori.*
Chriſtus. *Patris, dum moriar, tribuet*
Non mutanda, voluntas.
M. Virgo. *Saltem da mihi commori.*
Chriſtus. *Me complexa ſat eſt, non licet amplius.*

Ildeph. Sanctus Ildephonſus ſerm. 2. Aſſump. ſic effatur *Maria plus quam Martyr fuit, quia in animo non minus amoris, quam meroris gladio vulnerata fuit. Parata enim extitit, ſi non eſſet manus percuſſoris, &c.*

Hieron. *S.* Hieronymus Epiſtola ad Paulam perſpicuis verbis hanc noſtram communiuit aſsertionem per hæc. *Beata Virgo Dei genitrix, quia in ea parte paſſa eſt, quæ impaſsibilis habetur: Ideò (vt ita fateatur) quia, vt ſpiritualiter caro eius paſſa eſt gladio paſsionis; pluſquam Martyr fuit.* Vnde conſtat, quia plus

omnibus

Digitized by Google

omnibus dilexit, propterea, & plus doluit in tantum, vt animam eius totam pertranſiret, & poſsideret vis doloris, ad teſtimonium eximiæ dilectionis; quæ, quia mente paſſa eſt, pluſquam martyr fuit. Nec diſentit Melifluus Bernardus ſermon. ad illa Apocalipſis. *Signum magnum apparuit, &c.* circa finem ita exprimit. *Tuam ergo animam vis doloris pertranſiuit, vt pluſquam Martyrem non immeritò prædicemus, &c.* Hæc Bernardus; & pulchrè. Nam ſi ſancta fœlicitas pluſquam Martyr ab omnibus dicitur propter plurimam filiorum mortem ante oculos inſpectam. Cum Maria Virgo ante conſpectum ſuum tot filij angores, tot excruciamenta, tot flagella, tot ludibria, tot peccatorum immania intueretur ſcelera, quomodo pluſquam martyr non ſtiterit? S. Bern.

Hinc Amadeus homil. 5. de Beata Virgine, ſic ait. *Maria vicit ſexum, vicit hominem, & paſſa eſt vltra humanitatem, torquebatur enim magis, quam torqueretur ex ſe, quia ſupra ſe incomparabiliter diligebat id, vnde dolebat, &c* Quid elegantius? Vbi ex ſuperioritate dilectionis ad filium præeminentiam comprobat martyrij. S. Amad.

Sed maius eſt, quod D. Bonauentura in curſu de comp. Mariæ lect. 1. ait per hæc. *Iſta (ſcilicet Maria) maiorem dolorem habuit, quàm ſaluator, qui tot ſuſtinuit, &c.* Quæ verba etſi dura videantur, rectè abſque fidei præiudicio exponi poſsũt. Et enim intelligendum eſse opinor, ratione ſubiecti, non autem ratione obiecti, hoc eſt, nõ quod plus dolorũ ſuſtinuerit Maria, ſed quod magis doloribus affecta ſit; nam cum Saluator, ac Dominus noſter fortitudine, ac magnanimitate magnanimam Virginem immenſo ſuperarit interuallo, neceſse erat, vt etiamſi illius dolores, & cruciatus longè maiores eſsent, minus quodammodo doleret, id eſt, minus perturbaretur Dominus, minuſque angeretur. Maria autem propter minorem fortitudinem, ac debiliorẽ magnanimitatem magis cruciaretur, intenſiuſque doleret. Quomodo piè exponi poteſt Seraphicus Doctor: cui arridet Methaphraſtes homil. de Domin. paſsion. aſserendo: *Hæc omnia,* id eſt, tormenta, *illam tranſuerberabant profundius, quam vlli claui; & pro vna filij plaga innumeris ipſa plagis ſauciebatur.* D. Bonau. Metaph.

Sanè ex filij Mariæ innocentia, & ex eo quod videret ſummum Deum, actum puriſsimum, vt peccatorem exiſtimari, flagellis puniri, ludibrijs inſectari, ingentiſsima martyrij pœna accreſcebat Deiparæ, ita vt eam longe pluſquam martyrem redderet.

Ge-

Geneſis 45. Peractis iam his, quæ inter Ioſeph Ægypti Proregem, & fratres ſuos euenerūt: iamque ſuis oſtenſus, palamque factus, ſic ad fratres effatur; *Ego ſum Ioſeph frater veſter, adhuc pater veſter viuit?* Inter Interpretes grauis agitatur diſputatio: cur de parentis vita roget Ioſeph, cum ex ore Iudæ, aliorumque fratrum viuum adhuc, & ſuperſtitem eſſe multoties audierit, proueque cognouerit? Quæſtionem diluit Rupertus ſatis opportunè, aſſerendo, Ioſephum interrogationem protuliſſe, non quærendo, ſed admirando. Quaſi ſtupefactus, quod Iacob, recenſita filij morte acerua, viſis veſtimentis ſanguine aſperſis, tantaque nati, apprehenſione emortui, orbitate, ac deſertione, totquè calamitatibus aduc viueret. Audi Rupert. *Aduc Pater meus viuit? Quod vtique, non vt ſciret, interrogando dixit*: *Iam enim interrogauerat, & audierat, quia viueret, ſed dolenter admirando, quod aduc viueret, & nimis compatiendo, quod in luctu ſui cauſa conſenuiſſet, tanta calamitate oppreſſus &c.* Hæc Rupertus. Ac ſi dicat: miror, quod pater meus, filio dilecto iam ſuis fato functis apprehenſo, ſuper viuat. *M*iror, in ſtuporem rapior, quod exiſtimata, & excogitata mors acerba a fera peſsima, veſtimenta ſanguine tincta, ipſum non ſimul interemerint, & ad interitū vocauerint.

Gen. ſ. | Rupertus.

Magis demirari poſſumus Mariæ robuſtiſsimum cor, quæ non ſimplici narratione, ſed ante oculos filium eius longiſsimè ſuper omnes obamatum, a fera peſsima, Iudæorum inuidia, morte turpiſsima condemnatum, totum ſanguinem, totum vulnus, totum perfidorum deriſionem, plebis obcæcatæ ſpectaculum ante oculos conſpexit. Mira res, quod, his viſis Maria aduc ſuper viueret, emortuoque filio ſuperſtes exiſteret. Sanè moriebatur, & non poterat mori: moriebatur, mortis acerbitates, & amaritudines ſuſtinens, ſed mori non poterat, quia eius vita à *Deo* præuenta in Maiora præmia, ac Eccleſiæ vtilitatem ſeruabatur.

Recole locum Geneſis 17. vbi ſic habetur, *Omnis anima, quæ non circumciſſa fuerit, exterminabitur à populo ſuo.* Et quidem quod puer non circumcideretur, non ex illius culpa, ſed ex parentum negligentia ortum habebat. Cur ergo vindicta potius non in parentes, ſed in filios incircumciſſos minatur? Luant parentes pœnas, quorum incuria circumciſionis lex non adimpletur, at verô inocentes filij ab illis excuſentur. Certe eô grauius in parentes exardeſcit legis vindicta, quô filios mulctat, & punit, nam filij inocentiſpunitio, filij inculpabilis ſanguinea effuſio, nonnè parentis acerbiſsima, crudeliſsima mors? Nonnè genitoris immanis interitus, & filium ſuum innocentem crudeliter

Geneſ.

Digitized by Google

liter excarnificari? Sic excogitauit D. Iſidorus Peluſiota lib 2. Epiſt. 81. & exponit. *Dicendum enim erat, qui non circumcideretur exterminatum iri: non autem infantes immaturæ ætatis.* Vide dificultatem à Doctore excitatam; explanationem accipe. *Ego verò* (annectit) *nec literæ quidem ſenſum improbo, ſiquidem parentibus acerbius eſt ſupplicium, cum pueri exitio dantur.* Hæc Doctor. S. Iſid. Pel

Proh dolor! quomodo Maria pluſquam martyr non eſſet, cum lumen oculorum ſuorum, dulcedinem ſuæ animæ, medullam cordis, vnicum natum crudeli affectum morte inter nefandorum manus euidenter inſpiceret? Inhonorato mortis ſupplicio comtemplaretur extinctum? Conuicijs prætereuntium blaſphe... um, ab intimis derelictum, ac tandem proprio cruore filij innocentis in cruce ſuffixi ſuperfuſa eſſet?

Hinc ergo eleganter notauit Guillelmus ad 3. Cantic. cap. dicens *Planè gladius acutiſsimus, dolor, videlcet, Dominicæ Paſsionis animam piæ matris penetrans, atquè tranſuerberans eam, ſpiritualiter commori filio fecit. Martyres alij fuere moriendo pro Chriſto; hæc commoriendo Chriſto martyr fuit, & commartyr Chriſti. Illorum corporale, matris verò ſpirituale, & proindè præſtantius martyrium fuit, &c.* Et poſtea ſubdit. *Plus eſt enim eſſe commartyrem Chriſti, quàm martyrem Chriſti. Martyres ſuo, hoc eſt, hominum ſanguine, ſed Maria filij, hoc eſt, Dei ſanguine intus rubebat.* Quid pulchrius? Quid elegantius? Guillel.

Inſuper Mariæ martyrij præſtantiam eleganter, deuotè, & ſubtiliter (vt de more habet) excogitauit S. Antoninus 4. p. tit. 15. cap. 24 *Primo* (ſic ait) *dationi animi debetur aureola martyrij: ergo dationi pretioſiſsimæ animæ, & dilectiſsimæ debetur pretioſiſsima aureola martyrij Sed Beatiſsima Virgo habuit pretioſiſsimam, ac beatiſsimam animam, ideſt, vitam filij, ipſa enim in infinitum plus dilexit animam, ideſt, vitam filij, cum pretium fuerit totius mundi, ergo habuit pretioſam aureolam martyrij.* Hæc S. Antoninus. S: Anton.

Quod aſſertum inſuper S. Archiepiſcopus probat ex dilectione Mariæ ad filium. *Dolor* (ait) *cauſatur ex amore, vt quanto quis plus amat, tanto quis plus doleat de amiſione eius. Dolor autem ſanctorum in martyrijs eorum cauſabatur à natura propter ſeparationem animæ à corpore: Dolor autem Beatæ Mariæ à natura, & gratia; ſed maior à gratia. Sed fortior, & perfectior eſt cauſatus à gratia, quam à natura; ergo improportionabiliter maior fuit dolor eius in Paſsione filij, quam martyrij cuiuſque* S. Anton.

in

in ſua paſsione. Quid amplius? Plus quam ergo Martyrem Mariam eſſe, quis dubitabit? Certè & commartyr Chriſti, & plus quam martyr omnium lingua celebranda eſt, quæ toto filii ſui dolore abſque aliquo leuamine paſſa fuit, tantos ſufferens dolores, tam dira portans excruciamenta.

Has *Mariæ* acerbitates in filij Paſsione, & precipuè eius orbitate ſic ſubſigno.

Chriſtus Dominus pendebat Cruce ſuffixus, ſanguine madidus, mille tormentis ac vulneribus ſancinatus. Matthæi 27. & inter alia, quæ in perfectiſsimæ Doctrinæ Cathedra in fidelium eruditionem proclamauit, ſic edidit. *Deus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me?* Mirum valde, quòd illa Chriſti Domini portio inferior tot triſtitijs, tot afflictionibus puncta, tot doloribus quaſſata, tot laboribus plena, dumtaxat patris derelictionem, ac orbitatem pandat, etquaſi nil aliud tormentorum ſentiens de patris conqueratur deſertione: ſanè, inter parentes, & filios adeò ſtrictiſsimum naturaliter vnionis vinculum interſit, ac fortiſsimo glutino anectuntur, vt eos diſsociari, avelli, inter cæteros maximus, ac crudeliſsimus cenſeatur cruciatus. Etideô, Chriſtus in Cruce de alijs ſilens, patris deſertionem expendit orbitatem dettegit. Acutè excogitauit *S.* Hilarius ad præfatum *Matthæi* locum. *Nunc inops eius* (auxilij *Paterni*) *mortique permiſſus, ſolitudinem ſuam conqueritur. &c.* Chriſtus Dominus filius Dei vnigenitus, inferiori parte tanta dolorum, ac pænarum eluuione admiſsa, patris tantummodo orbitatem euulgat, vt hinc parentum, aut filiorum deſſertio inter mundi acerbitates acerbiſsima ſemper æſtimetur.

AROMA XVI. IN MORVM REGVLAM.

Prompta volantas profactò apud Deum æſtimatur.

SCrutator cordium Dominus, qui renes, & cordia hominum probat, adeò affectus noſtros introſpicit, vt apud ipſum opus & operandi affectus eodem æquiparentur menſura, ac eodem proſus pondere cenſeantur.

Iacobus cap. 2. num. 21. in ſua Canonica ſic effatur. *Abraham Pater noſter nonnè ex operibus iuſtificatus eſt, efferens Iſaac filium ſuum ſuper altare?* Alij transferunt. *Cum obtuliſſet filium ſuum.* Nonnè Abrahæ manus, filium ne occideret, ab Angelo deten-

Iacobus.

deferenta eſt? Haud dubium. Quare ergo de ipſo aſſeritur obtuliſſe. Quod ſanè conſonat his, quæ protinus annectuntur. *Quia feciſti rem hanc, & non pepercisti, &c.* Quomodo ſe coherent facere, & non facere, ſacrificare, & non ſacrificare? Præclare Hieronymus homil. 47. in Geneſ. ait, hæc diſſoluens *Non* (inquit) *euentum conſidera, ſed voluntatem. Quantum enim ad voluntatem cruentauerat Patriarcha, & per ceruicem pueri immiſſerat gladium perfectumque obtulerat ſacrificium. Idcirco, & Dominus qui ipſi ſacrificio reipſa conſumato, laudat iuſtum, &c.* Abrahā ſacrificium perfectiſsimum confecit, abſolutiſsimè conſumauit, ſanguis Iſaac fuit effuſus, ac in eius oblatione perfectum abſoluit ſacrificium. Quod non ita intelligas, vt phyſice Iſaac ſit occiſus, ſed quod voluntas ſacrificium libandi, adeò accepta fuerit Deo, ac ſi de facto ſanguis effunderetur, ac victimam mortis impenderet executione. D. Hieron.

Poſt templi conſtructionem, eius Salomoni vigilantiſsimo Mœcenati, vt oret ad Dominum, ſic Deus inſpirat, Pſal. 131. *Memento Domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius, ſicut iurauit Domino, votum vouit* Deo *Iacob. Si introiero in tabernaculum domus meæ, ſi aſcendero in lectum ſtrati mei. Si dedero ſomnum oculis meis, ac palpebris meis dormitionem. Donec inueniam locū Domini in tabernaculum* Deo *Iacob, &c.* Quis domum, ac templum Domino ædificauit? Sapientiſsimus Rex Salomon. Quis ornauit, multiſque, ac pretioſiſsimis decorauit muneribus? Idem Salomon. Quare Dauid ita laudatur, ac ſi ipſum conſtruxiſſet, cum reuera ob ſanguinis in bellis effuſionem, templum non conſumarit? Sanè, ob voluntatem, quam habuit conſtruendi, quaſi conſtruxiſſe, fertur. Vt videas quanti ad eum ſuorum æſtimentur voluntates. Notauit Chryſoſtomus ad eumdem locum ait. *Eum quidem, qui eſt ædifficaturus præterijt. Eum autem qui eſt pollicitus, in medium adducit. Vt ſcias, quantum bonum ſit rectus animus, & quomodo Deus ſemper conſueuerit recto animi inſtituto, & bonæ voluntatis mercedem conſtituere. Et ideò eius potius meminit, quoniam ipſe potius qui ædifficauit, quam filius. Hic enim pollicitus eſt, ille verò iuſſus eſt.* Hæc Chryſoſtomus. Non plus fecit Salomon, qui templum perfecit, quàm Dauid eius conſtructionem iubens. Quare Deus voluntatum ſcrutator, cordis affectus, & animi propoſitum intuetur; quô maxime obſtringitur; & illi mercedem parat. Pſalm. Chryſoſt.

Iſaiæ 38. mittitur Propheta ad Regem Ezechiam, vt ſuam

Iſaias. illi immaturam denuntiet mortem. *Hæc dicit Dominus: diſpone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues.* Sed tandem Dominus regis miſertus, & quaſi ipſius lachrymis obtemperans, peccatum abſoluit, culpam delet, ac in eius gratiam reuocat Ezechiam. Vnde tam diuerſa ſententia? Quæ exequitur Rex opera, vt Deum ira excandeſcentem temperet? quam agit pœnitentiam? Quibus veruerantur flagellis? Quas in pauperes erogat eleemoſynas? Sanè nihil aliud egiſſe fertur, quàm quod conuertit ſuam faciem ad parietem, & orauit ad Dominum.

Anſelm. Quæ Anſelmus expendens, eleganter effatur. *Quia* (inquit) *ad templum ire non poterat, conuertit faciem ſuam ad parietem, &c.* Ideſt, quia alia penitentiæ opera exequi nequibat, quia carnis macerationem non valebat exibere: quia vacare ieiunijs non poterat: ideò Dominus voluntatem hæc omnia adimplendi gratanter acceptauit. Cuius affectibus placatus, veniam elargitur, culpas abluit, flagella abigit, ac in ſui gratiam protinus redditur.

In illa nocte longè omnibus clariori, in qua Deus Infans factus clauſtris elabitur Virgineis, dum ſigna Angeli bagientis præbent, dum cœleſtium militum alæ ſpiſſæ accurrunt; hoc per aera perſonabat carmen. *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Preme: *& in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Quare non prædicatur pax illis, qui plurimis ſunt cumulati operibus? Quare non ieiunantibus, abſtinentibus, mortificatis, ſed duntaxat hominibus bonæ voluntatis? Præclarè

Cæſarius. Cæſarius homilia 19. *Quis poteſt omnibus hominibus benè facere? Poteſt dicere aliquis, facultatem non habeo; nunquid potes dicere, bonam voluntatem habere non poſſum? In hoc magna Dei miſericordia fulget. In hoc eius ingens miſericordia declaratur, cum non ſolum illi bona opera in obſequium ſint, ſed etiam affectus bonæ voluntatis, pro operibus libenter acceptantur. Et ideò pax de cœlo, non ſolum benè operantibus deſcendit, ſed etiam hominibus bonæ voluntatis, &c.*

(***)

ARO-

AROMA XVII.

Vtrùm Maria tempore paſsionis filij paſſa fuerit ſpaſmum, aut animi deliquium? Vbi de eius ſtabilitate, in filij morte.

PRo maiori controuerſiæ intellectu diffinitionem *ſpaſmi*, & *deliquij* in lucem dare, non ſuper vacaneum duxi. Spaſmus, aut ſpaſma (alijs omiſsis) eſt morbus, aut ægritudo, qua nerui corporis contrahuntur: ita, vt qui ea afficitur ſtare non poſsit, aut erectus ſiſtere valeat. Quæ regulariter oritur ex peringenti dolorum, aut cruciatuum vehementia; & relinquit hominem ſemi mortuum. Sic Caietanus opuſc. de ſpaſmo. *Spaſmum autem*, ait, *propriè conſtat eſſe morbum contrahentem neruos*. Et poſtea annectit. *Ipſum eſſe diram neruorum contractionem, &c.* De quo D. Thomas lib. 2 Meth. lec. 2. Et Auicena tractatu de ſpaſmo. *Caietan.* *D. Thom.*

Deliquium verò, ſtrictè loquendo, affert mentis, ſenſuumque alienationem, vſuſque rationis carentiam, ſaltem ad tempus. Quomodo expoſuerunt huiuſmodi paſsiones, *ſpaſmum*, & deliquium. Caietanus citatus. Bartholomeus de Medina ad 3. part. quæſt. 27. art. 4. *Suarez* 3. part. tom. 2. quæſt. 51. diſp. 41. ſect. 2. Cartagena hom. 2. de Archanis Mariæ. *Auicena.* *Caietanus.* *Medina.* *Suarez.* *Cartagena.*

Vnicum Aſſertum.

Non in amiſsione filij duodenis, neque tempore depoſitionis Chriſti de cruce, nec vllo Saluatoris noſtri paſsionis tempore, ſpaſmum, aut animi deliquium pertulit.

In primis comprobat noſtrum aſſertum quoad omnes ſuas partes locus Eccleſiaſtici 24 in quo Virgo Maria Roſæ comparatur. *Quaſi plantatio roſæ in Herico*, quid eſt quod ſpecialiter *Maria* roſæ comparetur? Quid in roſa reperitur, quod *Deiparam* figuret? Sanè, quia ſicut roſa tametſi ſpinis conſtipetur, non læditur, nec odorem, aut pulchritudinem amittit; Sic Maria tempore paſsionis filij; quamuis grauibus dolorum aculeis angeretur, nuſquam ſtabilitatem, nec rectam corporis diſpoſitionem, aut animi amiſsit robur. Sic ſanct. Brigittæ reuelatum exiſtit, libr. 1. reuelation. lection. 1. capit. 16. §. triſtabatur. *Gaudebat etiam Virgo, quia ipſum à morte reſurrecturum perſpiciebat. Et pro ſua paſsione in ſummo honore æternali-* *Eccleſiaſt.* *S. Brigitta*

 li-

Digitized by Google

liter ſublimandum. Et iterum. *Verè indubitanter credendum eſt, quod ſicut roſa conſtanter in ſuo loco ſtare cernitur, quamuis ſpinæ circumſtantes fortiores, & acutiores effecta fuerint. Ita hæc benedicta Roſa Maria tam conſtantem gerebat animum, quòd quantumcumque tribulationum ſpinæ cor ipſius ſtimulabant, voluntatem tamen ſuam nequaquam variabant, ſed ad ſufferendum, & faciendum, quidquid Deo placeret, ſe promptiſſimam exhibebat.* Hæc ſanct. Brigittæ. Quæ verba de cuncto Mariæ vitæ progreſſu, ac eius actionibus, & motibus vniuerſis ſcribi, ac intelligi feruntur. Vtique Roſa tametſi vndequaque ſpinis opprimatur, ac ipſarum percutiatur aculeis, nec pulchritudinem adimit, nec fragrantiam deperdit, nec viriditatem abſcondit: tota rubea, tota fragrans, tota ſtans conſpicitur, etiamſi vndique conquatiatur aculeis. Non aliter Maria, etſi filij excarnificata vulneribus iuxta crucem, ſtat florida, roſea, flagrans, nec admittens ſpaſmum, nec animi deliquio ſuccumbens.

Geneſ. Geneſ. 1. num. 6. *Fiat Firmamentum in medio aquarum, &c.* Hoc firmamentum ſecunda die procreatum, in quo poſtea Deus quarta die Solem, Lunam, & Stellas fixit, typum *Mariæ* geſſiſſe, plurium Doctorum extat ſententia. Alij, quia Maria in gratia, & ſanctitate firmiſsima futura erat, omniumque virtutum, diuinorumque munerum fulgoribus ornata. In qua, cum primis Sol iuſtitiæ Dei filius ex ea factus homo, quaſi Sol in firmamento immorari decreuerat. Quapropter D. Ioannes Damaſcenus de huius Virginis ortu diſſerens, oration. 1. de natiuit. Deiparæ, ait: *Hodie ex terrena natura cœlum in terra ille condidit, qui olim firmamentum in aquis fixerat, atque in altum extulerat. Et ſanè hoc illo longè diuinius eſt: nam qui in illo ſolem effecerat, ex hoc Sol iuſtitiæ ortus eſt.*

D. Ioannes Damaſcen.

Sed aliter D. Bonauentura ſermon. de Deipara, homil. 3. luculenter ad noſtrum flectit inſtitutum. Nam ſicut in firmamento aquæ ab aquis disiunctæ, ac ſeparatæ ſunt, ita vt alteræ in inferiori, aliæ ſuperiori ſiſterent parte, ac vnaquæque ſuum poſſideret ſitum: ſic in Maria dolor, & firmitas in ſuis partibus, recto ordine ſeruato, appoſiti ſunt. Dolores, cruciatus, tormenta ita admittens, & ſuſtinens: vt prudentia prorſus illeſa, ac integra conſeruaretur. *Virgo* (inquit Doctor) *fuit cœlum, & firmamentum, nam licet in ea aquæ inferiores, id eſt, vires ſenſitiuæ, & ſenſibiles fortiſſimè fuerint concuſſæ in paſſione filij; ſuperiores ta-*

D. Bonau.

tamen à ſua non fuerunt pace commota. Et licet ſentina nauis, id eſt, pars ſenſibilis repleta fuerit aquis maris; pars tamen ſuperior nauis ſemper ventis proſperis nauigauit. Hæc Doctor. Et quid doctius? En iam in tam ingentis doloris elluuione, ac tormentorum congeriè *M*aria inflexibilis animo, tota fortis, ac inuicto pectore. Benè enim ſentina nauis, hoc eſt, inferior pars, aquis dolorum poterat repleri, ſuperior tamen, id eſt, anima nunquam ſubmerſionem, aut animi debilitatem paſſa fuit.

Vnicam filiam iugulaturus Deo Iepte Hebreorum dux vehementer ingemuit. Sic Iudicum 11. *Quare viſa ſcidit veſtimenta ſua & ait: heu me, filia mea decepiſti me, & ipſa decepta es: Aperui enim os meum ad Dominum, & aliud facere, non potero; &c.* Quid eſt, quod poſt tantas lachrymas, poſt tam vehementes gemitus de filia iugulanda, ſimul & promptam voluntatem, ac liberum ad impletionem exhibet conſenſum? Quid eſt quod nec lachrymæ robur emoliunt, nec dolor ipſius deflectat affectionem? Pulchrè Diuus Ambroſius lib. 3. offic. cap. 12. elloquitur. *Iepte licet pro metu acerbitatem duræ ſolutionis impleuerit, tamen luctum anuum etiam poſteris deplorandum ſtatuit, ac dereliquit, &c.* Quem Ducem nec amor labefactauit animum, nec vis doloris conſenſum excluſit; ſed mirabiliter prudentia, & fortitudo inter ſe connexæ votum adimpleuerunt. Sic Mariam, nec dolor mortis filij, nec tormenta ipſius ad oculos appoſita deflectunt, aut minus ſtantem reddunt; ſed ſemper ſui rationis compos, cruci animoſè ſtans ſacrificium impendit, filium in holocauſtum offert, victimam ſui cordis affectuoſa ſacrat.

Iudicum.

D. Ambr.

Hinc ſanctus Antoninus 4. part. Theolog. titul. 15. capit. 41. §. 1. ſic tenet. *Stabat verecunda, modeſta, lachrymis plena, doloribus immerſa, ita tamen diuinæ voluntati conformis, quod vt Anſelmus ait, ſi oportuiſſet ad adimplēdū ſecundum rationem voluntatem Dei, ipſa filium in cruce poſuiſſet, atque obtuliſſet; neque enim minoris fuit obedientiæ, quàm Abraham, &c.* Hæc Doctor. Premè hæc vltima verba: *Neque enim minoris fuit obedientiæ, quam Abraham, &c.* Si Patriarcha obediens ad filij minantem necem, ad luminis oculorum ſuorum atram noctem immobilis exiſtit, & occitionis filij diligens oſtēditur miniſter abſque deliquio, abſque animi perturbatione; quare *M*aria ſpaſmum, aut animi deliquium, nec neruorum contractionem paſſa erit?

S. Anton.

Caietanus. Quoad rationem *ſpaſmi*, ſic ratione probat Caietanus noſtrum aſſertum. Diſſonat rationi Mariam Virginem ægritudinē aliquam paſſam fuiſse: tum quia ſimilis debebat eſse filio per omnia, quantum fas eſt. De filio autem teſtatur Chryſoſtomus, quod *Chryſoſt.* non fuit conueniens, ipſum aliquo morbo langueſcere. Tum *Hieronym.* quia hoc præſtitum videtur Ioanni Euangeliſtæ, teſte Hieronymo in Prologo ad ſuum Euangelium: quod ſi alicui ſanctorum præſtitum conſpicitur, quare Deiparæ denegandum? Spaſmus autem conſtat, quôd propriè eſt morbus neruos contrahens. Ergo, &c.

Inſuper ratione probatur. Huiuſmodi ſpaſmus opponitur ſacræ paginæ, ergo acerrimè denegandus eſt. Conſequentia patet Et antecedens probatur. Spaſmus dicitū eſsentialiter contractionem neruorum, tàm diram, vt ſuper pedes ſiſtere impoſsibile ſit; immò ſpaſmatus protinus in terram corruit, & dilabitur. (Hæc eſt diffinitio ſpaſmi) ſed Virgo iuxta Ioannem 19. Iuxta Crucem ſtabat, ergô non contracta, neque cum dolore ſpaſmante.

Si occurras, verbum, *ſtare*, non inſtrictè, ſed rigorosè interpretandum.

Contra obijcio. Quia conſuetudo Euangelicæ litteræ eſt, quando rem geſtam narrat, proprietatem ſitus deſignare. Vt pa-*S. Ioann.* tet Ioan 1. de Ioanne Baptiſta. *Stabat Ioannes*. Et Ioan. 4. *Ieſus ergo fatigatus ex itinere ſedebat ſic ſupra fontē, hora autē erat quaſi ſexta*. Et Luc. 18. *Duo homines aſcēderūt ad templum, vt orarent. vnus Phariſæus, alter Publicanus. Phariſæus ſtans, &c. Et* *S. Lucas.* *Publicanus à longe ſtans, &c.* Et certè ſi nomina non propriè in*Phil.* terpretentur omnia erunt confuſa, teſte Phil. 4. methaph. Vnde infertur, verbum Ioannis, *ſtabat iuxta crucem*, ſtrictè interpretādnm eſſe, &c.

Minus tamen deliquium (quod medici ſyncopem vocant) adaptandum Virgini cenſeo. Quia iſtud ſenſuum alienationem, vſus rationis carentiam cum admixtione imperfectæ mentis præſefert; quod à Dei parente prorſus abolendum eſt. In primis Caietani ſtabilitur fundamento. Cum enim parens Dei fuerit gratia plena; opportet illos corporales defectus de ea negare, qui plenitudinem impediunt gratiæ. Conſtat autem, quôd dolor extra ſe perſonam faciens, exercitium impedit rationis. Ergo denegandus eſt: maximè illo tempore, quo inſtabat actualis conſideratio Dominicæ Paſsionis. Alias huiuſmodi dolor gratiæ per

ſe;

Digitized by Google

fectionem ſecundum actualem conſiderationem rationis turbaſſet; quod ſanè abſurdum eſt.

Homines huiuſmodi defectibus animi deliquio, aut mentis alienatione affectos, maximè miſeros reputamus. Quia tunc quaſi irrationabilia animalia permanent. At dicere Virginem Deiparam hanc ſuſtinuiſſe miſeriam, & cauſam ipſius, nempè tales defectus, indecorum eſt. Ergo neque excogitandum, &c.

3. Patet, nam ſi *Maria* à rationis ſede obducta, ſenſibus priuaretur; quomodo cōpateretur cū filio? Quomodo eamdem hoſtiam, quam Chriſtus Patri in corpore macerato offerebat, ipſa libenter ſacraret? *Optabat Maria* (teſtatur Arnoldus tract. de Mariæ laud) *ipſam ad ſanguinem animæ, & carnis ſuæ addere ſanguinem: & eleuatis in Cruce manibus, celebrare cum Chriſto ſacrificium veſpertinum, &c.* Vide Mariam rationis compotem ſponte ſacrificium filij libantem: ergo non cum delinquio, neque cum mentis priuatione; quare apocriphas, immò temerarias videamus fictiones illas, ab aliquibus excogitatas valde ignoranter. Nempè Mariā eiulare, crines auellere, genas laniare; quæ etſi ad exponendum ingentem Virginis dolorem fabricentur, tamen dignitati Mariæ non reſpondent, & ipſius detrahunt decori. *Arnol.*

Maximè ad noſtrum inſtitutum redolet ſanctorum patrum concors ſententia, ſcilicet, quôd tempore depoſitionis filij de Cruce multa Virginis afflictæ pectus leniebant. Quæ ante mentis faciem ipſi repræſentabantur Virgini, ſcilicet, fructus Paſsionis, conſumatio Redēptionis, libertas generis humani, apertio proxima cœleſtis Paradyſi, maximè verô filij ſui Reſurrectio: de cuius fide Maria certiſsima erat, quod iam inſtabat.

Superſt, vt aliqua argumenta in contrarium in lucem demus; & eorum enucleatio. Eſt enim communis Vulgi opinio tempore Paſsionis Mariam ſpaſmum paſſam, interramquè, ſenſibus amiſsis corruiſſe. Cui placito primo arridet communis vulgi pictura. Secundo, aliqui, qui hiſtoriam terræ ſanctæ, ac eius diſcripſere ſitum, referunt via Caluariæ fuiſſe templum, cuius ruinæ nunc extant; quod *Sancta Maria de ſpaſmo* inſcribebatur, eo quod illo loco Virgo occurruit filio Crucem portanti, & præ dolore quaſi exanimis corruit.

Nec deſunt Patrum placita contrariam ſententiam roborantia. Nam *D.* Bonauentura lib. de meditat. vitæ Chriti cap. 77. de hac re loquens ſic effatur. *Cernens eum oneratum ligno* *Bonau.*

iam

tam grandi, quod primo non viderat, ſemimortua facta eſt præ angustia; nec verbum ei dicere potuit, &c.

D. Bern. De tempore Crucifixionis tene Bernardum in opuſ. de lament. Virginis. *Iuxta Crucem Chriſti ſtabat emortua mater, quæ ipſum ex Spiritu Sancto concepit. Vox illi non erat, quæ à dolore atrita, iacens pallebat, quaſi mortua viuens, viuebat moriens, moriebatur viuens, nec mori poterat, quæ viuens mortua erat, &c.* Quæ verba, vel alia ſimilima apud patres paſsim reperies.

Ad argumenta deueniendo, ſic ſatisfacio. In primis ad illud de picturis cum ſpaſmo Virginis. Dico, non eſſe illud in hac parte credendum. Tum, quia ex vulgi imperita opinione potuerunt, ſic fieri. Tum, quia fortaſis non valuerunt aliter ingentem Mariani pectoris concuſionem exprimere, niſi eam corruentem, & ad manus aliorum dilapſam depingerent (vnde ad tollendum ſimile aſſertum ſpaſmi temerarium, & ſcandaloſum, & piarum aurium offenſiuum, cenſeo de mandato Dominorũ Inquiſitorum huiuſmodi picturas eſſe abolendas) quod ſit ſumpta ſimilitudine aliarum mulierum fragilium, quæ ſic communiter in mortibus cognatorum præ nimio labore, & dolore in terram cadunt.

Caietan. Medin. Ad illud deſcriptionis terræ ſanctæ, ſatisfacimus. Primò nõ eſſe authenticum, canonicum, ſed apocriphum (teſte Caietano opuſc. citat. §. ad quartum) quomodo reſpondet *M*edina loco prælegato.

Aliter reſpondetur; conſtructum illud templum fuiſſe, vt ſic cruciatus fortiſsimi, ac terribiles angores *M*ariæ in illo loco exprimerentur, & eterno monumento manerent.

3. Reſpondetur, loca illa venerari nomine *S*. Mariæ de ſpaſmo; non quod ipſa tale ſit perpeſſa; ſed quia homines hac infirmitate ſpaſmi laborantes, in illa genitricis æde, eiuſdem Virginis patrocinio ſanantur. Sic Hiſpali Eccleſia dicata eſt *D*eiparæ nomine, *B. Maria de febribus*, eô quod patrocinio, ac Virginis interceſsione in illa æde, ac Mariæ templo à febribus homines crebro ſanantur. Itaque Templum illud accepit nomen ab infirmitate, quam ibi Maria ſuo auxilio ab hominibus auertit.

Ad authoritates S. Bonauenturæ, & aliorum *D*octorum faciliter ocurrere poſsumus, aſserendo ibi loquutos fuiſse per exagerationem quandam, & hyperbolem; vt ſic nimium Virginis dolorem panderent, ac in lucem adducerent; non autem quòd ſpaſmum in rigore *M*aria perpeſsa fuerit.

ARO-

Digitized by Google

AROMA XVIII. MORALITATIS.

Patientia filiationem Dei in ſe ebibit, & quaſi in diuinum patientem transfert.

NVllo enim clariori ſigno diuinitatis veſtigia conſpiciuntur, quàm patientia Hæc enim creaturam alleuat, ponduſque miſeriæ noſtræ, vſque ad diuinitatis gradum attollit.

Paſsim inter Doctores circumfertur quæſtio: Vtrum Chriſtum eſse verum Deum, ac expectatum Meſsiam Iudæi cognouerint? Negatiuam partem amplectuntur omnes, dictante ſacro eloquio, apud Paulum Corinth. 5. *Si enim cognouiſſent, numquã Dominum gloriæ crucifixiſſent.* S. Paulus.

Rurſus diſcutiendum venit: quare ergo tam ingentes ſubierunt pœnas, tamque dira luerunt excruciamenta propter mortem eius, qui eſse verum Deum, propriumque eſse Meſsiam non agnouerunt? ſi enim ipſum cognoſcerent, proculdubio minimè crucifigerent. Sanè, ignorantes eius dignitatem, ac diuinam maieſtatem ſuffixerunt cruci, immemorabilibus affecerunt tormentis. Quare ergo tam grauiter a Deo flagellati ſunt, ac pœnas adeo acres perſoluerunt?

Tertulianus ſatisfacit, aſſerendo, quòd Iudæi, & ſi Chriſtũ eſſe verum Meſsiam non agnoſcerent, debuerunt tamen in patientia ipſum eſſe Deum, apertè intelligere: quia talia ſufferre patienter tormenta, non hominis, ſed Dei munus erat. Et ideo audaciæ ſuæ pœnas dederunt, ac tam commerita ſubſtulerunt tormenta, lib. de patientia cap. 3. ſic tenet. *Qui in hominis figura propoſuerat latere, nihil de impatientia hominis imitatus eſt. Hinc vel maximè Pharisæi Dominum agnoſcere debuiſtis. Patientiam huiuſmodi nemo hominum perpetraret.* Hæc Tertulianus. Patientia patientis, tormentorum tollerantia, ad conuicia tranquilitas, ad verbera læta frons, ad vulnera placatus vultus, ac denique cuncta aduerſantia tolleranter lata, ipſum verum Deum eſſe euidenter arguebant, ac dilucidè comprobabant. In quo Iudæi agnoſcere potuerunt deitatem; ſed quia propter obſtinationem, ac ſui duritiam cordis, veram non penetrarunt Deitatem; meritò grauiſsimis mulctati ſunt doloribus. Quod ferè idem eleganter adnotauit D. Cyprianus de bono patientiæ. *Inter cætera virtutum inſignia, quibus indicia diuinæ maieſtatis expreſsit. Paternam quoque patientiam tollerantiæ tenore ſeruauit.* Hæc Cyprianus. Tertul. D. Cypria.

pria-

Exodus. Exodi 34. iam poſt remugientia tonitrua, clangoremque tubarum, perſeuerantibus igne, fumo, caligine, iamque lex populo cum indicaretur; Moyſes ita coruſcantibus apparet fulgoribus, vt propter micatus ad inſtar Dei Filij Iſrael in vultum eius intendere non poſsent. Quare ſplendentes micatus in facie eius refulgent? Quid eſt quòd ſolus eius vultus tot radijs niteſcit? Sanè reſpondet Ambroſius lib. 2. offic. cap. 7. Propter patientiã, quàm in contumelijs ſuſtinendis, manifeſtauerat; hac ergo de cauſa tantis coruſcare fulgoribus vultum Moyſis vult *Deus*. Vt ſic patientem faciem honoraret, ac eam velati diuinis cumularet honoribus. *Quantas* (ait Ambroſius) *à populo illatas Moyſes abſorbebat contumelias? Quam mitti ſermone poſt iniurias appellabat? Quomodo conſolabatur in laboribus, deliniebat oraculis, fouebat operibus? Merito æſtimatus eſt ſuper omnes, ita vt vultui eius non poſſent intendere.* Meritò vultu Moyſi radijs, ac nouis ſplendoribus inſtar diuini ſplenduiſse fertur: quia tot contumelias patienter tollerabat, humiliter ſufferebat, ac conuitia à tam ingrato, & rebelli populo, læta ſuſcipiebat fronte, ac hilaris, gaudenſque portabat.

D. Ambr.

Daniel. Daniel. 24. Daniel Propheta magnus ab immani rege ob necem miniſtrorum fictitij Dei *Bel*, leonibus deuorandus obijcitur. Porrò in lacu erant leones ſeptem, & dabantur eis duo corpora quotidiè, & decem oues. Et tunc non data ſunt eis, vt deuorarent Danielem. Famelici leones Danieli obtemperantes ad pedes eius protinus ſubduntur, atque humiliter reueriti, ipſum quaſi Deum, ac conditorem agnoſcunt. Quid eſt, quod leones Danielem quaſi ſupremo obediunt Domino? Quid in Propheta animalia inſpiciunt, quod ad eius obuoluuntur pedes? Sanè, Prophetæ patientis tollerantia, ac eius in tantis aduerſitatibus humilitas feracitatem animalium ad ſe trahebat, vt ipſum quaſi Deum timerent, & quaſi conditori proſtrata ſubderentur. Sic excogitauit Ephrem de recta viuendi ratione, num. 86. *Immanes feræ in medio ſui videntes Prophetam, inclinantes ſe adorabant illum.* Illi, qui tot labores æquo ferebat animo, atque tranquillo ſufferebat corde, animalia haud ſubijci non poſsunt, eumque ad inſtar Dei collere; quia patientia patientem ſublimat, animoquè patienti labores tollerantem ad altiorem reuerentiæ gradum mirabiliter attollit.

Ephrem.

Geneſ. Geneſis 26. num. 28. Abimelech Rex Patriarcham Iſaac in exilium relegat, atque è propria terra populoſa longinquas abire præcipitur. Sed poſt tranſactum aliquid temporis ab ipſo

Re-

Rege ab exilio ſumma totius regni gratulatione reuocatus, atque plurimis cumulatus beneficijs ex ore Regis; hæc audit verba. *Vidimus te eſſe Dominum, & idcirco diximus: ſit iuramentum inter nos, & ineamus fœdus, &c.* Ex quo Rex antea inimicus modo dominium in Iſaac inhabitaſſe argumentatur? Ex quo diuinam aſsiſtentiam in Iſaac deducit? Planè qui tantis iniurijs irretitus, ac iniurijs offenſus, hilarem exhibet vultum, ac patientem manifeſtat animum, Deum certiſsime in ſe habere, concluditur. Patientia enim diuinitatis exiſtentiam annuit. Inde Chryſoſtomus hom. 25 in Geneſ. ſic effabatur. *Vide quantum manſuetudinis robur, & quantæ virtutis potentiam, qui pridem abigerant, nunc veniunt ad peregrinum, & non ſolum ſatisfaciunt, & excuſant ſe de his, quæ commiſſerant: ſed & peccatoris veniam petunt, & prædicant iuſtum.* Sic Chryſoſtomus. Eleganter probat in Iſaac Dominicam præſentiam, Deumquè proculdubio adſtare: quia inter tot inimicorum immanitates, inter tot iniurias, inter conuitia imperterritus exiſtit, ac tranquillè exilium, regis crudelitatem, aliaque incommoda læto ferebat vultu, ac hilari patiebatur fronte. Ex quo argumento Angelicum vultum Stephani in torrente illo lapidum comparabat Salmeron, tract. 3 in Acta. *Inter calumnias tacenti Angelica claritas reſpondet. Etenim vbi ſumma patientia contiſceſsit, ibi æquum eſt, vt Angelica præſentia patrocinetur.* Sic doctus Salmeron.

Chryſoſt.

Salmeron.

AROMA VLTIMVM.

Illuſtrium virorum cultus erga NOMEN MARIA: *Virginis gratulatio, præmium eorum; Officium ſiue ſalutatio* NOMINIS MARIA *à Beato Iordane editum; ac in tota Prædicatorum familia ſummo deuotionis affectu recitatum.*

DEuentum eſt tandem in huius operis tractatione ad finem; vtinam in tantæ Virginis honorem cedat; quæ etſi non ſatis laudata, atque honorata extitit: pro meo quidem modulo, de ipſius Auguſtiſsimo nomine pro viribus diſſerere ſum conatus, ſupereſt aliquorum Doctorum teſtimonia palam recenſere.

Sanct. Bernardus Clareuallenſis Abbas, vir in Gallia, Germania, Italiaque celebris, quem omnis non ſolum ob doctrinam diuinitus inſpiratam, ſed etiam propter vitæ ſanctimoniam, clariſsimis ſæpè miraculis demonſtratam, celebrat orbis, hom. 2.

de

Digitized by Google

de Beata Virgine ſic effatur. *Si inſurgant venti tentationum, ſi incurras ſcopulos tribulationum, reſpice ſtellam, voca Mariam; in periculis, in anguſtijs, in rebus dubijs Mariam cogita, Mariam inuoca, non recedat ab ore, non recedat à corde; & vt impetres orationis ſuffragium, non deſeras conuerſationis exemplum, &c.* Hæc Doct. Qui iterum ſerm. 4. in Aſſumpt. in hæc prorūpit: *Sileat miſericordiam tuam, Virgo Beata, ſi quis eſt, qui inuocatam in neceſſitatibus, ſibi meminerit defuiſſe.* Hucuſque D. Bernard.

Bernardo dignus diſcipulus fuit Guarricus, ſuumque magiſtrum pietate, atque eruditione, in eo etiam refert, quod Mariæ cultum, & inuocationem præclarè commendet. Nam & naturalem quamdam pietatem fidei hoc filijs dictare, aſſerit, vt illi ad inuocationem nominis Mariæ primo, vel maximè refugiant in omnibus neceſſitatibus, periculis tamquam paruuli ad ſinum matris. *Et nunc quidem* (ait) *habitamus in adiutorio Mariæ matris altiſsimi, in protectione ipſius commoramur, tanquam ſub vmbra alarum eius.* Et poſtmodum. *In conſortio gloriæ eius, tāquā in ſinu illius confouebimur. Tunc erit vox vna lætantium omnium noſtrum: habitatio eſt in te Sancta Maria, &c.*

Guarricus.

Quid verò Gerardus Epiſcopus Cananienſis, qui apud Panonios, & vitæ innocentia, & martyrij aureola emicuit? tam ardentis venerationis ſtudio nomen *Mariæ* proſequtus eſt, vt nulli in Mariæ nomine aliquid roganti, quidquam negandum, ſcilicet, petēti cuilibet, (quod ſanè cōcedere fas eſſet) ſemper annuendum eſſe, putaret. Proinde cum flagitioſi homines ad illum ſupplices venirent, ſuaueque nomē Beatæ Virginis interponerent; idem præſul libenter eis parcere, tum plorantibus miſeris, ac calamitoſis pius, & ipſe colachrymari, & quidquid ferè vellent, quia id Mariæ nomine petiuiſsent vltro largiri dignabatur.

Gerardus.

Eamdem reuerentiam habuit, qui Beati Thomæ Aquinatis, Doctoris Angelici, ac Bonauenturæ Seraphici Præceptoris Magiſter, & ætate ſua ſummus inter Pariſienſes Theologos fuit, Alexander Alenſis, præclariſsimum S. Franciſci Religionis honor, pulchrum, ac gloria. Is eodem aſcriptus voto ac Gerardus, cuidam fratri Religionis Seraphicæ ingreſsum in eā in nomine Mariæ expoſtulanti, libenter ſæculo renuntians, gratanti animo acquieuit. Sanè lōgum eſset reliqua recenſere, quæ alij Grauiſsimi ſcriptores, Hieronymus, Anſelmus, Hugo, Ricardus Victorinus nomen Mariæ egregiè celebrantes, ac piè ſimul inuocantes memoriæ prodiderunt.

Hic

Digitized by Google

Hic mihi nullatenus prætereundus eſt S. Bernardinus Senenſis ſerm. 3. de nomine Mariæ, qui pari acumine, & affectu, ſemper celebris, ac pius extitit ſcriptor. *Teſtis* (ait) *conſcientiæ eſt Dominus, quod ſi aliquando ex eſi gratia largiente, exterioribus curis exemptus, laudibus Virginis valeo totus per horam occupari: tanta mentis lætitia ſaucior, tantaque interius ſuauitate perfundor; vt cunctis mundi vanitatibus, & concupiſcentijs conculcatis; nihil aliud aut appetam, quam cum ipſo lætitiæ ſpiritu (ſi daretur) ſtatim exilire ad Dominū, tāquā illud gaudij ſpiritualis, cūctis iterū redeūtibus, auferatur. Et ſtatim ſtimulāte memoria delictorū cithara conuertatur in luctū, & Iubilus in lamētū, &c. Vide igitur* (Poſtea annectit) *quantū ſit fœlicitatis, & gloriæ, in illa patria Deigenitricē Virginē benedictam, ſtipatam ordinibus Angelorum, & choris Virginum commitatam, vultu pleniſsimo gratiarum in ſuo dignitatis ſolio poſſidentem, reuelata iam facie contemplari: quando quidem in ſordibus carnis, adhuc & in mundi luto degentibus, tam læta contigit in eius nominis contemplatione ſentire, ad ipſum itaque Mariæ nomen iterum contemplandum, iterum atque iterum deſcendere libet.* Hæc Bernardinus.

D. Bern. Senenſ.

Preme ea: *ad ipſum Mariæ nomen contemplandum, iterum atque iterum deſcendere libet, &c.* Dignum enim erat, vt tam ſuauiſsimum nomen ad inſtar abyſsi eſset, ita vt continuô ipſi apropinquantibus nouam dulcedinem, iterum atque iterum propinaret; ac continuô ex eo, tunc in hac vita, tunc in alia nouæ fluerent, ac emanarent dulcedines.

Accedat Scriptor ille inſignis, ac doctrina preſtans, nec temerè Doctor extaticus appellatus, Dioniſius Richelius Cartuſianus, qui de Virginis noſtræ, ac Deiparæ laudibus libros quatuordecim dedit. Is libro primo in præfatione de Virginis laudibus, poſt multa dulciter, ac piè congeſta, tandem effatur: quôd certo experimento didicerit, Mariæ ſalutationem atque inuocationem ex corde profectam, cum afflictis omnibus, tunc formidoloſis, qui nocturnis ſpectris, ac diabolicis terroribus commouentur mirum in modum opitulari. Vbi protinus nectit illud, erga ipſum nomen Honorij Anacoretæ elogium. *Nomen* (ait) *Mariæ plenum omne dulcedine, ac ſuauitate diuina, dignum æterna memoria, omnibus ore ſimul, & concelebrandum, inuocandum, & glorioſum.*

Dion. Car.

Honorius.

Quid perſpicius? O nomen præclariſsimum! O ſuper omnia benedictum vocabulum! O oleum ſuper fidelium corda diffuſum!

Digitized by Google

fuſum! ſine, ſine ô Virgo ſanctiſsima, vt curramus poſt te in odorem vnguẽtorũ tuorũ, ſiquidẽ in illud currentes adiuuat, agoniſtas vngit, lapſos ſubleuat, puſillanimes confortat, viamq; cœleſtibus parat.

S. Ephren. O quam concinne S. Ephr. Cyr. de laud. Virg. hoc nomen *portarum paradyſi reſeramentum*, interpellat. Nã illo roborati ita fortes redimur, ita fœlices conſtituimur, vt ſtatim nobis cœlorũ patefactæ ſint ianuæ. Sanè, ad ipſum in hac valle plorationis cõfugimus, vt nobis in vmbraculum diei ab æſtu, & in ſecuritatem, & abſconſionem à turbine, & pluuia periculorum ſit.

Prouerb. Prouerb. 22. atteſtatur ſapiens: *Melius eſt nomen bonum, quã diuitiæ multæ* Quod eſt nomen iſtud, cui diuitiæ mundi non valent comparari? Sanè, præclariſsimum nomen Maria, ſic Richar-

Richard. dus: *In quo omnes theſauri cœlorum reconduntur, cum ipſummet Paradyſi reſeramentum ſit, cœli inmenſas diuitias deuotè ipſum inuocantibus, ac pijs clientulis propinat. Dignitatem enim, & efficatiam, iſtius nominis innuere videtur Salomon, dicens: Melius eſt bonum nomen, quam diuitiæ multæ, Prouerb. 22. Mariæ ſiquidem nomen longè melius eſt quam diuitiæ corporales.* Hæc Rich. lib. 2. de laud. Virg. c. 2. *Dignum* enim erat, vt omnes diuitiæ, ac pretioſiſsimi theſauri in nomine illius reconderentur, quæ omniũ bonorum genuerat conditorem; dignum erat, vt nomen almæ genitricis Dei, tamquam oleum ſuper omnia nomina, adnataret: dignum erat, vt clientulis, ac deuotè ipſum interpellantibus fructus vitæ æternæ in peremnium gaudiorum menſa pararetur; tãdem conuenientiſsimum, vt deuotè inuocantibus nomen *Maria* inmenſis Virgo cumularet muneribus, exterioribus, & viſibilibus, in aliorum exemplum, afficeret beneficijs, proſequeretur honoribus, & eius gratum animum erga deuotos permultis oſtentaret exemplis. Multa ſanè nomẽ Maria patrauit miracula; ex omnibus ſubijciam vnum, egregijs communitum teſtimonijs.

Anno Domini de 1173 tempore Theodorici Flandriæ Comitis in *Monaſterio* ſancti Bertini, apud vrbem S. Audomi in Arteſia, Belgi Prouintia, ſub Leone dicti Cœnobij Abbate, cuius rei monumentum extat in tabula affixa ſacelli Beatiſsimæ Virginis Mariæ quo exemplo apertè declaratur, quantum Virginis ſanctiſsimæ cordis ſit pietas, affectus, ac Religio erga eius nomen, quantiſque eius cultores muneribus afficiantur. Quod cum apud Vincentium Belbacenſem in ſpeculo hiſtoriali lib. 7 cap. 116 ponatur, totidem verbis mihi referendum duxi, quo nulla

re

re adita, vel dempta, maiori ſinceritate illud Lectori reſcribatur. Sic autem habet.

Quidam Archiepiſcopus Cantuarienſis Eccleſiæ olim à Curia Romana reuertens, in Abbatia *S.* Bertini, quæ eſt apud ſanctum Audomarum Hoſpitatus eſt & die craſtina ductus in Capitulum, ſermonem ædificationis cum fratribus habuit, quo finito, eis indicauit; quòd cum eſſet apud Beneuentum audiſſe à quodam viro Religioſo, qui de partibus *I*eroſolimitanis erat, in illa terra frequentem cultum eſſe erga nomen Maria, recitãdo totidem Pſalmos, quot eius elementa: *Magnificat, Ad Dominum cum tribularer, Retribue, In conuertendo, Ad te leuaui*: ſingulis AVE MARIA præmittentes.

Erat autem ibi in Conuentu Monachus, Ioſcio, nomine, qui hoc vigilanter audiuit, & quotidiè poſt *M*atutinas Pſalmos in honorem nominis Maria decantare cœpit; accidit, vt quadam nocte ſurgentibus fratribus ad Matutinas, Ioſcio non intereſſet choro, ſuperior chorum circumiens cum lanterna, vbi eum non inuenit, ad lectum eius citius perrexit, defunctumque reperijt. Conuocati fratres ſtupentes, lugentes accurrunt, vultum diſcooperientes, quinque flores roſarum inuenerunt, de ore & lingua eius vnus egrediebatur, de oculis duo, de auribus duo, omneſque pulchrè vernantes. Lætantes pro tali miraculo, tulerunt eum in chorum, & faciem diſcoopertam cum recentibus roſis diligenter intuentes, in roſa, quæ de ore exibat, inuenerunt ſcriptum, MARIA. Tenuerunt ergo illum per ſeptem dies, donec tres Epiſcopi conuenirent, quorum vnus fuit Atabracenſis, qui fuit Abbas Ciſtercienſis, & multi alij Clerici, & laici qui viderunt magnalia *D*ei. Hæc ex Vincentio Belbacenſi.

Cæterum qua ratione in illis roſis initium quinque Pſalmorum, quos Ioſcio recitare ſolebat, deſcriptum fuerit, narratur plenius in ſpeculo exemplorum, diſtinctione 9. num. 219. vbi hoc ipſum Ioſcionis factum ex libro exemplorum Beatæ Virginis apponitur; cum reliqua, quę nunc ex Vincentio retulimus, poſita eſſent, ſubſequentia protinus annectuntur.

*S*uperior eius *M*onaſterij, qui frater Ioſcionis erat, in nocte ſanct. Andreæ, anno *D*omini 1113. vbi cognouiſſet dictum Ioſcionem ad matutinas cantandas in choro non adeſſe, ſumpta lanterna iuit in dormitorium, vbi eum præcedenti veſpere viderat ire dormitum, cùque veniſſet in dormitorium, ante fratris ſui lecti ſternium inuenit eum in lecto, ſcilicet, mortuum, viditque ex ore eius roſam miræ pulchritudinis venuſtiſsimã ex

cre-

Digitized by Google

creuiſſe, ſimilem quoque roſam vidit ex quolibet oculorum ſuorum, atque aurium exortam. Super roſam autem in ore radicatam habebatur inſcripta prima littera nominis *Maria*, atque primus verſus huius Pſalmi: *Magnificat*. Super roſam autem in dextro oculo radicatam littera *A*, primuſque verſus Pſalmi: *Ad Dominum cum tribularet*. Hab batur inſcriptus ; ſuper roſam ſiniſtri oculi *R*, & primus verſus Pſalmi: *Retribue*. Super roſam dexteræ auris littera *I*, atque primus verſus Pſalmi; *In conuertendo*. Super roſam ſiniſtræ auris littera *A*, atque primus verſus Pſalmi: *Ad te leuaui, &c.* Cùm autem, his admirabilibus, ſtuperet ſuperior, cum magno timore ad chorum cucurrit, viſaque fratribus nunciauit; cùmque fratres ad ſpectaculum conueniſſent, viſo miraculo, miro timore conterriti, Monachum ante dictum attingere verebantur. Mox miſſerunt nuncium, & intimabant Epiſcopo, ſub cuius dominio ſtabant, qui referens gratias Deo, ac Beatæ Mariæ matri eius, multum, exaudito miraculo, eſt gauiſus, eo quod ſic Deo, & glorioſæ matri eius deuotè ſeruientes ſolent remunerari. Epiſcopus quoque indutus Epiſcopalibus ſolemnem proceſsionem cum fratribus, cum ciuibus, atque Clericorum ſolemni Collegio, venit ad lectum Ioſcienis Monachi jam mortui: eductam autem roſam de ore eius, quæ trahentis manum facile ſubſequebatur, atque cum vigore, & decore incorrupta manebat, fecit in chriſtalo quoddam formoſo artificiosè, ac reuerenter incluſam ſuper altare reponi, vbi ad miraculi euidētiam ab omnibus poſset videri. Ceteræ verò roſæ mox eductæ aruerunt, atque priſtinam pulchritudinem amiſerunt. Epiſcopus verò ſuſcipiens corpus antè ſummum altare, quod in honorem Beatæ Mariæ fuerat conſecratum, honore debitò ſepeliuit, vbi ad declarandam clementiam Virginis, & deuoti miniſtri eius meritum oſtendendum, plura poſt modum miracula contigerunt. Hæc in ſpeculo exemplorum.

Hinc circūfertur officiū, aut nominis *Maria* ſalutatio, à Beato Iordane Ordinis Prædicatorum Magiſtro ſecundo Generali editum. Quod in tota Prædicatorum familia ſingulis noctibus præcipuè à iuuentibus, dum ſacerdotio non fungantur, coram Beata Virgine, flexis genibus, educationis magiſtro adſtante, ſtrictè, ac inuiolauiter obſeruatur. Quod ego per decem annos Murtiæ nouitiorum domo, tota cordis mei dulcedine perſoluens, expertus, atteſtor. Illud, vt paſsim manibus habeatur, hic inſerere, eoque hunc hortum obſignare, decreui.

In primis recitatur Hymnus.

Aue

Aue Maris ſtella,
Dei mater alma,
Atque ſemper Virgo,
Fœlix cœli porta
Sumens illud Aue
Gabrielis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Eua nomen.
Solue vincla reis,
Profert lumen cæcis,
Mala noſtra pelle
Bona cuncta poſce.
Monſtra te eſſe matrem,
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus
Tulit eſſe tuus.
Virgo ſingularis,
Inter omnes mitis,
Nos culpis ſolutos,
Mites fac, & caſtos.
Vitam præſta puram,
Iter para tutum,
Vt videntes Ieſum
Semper colletemur.
Sit laus Deo Patri,
Summo Chriſto decus,
Spiritui Sancto
Tribus honor vnus. Amen.

Et poſtea nectitur tota ſalutatio Angelica, *Aue Maria.* Poſt modum Canticum.

Magnificat anima mea Dominum.
Et exultauit ſpiritus meus: in Deo ſalutari meo.
Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ:
Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.
Quia fecit mihi magna qui potens eſt: & ſanctum nomen eius.
Et miſericordia eius à progenie in progenies: timentibus eũ.
Fecit potentiam in brachio ſuo. diſperſit ſuperbos mente cordis ſui.

Depoſuit potentes de ſede & exaltauit humiles.
Eſurientes impleuit bonis: & diuites dimiſſit inanes.
Suſcepit Iſrael puerum ſuũ: recordatus miſericordiæ ſuæ.
Sicut locutus eſt ad patres noſtros: Abraham, & ſemini eius in ſæcula.

Gloria Patri, &c.

Et Antiphona. *Maria Virgo ſemper lætare, quæ meruiſti Chriſtum portare, cœli & terræ conditorem, quia de tuo vtero protuliſti mundi Saluatorem.* Rurſum *Aue Maria* in integrum, Pſalmus 119.

Ad Dominum cum tribularer clamaui: & exaudiuit me.
Domine libera animam meam à labijs iniquis: & à lingua doloſa.
Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi: ad linguam doloſam?
Sagittæ potentis acutæ: cum carbonibus deſolatorijs.
Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt: habitaui cum habitantibus Cedar: multum incola fuit anima mea.
Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus: cum loquebar illis, impugnabant me gratis. Gloria Patri. &c.

Et Antiphona. *Alma Redemptoris mater quæ peruia cœli porta manes, & ſtella maris ſuccurre cadenti; ſurgere qui curat populo, tu quæ genuiſti, natura mirante, tuum ſanctum genitorem Virgo prius, ac poſterius Gabrielis ab ore ſumens illud Aue, peccatorũ miſerere.* Iterum *Aue Maria* tota, & Pſalm. 118.

Retribue ſeruo tuo viuifica me: & cuſtodiam ſermones tuos.
Reuela oculos meos: & conſiderabo mirabilia de lege tua.
Incola ego ſum in terra: non abſcondas à me mandata tua.
Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas in omni tempore.
Increpaſti ſuperbos: maledicti qui declinant à mandatis tuis.
Aufer à me opprobrium, & contemptum: quia teſtimonia tua exquiſiui.
Etenim ſederunt principes, & aduerſum me loquebantur: ſeruus autẽ tuus exercebatur in iuſtificationibus tuis.
primus Regio titulo, areol. 1. arom. 4. fol. 15. Reges, quales eſſe debeant? areola 1. aromate 4. folio ibi. Regiam dignitatem non meretur, qui non pater, ſed tyrannus extat ſubditorum, areola 7. aromate 4. folio 351. Ad Regiam dignitatem ſpectat benignitas, & manſuetudo, ibi. Chriſtus Dominus exēplar Principum & Regum, ibi. Reges non ſibi, ſuis conſulere debent, areola 7. aromate 4. fol. 352. Reges leuamen ſint ſubditorum, ibi. Vitam incoſumitatem, etiam periculo propriæ vitæ ſolicitent ſubditorum, ibi.

S.

Sacerdos, Sacerdotis dignitas, areola 1 aromate 12. fol. 40. Ipſi *Dei* nomine potiuntur, ibi. Poſt *Sacerdotium* iam non homo, ſed quaſi *Deus*, ibi. fol. 41. Veteris legis quomodo aſpergebantur, areol. 1. arom. 6. fol. 21.

Samaritanus. Vinum, & oleum adhibuit in medicamen vulnerati, areol. 1. arom. 6. fol. 22.

Sapientia. Vera qualis debeat eſſe, areol. 1. arom. 14 fol. 49. Sapiens humilitatem amet, ibi. Sanctorum decoquatur ardore charitatis, areol. 1. arom. 14 ibi.

Sancti. Vide, *Serui Dei*. Semper perſequti, areol. 1. arom 22. fol. 76. Labores, ac ærumnas concupiſcunt, areol. 2. arom. 8. fol. 143. In laboribus ſecuriores, lætiores, ibi. In laboribus gaudent, in proſperitatibus lugent, ibi. 144.

Sanctitas ficta. Vide, *Hypochriſis*.

Serui Dei. Seruis Dei cuncti obtemperant, areol. 7. arom. 12 folio 375. Ignis eis ſubijcitur, ibi. Animalia parent, curuantur, ibi. Elementa, ac creaturæ venerantur *Dei* ſeruos, in improbos inſurgunt, ibi. Serui Dei ſtant, mundi corruunt, ibi.

Simulatio ſanctitatis. Non eſt equitas, ſed duplex iniquitas, areol. 3. arom. 2. fol. 181.

Scripturæ Sacræ. Viam tritam refugere, periculoſum, areol. 1. arom. 2. toto fol. 6.

Spaſmus. Quid? areol. 8 arom. 9 fol 438.

Spes. In *Deo*, non in creaturis colocanda, areol. 1. arom. 8. folio 27. Quæ in Deo ſolum quam efficax? areola 1 aromate 8. folio 27. Spes præmij amara dulcorat, areola 2. aromate 4 folio 123.

Spiritus diuinus. Quare non vocatur Sanctus quoad vſque operi interuenit incarnationis, areol. 1. aromate 4. folio 16 Cur hu-

Digitized by Google

humanam naturam non aſſumpſit, areol.2. arom.14. fol.168. Quare linguis igneis apparuit, areol.1, arom.18. fol.104.

Seth, idem quod *depoſitus*, areol.6. arom.1. fol.198.

Sermocinator. Vide, *Prædicator*, qualis? areol.8. arom.6. folio 393. Prædicator a verbis, & operibus, ibi. Laborare debet ſpiritualibus exercitijs, vt ſermocinator ſit, ibi. Impleat in ſe, quod alios docet, ibi. Prædicet cunctis actionibus, ibi. Plures Prædicatores damnantur, areola 8. aromate 6. folio 396. Aliorum peccatum, ipſis imputandum, ibi. Vide, *Superior, Prælatus*.

Serpens. Eius maledictio: ſuper pectus tuum gradieris, quare? areol.6. arom.8. fol.321.

Sodoma. Ignis, quomodo contra naturam ſuam deſcendit deorſum, areol.6. arom.8, fol.323.

Stella matutina. Eius munera deſcribuntur, areol. 3. arom. 11. fol. 209.

Superior. Vide, *Sacerdos, Prælatus Princeps*. Doceat inferiores verbis, & factis, areol.8. arom.6. fol.393. Totus ſit vocalis factis, verbis, motibus, &c. ibi Moritur ſi ſonitus virtutum eius non audiatur, ibi. *Plures* pereunt, ibi. Peccata populorum comedunt, areol.8 arom. 9 fol, 395. Subditorum peccata acriter increpent, areol.6. arom.2. fol.302. Leuis eorum correctio aliquando excitialis inferioribus, ibi. Qui ſubditos non arguit, hortatur vt peccent. ibi.

Supplicium. A Deo peccatoribus iuxta criminis qualitatem ferendum, areol.6. arom 8. fol. 321. Locus delictorum aliquando datur peccatoribus in locum ſupplicij, ibi.

Sybilla Erythrææ patria, areol.1 arom 1 fol.2 Magni habita apud Auguſtinum, & alios, ibi. In ſuis oraculis exprimit *nomen Mariæ*, ibi.

Superbus. Deteſtabilis Deo, areol.1. arom.14. fol.48. Superbia obcæcat intellectum ad veram intelligentiam, ibi.

T.

Templum Dei. Maxima reuerentia inviſendũ, areola 8. aromat. 10. fol. 409. Abſque peccato ingrediendum, ibi. Verba *Matthæi* 28 *Quotidie Sedebam in templo docens, & non me tenuiſtis*. Extricantur de veneratione Eccleſiarum, ibi Iudei ob templi reuerentiam non tenuerunt Ieſum, ibi. Egreditur aliquando *Deus* è templis ob irreuerentiam illis exhibitam ab hominibus, ibi. Templi profanatores indigni eius immu-

Digitized by Google

immunitate, ibi. Abuſus fidelium in templis exponuntur, la- mentantur, ibi. Plaudunt cœlites, dum templa deuote ab hominibus frequentantur, areol. 8. arom. 10. fol. 412.

Terrena, periculoſa, mortifera, areol. 2. arom. 2. fo. 113. Deficiunt vt fumus, ibi. *E*orum proſperitas ruina, ibi 114. Non ſperandum in eis, areol. 1. arom. 8. fol. 28. Quam fluxibilia, caduca, ibi, ipſis calcatis, cuncta poſsides, ibi. 28. Ea quãdoque amittimus, quia cœleſtibus anteponimus, areo. 1. aro. 8. f. 28. ęgre cum Deo conciliantur areol 1. arom. 18 fol. 62 Renunciet terrenis, cœleſtia concupiſcens, areol. 1. arom. 18 fol. 62. Cum calcantur, adijciuntur hominibus, ibi. Vide *Mundus*.

Temporalia, &c. Non ſatiant hominis appetitum, aro. 8, aro, 12. fol. 417. Nullum temporale ſatiat, ſolus Deus, ibi.

Theophilus. Quomodo ad Dei gratiam reuocatur, areol. 2. arom. 1. fol 112.

D. Thomas Aquinas. Theologorum princeps, mirabilis in eius morte euentus, areol. 7. arom. 12. fol. 376. veneratio Pontificũ erga eius doctrinã in propoſitionibus fidei diffiniendis, areol. 7. arom 10. fol. 376.

Traianuis Imperator. Ab inferis reuocatus, quare? areol. 8. arom. 8. fol. 389.

V.

Virtus, virtuoſi. Virtutis arcta via ſpe præmij ſuauis, areol 2. arom 4 fol 123. Nouiles conſtituit, areol. 7. arom 2 fo 346. Apud Deum virtus non nouilitas conducit, ibi. Virtus ignobilem magnum reddit, ibi. Proſapia nouiliſsima virtus, ibi In virtutibus non progredi, retrogredi eſt, areol. 7. arom. 6. fol. 356. Inter profectum, & defectum non eſt in virtutibus medium, ibi. Verba Lucæ 9. *Sinè, vt mortui ſepeliant mortuos ſuos, &c.* Extricantur, ibi. Qui in via virtutis non progreditur aſimilatur coruo ad arcam non reuertenti, ibi. Non ambulare de virtute in virtutem, eſt eſſe mortem, ibi. Virtuoſos viros expaueſcit diabolus, areol. 7. arom, 8 fol. 362 Per viros SS. diabolus eſt captiuus, ibi. Viri virtuoſi, ſpirituales pabor dæmonum, ibi.

Viſsio beata. Vide, *Gloria cœleſtis, Bona cœleſtia, &c.*

Voluntas propia. Perditiem parat, aeol. 3. aro. 6. fo. 197 nunquã ſine caſu, ibi. ditat infernum fol. 198. aduerſatrix Dei, ibi. omnes operationes inficit ſordibus. ibi. tollit quę ſunt Dei, ibi.

Virginitas. Linceos habet oculos, areol. 5. aroc. 2. fol. 265.

Vulca-

Digitized by Google

Vulcani. Domus armorum apparatus, areol.6.aromate 3. folio 306.

Virga tua, & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt, Pſalm.22.exponuntur, areol.6.arom.5.fol.312.

Viduæ: Earum cura Dei negotium, areol.8.arom.4.fol.388. Earum à filijs nutrimentum gratiſsimum *Deo*, ibi. Ab inferis educit *Deus* filios, vt matribus viduis incumbant, areol.8.arom.4 fol.388.

Verbum diuinum Quare aſſumpſerit humanam naturam, & non Spiritus Sanctus, areol.2.arom.14 fol.168.

Z.

Z*Elus*. Prælatorum, qualis? areóla 1.aromate 6.folio 21. & areola 6.aromate 2.fol.302.

FINIS.

IN-

Digitized by Google

INDEX AD CONCIONES, ADVENTVS, ET QVADRAGESSIMAE.

Dominica I. Aduentus.

Erunt ſigna in Sole, Luna, & Stellis, & in terris preſura gentium, &c. Lucæ 21.

TErribili die iudicij, totus orbis tenebris obducetur, Sol obſcurabitur, Luna caliginoſa, apparebit. Stellæ de cœlo cadent; quia cunctæ creaturæ in vltionem peccatorum armabuntur: mos eſt creaturarum, peccatorum nutibus reſiſtere, iuſtis ſubdi, reuereri, areol. 7. arom. 12. fol. 375.

Erunt ſigna in Sole, Luna, & Stellis.

Chriſtus *Dominus*, *Maria* Virgo, omnes *Sancti* obſcurabuntur per ſubtractionem auxilij.

De Maria, Luna Eccleſiæ, ſpecialiter intelligendum eſt, cuius auxilij denegatio, in illa die damnatis erit accrior.

Tribus lanceis confoditur à Ioab Abſalon equercu pendens, 2. Reg. cap. 18 Et cur ab iſto, & non ab alio occiditur? Abulenſis exiſtimat, hoc ita factum, vt grauius torqueretur Abſalon, videns, ſe occidi ab illo, qui antea apud Patrem Dauid aduocator, & mediator perorabat. Non aliter erit in die iudicij damnatis crudelior pœna, cum videant, ſe deſeri a mediatrice, aduocata, & protectrice Maria.

Et Luna, hoc eſt, *Maria*. Quæ etſi columba pijſsima, tunc in reprobos ira exardeſcet, & abſque vllo auxilij, & protectionis veſtigio in peccatores deſeuiet. Vnde Ieremiæ 25. (caue ab ira columbæ.) *Dereliquit quaſi leo tabernaculum ſuum, facta*

eſt

Digitized by Google

522

eſt terra eorum in deſolationem à facie iræ columbæ, &c. Dominus quaſi leo rugiens, illa die, tabernaculum, id eſt. *Mariã* relinquet, quia ipſa tunc pro damnatis præces non effundet, non implorabit. Immò ſupremus iudex aſpectu columbæ, antea peccatorum aduocatricis, eos deuaſtabit, ad nihilum rediget Vide Rupert. lib 3. commentar. in Cantica.

Et Luna. Equitati conſonum, omni prorſus auxilio, etiam Mariano peccatores orbari, qui contra Authorem ſuum, dolos, ac iniurias machinati ſunt. 3. Reg cap. 2. Contra Adoniam mortis ſententia fertur, a Salomone Rege capitali iudicio deſtinatur: orante Berſabe, Regis parente, nihil prodeſt. Quare? Rabbanus: *Nec Berſabe apud Salomonem, pro Adonia interueniens, quidquam profuit, quia machinabatur contra Regem, &c.*

Tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus, cum poteſtate magna, & maieſtate. Hoc eſt, inſignibus, & monimentis ſuæ paſsionis. Quæ illius tribunalis, & vniuerſalis iudicij erunt ſtemmata: ſcilicet, Crux Chriſti, eadem numero, qua paſſus, in aere ante ipſum exiſtens. Vulnera ſanguineo colore ſufuſa. Inſuper (iuxta piorum placitum) ſanctiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum, omnibus conſpicabile; quæ omnia erunt diuinæ iuſtitiæ accerua vexilla, ingratitudinem peccatorum exprobrantia: nihil ingratius ingratitudine, areola 1. arom. 20. fol. 68.

Cum poteſtate magna, & maieſtate. Vtpote exercentem iudiciariam poteſtatem, iuſtis gloriam, improbis æternam gehennam tribuentem. Ob cuius expectationem merito horribili timore homines areſcent; quia quem vel inſenſibilem tartara non terreant, gehenna non frenet? areola 5. aromate 10. folio 294.

Dominica II. Aduentus.

Cum audiſſet Ioannes in vinculis opera Chriſti, mittens duos de Diſcipulis ſuis, ait illis; Tu es qui venturus es? &c. Matth. 11.

C*Vm audiſſet Ioannes.* Præclara ſcaturigo priuilegiorum Ioannis, *audire.* Cuncta ex auditu proueniunt bona. Quare dæmonis ars calidiſsima, ſurditatem hominibus immitte-

mittere. Præclarè Titus Boſtrenſis, ad Lucæ 11. capit. de dæmoniaco, alloquens. *Mutum autem, vel ſurdum dicitur dæmonium, quod hanc ingerit paſsionem, vt non audiatur verbum diuinum, nam dæmones auferentes aptitudinem humani affectus, obtundunt animæ noſtræ auditum: Idcirco venit Chriſtus, vt eijciat dæmonium, & audiamus verbum veritatis, &c.*

In vinculis opera Chriſti. Cuncta hominum fœlicitas ex amaritudinibus, ac ærumnis venanda, areola 1. aromate 22. folio 76.

In vinculis. Ioannes in vinculis nec mœrore, nec triſtitia afficitur, quia omnes propter Chriſtum lati labores, dulces, ſuaues, areola 2. arom 8. fol. 143.

Opera Chriſti. Opera Chriſti ipſum acclamabant, verumque eſſe Meſsiam palam oſtendebant: Homines non ex fauſtu, ſed ex operibus bonis, ac virtutibus extimandi, & cognoſcendi. Sanè indecorum, vt nomini honorifico, hominum mores non reſpondeant, areol. 4. arom 4. fol. 237.

In vinculis. Ioannes iam iam morti proximus, animamque, Herodis gladio, exhalaturus, Chriſti opera audit, Diſcipulos Rectè viuendi curriculum edocet, mittens duos ad Chriſtum diuinæ legis normam, & exemplar; erudiens, quod in mortis articulo acrior deſeuit dæmonum perſequtio, quamque miſerrimum, illum ſine Sanctorum adire patrocinio, areol. 6. arom. 10. fol. 328.

Mittens duos de Diſcipulis ſuis, &c. Non vnum, duos mittit; qui numerus vnitatem deſignat. Vbi vnitas, ibi Deus; vbi diuiſio, & diſcordia nequit diabolus non eſſe, areol. 1. aro. 24. fol. 87. & areol. 4 arom. 8. fol. 258.

Tu es, qui venturus es, an alium expectamus? A Chriſto Domino totius veritatis ſchola, inſtruit Ioannes, vt diſcipuli ſciſcitentur, ab ipſo de fidei rebus erudiantur: nuſquam nouitatibus, doctrinis varijs, & peregrinis acquieſcendum, areol. 1. arom. 2. fol 6.

Renuntiate Ioanni, quæ audiſtis, & vidiſtis. Stupenda Chriſtus D. coram Ioannis diſcipulis miracula perpetrat, ſed inter hæc mirabilia, illi, non, vt fas erat, de Chriſto opinionem concipiunt, ob linguas Phariſæorum de Domini operibus detractantium: adeò in malum ſerpit lingua doloſa, vt ſit equus diaboli, maledicum perdens, areol. 2. arom. 10. fol. 149.

Quæ

Digitized by Google

Quæ audiſtis, & vidiſtis. Propria opera Chriſtus Dominus coram Diſcipulos Ioannis Palam manifeſtat, in medium profert; labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & benè tibi erit, areola 3. arom. 12 fol. 219.

Cæci vident, &c. Ideſt peccatores caligine obruti culparum, per gratiam reddiderunt ad lucem. O quam caliginoſius peccatorum miſer ſtatus, areol. 5. arom. 4. fol. 271.

Dominica III. Aduentus.

Miſerunt Iudæi ab Ieroſolimis ſacerdotes, & leuitas ad Ioannem, Ioannis 1.

Ieroſolimitani ciues, alias domeſtica pugna, velo qui ciuili diſſidentes; modo conuenticula faciunt, & in Chriſtum, verum Meſsiam, acriter ac inſidiosè inſurgunt. Non omnis amicitia amica Deo, neque concordia concors Deo, areol. 1. arom. 28. fol. 95.

Miſerunt ab Ieroſolimis, &c. Zelum ſimulantes, dolum, ac ſcelus internum occludunt: & dum ſpecie zeli contra Chriſtum verum Meſsiam inſidias moliuntur, vitam, regnum, ciuitatem ac bona perdunt. Hypocryſsis hominis ſtrages.

2 Reg. 18. Abſalon ſedens mulo perit, ſuſpenſus emoritur, Quare dum mulo equitans ſeruis Dauid ocurrit, ſic vitam perdit? Drogo, ibi. *Mulus ex equo, & aſino mixtus, duplex eſt animus. Qui foris oſtentat, quod intus non ſeruat: talis Abſalon foris pietas, intus malitia, duplex iniquitas. Equs manifeſtè tumet, aſinus ſimpliciter ambulat, mulus nequam, & ſubdolus incautum precipitat, &c.* Pereunt ſacerdotes, pereunt leuitæ, dum ficta religione, nequiſsimo dolo, doloſsi legationem mittunt.

Sacerdotes, & Leuitas. Leuitæ, & Sacerdotes legis miniſtri ſcientia peritiores, legatione mittuntur: Populari ſaluti, ac omni bono conſulunt, cauent ciuium errori, ac perdiciei, quia ſubditorum peccatum in ſuperiores, ac ſacerdotes refundi ſcriptura commemorat.

Filij Iſrael num. 25. Cum Madianitis fæminis inhoneſtè agentes illorum idolatriæ inſeruientes, grauiſsimum patrati ſunt ſcelus, in cuius peccati pœnam, ſic Deus precipit Moyſi: *Tolle cunctos Principes, & ſuſpende eos contra ſolem*, concors patrum ſententia eſt, non Principes, aut Magnates ſed popularem gentem tam nefandum ſcelus comiſsiſſe. Quomodo

ergo

Digitized by Google

ergo Principes eorum pœnas luunt, ac pro alieno delicto a-
criter mulctantur? Abulenſ. quæſt. 3. ibi: *Iuſsit Deus, vt occi-
derentur iſti Principes, quia cum eſſent maximi, non reſtiterũt
peccantibus in tribubus ſuis, &c.*

Sacerdotes, & Leuitas. Iſti præ alijs legatione funguntur de in-
quirendo *Meſsia*; adeó dignitas Sacerdotalis habebatur; vt
ipſi, quaſi ſupra homines, ad *Deum*, & *Meſsiam* inquirendum
eligerentur. Talis Sacerdotum dignitas, vt diuinitatem redo
leat, areol. 1. arom 12. fol. 40.

Vt interrogarent eum; Tu quis es? Ioannẽ omnẽ virtutem in de
ſerto colentem, vt dignitatem *Meſsiæ* accipiat, ad hortan-
tur, quaſi illius pro ſuarum virtutum honeſtate bene meriũ:
non meretur Regium nomen accerſere, qui iam meritorum
faſtigium conſcendiſſe, non videtur, areol. 1. arom 4. fol. 14.

*Et confeſſus eſt, & non negauit; & confeſſus eſt, quia non ſum ego
Chriſtus.* Palam confitetur, humiliter profert Ioannes indig-
nitatem ſuam. alt, ipſa oſt nſro ſubmiſs onis, ac propriæ miſe-
riæ manifeſtati eum ſupra omnes puros homines exaltat,
areol. 3. arom. 10 fol. 208.

*Et interrogauerunt eum, quid ergo? Elias es tu? Et dixit, nõ ſum,
Propheta es tu? Et reſpondit, non. &c.* Ioannes, quo interna-
tos in illi tum nullus maior ſurrexit De quo Hilarius, ſerm.
de ipſius feſtiuitat ſic exclamat: *Humanorum fugit menſu-
ram meritorum, &c.* Propheta, & pluſquam *Propheta*, nec
Eliæ, nec aliorum dignitatem Prophetarum, ſibi arrogare
exambit. in qua profundiſsima abiectione arguit, obiurgat,
increpat tumidos, qui ſibi de ſcientia, aut naturæ dotibus blã-
diuntur, areol 1. arom. 14. fol. 48

*Et interrogauerunt eum, quid ergo? Elias es tu? Et dixit
non ſum, &c.*

Eximiam Ioannis fidelitatem, eius humilitatem præexcel-
ſam enucleauit Auguſtinus ad hunc locum. *Potuit (ait)
credi Chriſtus, immò iam ab eis, qui eius magnitudinis
gratia fallebantur, credebatur Chriſtus, & in illo mori-
rentur, niſi ab illo confitente corrigerentur. Reſpondit er-
go putantibus, & ait: Non ſum ego Chriſtus: tamquam
diceret, certe in honorem meum, ita fallimini, & certè
mihi hoc putando magnam additis laudem, ſed debeo ignoſce-
re, vt vobis errantibus ille poſsit ignoſcere.* Sic Auguſt. ſerm.
23. de Sanctis.

Di:

526

Dixerunt ergo ei; quis es, vt reſponſum demus his, qui miſerunt nos? Quid dicis de te ipſo? ait, ego vox clamantis in deſerto, &c.

Ioannes pluſquam Propheta, inter natos mulierum maior, quã pluribus priuilegijs cœleſtibus effulgens, ſolum ſe vocem clamãtis in deſerto fatetur, id eſt, Chriſti eſſe precurſorem, quia ſolum quis eſt, qualis ex operibus demonſtratur, areol. 4. aromat 4. fol. 234.

Ego vox clamantis in deſerto. Sanctus Auguſtinus, ſermon. 36. de Sanctis. *Sic* enucleat præfata verba *Ego vox*, hoc eſt dicere: *Non ſum ego verbum, quod erat in principio Deus apud Deũ, ſed vox potius;* id eſt, *Miniſter ſum verbi, &c.*

Ego vox clamantis. Ioannes Dei vox eſt, cum *Deus* dicendo generet, & generando dicat, quaſi eo dem procedere à principio Ioannem, & Verbum videtur. *Eructauit cor meum verbum bonum, canit Dauid,* Pſalm 44. in perſona *Dei* generantis ad quæ D Auguſtin ſerm. 20. de Sanctis. *Bructauit cor meum Verbum bonum, Beatum Ioannem, quaſi vocem, per quam ad nos Verbum ſuum proferret, aſſumpſit, &c.*

Dominica IV. Aduentus.

Anno quinto decimo Imperij Tiberij Caſaris, procurante Pontio Pilato Iudæam, &c. Lucæ 3.

VErbum Domini factum eſt ſuper Ioannẽ: vt ille, qui ſpiritu erat Elias, radijs ſplendentibus ſuæ doctrinæ, ac prædicationis tot peccatores gubernantes, peccatis ſuis orbem inficientes, obtenebrantes, illuſtraret. Tantus erat Ioannis ſplẽdor, ac fulgor coruſcans, vt quaſi diuinitatem redoleret, deitatem ſaperet.

Alter Ioannes Baptiſtam commendans, ait cap. 1. *Non erat ille lux, ſed vt teſtimonium perhiberet de lumine.* Quæ verba D. Thomas enucleans fatur. *Ne ergo crederetur, Ioannem eſſe maioris authoritatis, quam Chriſtus, dicit Euangeliſta: non erat ille lux, &c.*

In deſerto, Ioannes antiquitate generis, amplitudine nominis, vetuſtate domus, gaudens, mundum peſundat, deſertum euolat, Deum amplectitur, quia nulli rei in via præter Deum credendum eſt, areol. 1. arom. 8. fol. 27.

Prædicans Baptiſmum Pœnitentiæ, &c. Ioannes prædicans Bapti-

tiſmum pœnitentiæ, gloriam prædicabat *Meſsiæ*. Sanè peccatorum confeſsio, gloria *Dei* eſt. Hinc Achamo qui furtum illud in exercitu Iſraelitico commiſsit, aibat Ioſue 7 verſ. 19. *Da gloriam Domino Deo, & confitere, &c.* Hebræus tranſfert: *Da gloriam hodie Domino, & dà confeſsionem, &c.*

Baptiſmum Pœnitentiæ. Vt homines, qui peccatis mortui iacebant, pœnitentia in vitam reſilirent, Ezechielis 33. *Nolo mortem impij, ſed vt conuertatur impius à via ſua, & viuat, &c.* Tertulianus, *Pœnitentiam* (ait) *malo quam mortem; ergo Pœnitentis vita eſt, cum præponitur morti, &c.* Fugit, fugit mortem per pœnitentiam peccator: culparum confeſſio peccatorum firmiſsima tabulla, areol. 2. arom. 2. fol. 173.

INDEX AD CONCIONES QVADRAGESSIMAE.

Pro Feria IV. Cinerum.

Memento homo, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Ex Eccleſiaſtica impoſitione Cinerum, & ex libro Geneſ. cap. 3.

PRopriæ imbecillitatis, ac humanæ miſeriæ ſemper memoria ad oculos habenda: Sanè recordatio humilitatis hominẽ exaltat, areol. 3. arom. 10. fol. 208.

Memento homo, quia puluis es. Alienum ab homine magnifica, & glorioſa de ſe iactare, inſolenter ſuperbire. Tumidus ſuperbiæ fluctibus agitatus nihil de ſua miſeria perpendens, quam odibilis Deo! areol. 1. arom. 14. fol. 48.

Memento homo, quia puluis es. Homo cum in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis, & inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. 70. *Interp.* transferunt, homo cum in honore eſſet, *non intellexit, quod eſſet puluis.* Et ideò comparatus eſt iumen-

iumentis,&c. Tota hominum ſtrages ex propriæ miſeriæ obliuione renaſcitur. Si huius mundi mare ſecurè nauigare deſideras, nauem propriæ miſeriæ aſcende, areol. 8. aromate a. fol. 383.

Feria IV. Cinerum.

Cum ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes, extermi-nant enim facies ſuas. Matth 8.

IN dæmonum falacias, mundi oble&tamenta doloſa, præſtigias fraudulentas, præliaturus homo, ieiunij munimentis ab Eccleſia ſubarmatur: His cathafractus fulcimentis in hoſtes fortiter irruere valebit. *M*onebat Ambroſ. ſerm. 86. de Barbaris non timendis: *Arma noſtri ſunt, quibus Saluator nos ſaluare inſtruxit, oratio, miſericordia, atque ieiunium; ieiunium enim melius, quam murus tuetur.*

Cum ieiunatis. In hoc ſacratiſsimo tempore ad Deum placandum, ipſumque in noſtri miſericordiam commouendum Eccleſia ieiunium prædicat; quod adeò efficax exiſtit, robuſtiſsimamque vim obtinet, vt quemque tametſi deſperatum peccatorem in Dei amicitiam reducere valet.

Ionæ 3 Viris Niniuitis pro Deo reconciliando ieiunium buccinat Ionas, & licet alias virtutes pro eodem remedio poterat, adhibere; vt fortius, & efficacius ieiunium prædicat. *S*trabus Fulgenſis. Ionæ 3. *Prius viri credunt, alijs prædicantibus iejunium, omnis ætas induitur ſacco, viri non ſaccum, ſed ieiunium prædicant tantum, vt inanis venter, & luctuoſus habitus Deum fortius deprecentur, vt ſcilicet ad concedendam veniam alliciant, &c.*

Cum ieiunatis. Dæmonem homo deuaſtaturus virtutem ieiunij ante omnia amplecti, & accipere debet; quia ipſum eſt diaboli perdicies, inferni ſtrages, arol. 6. arom. 6. fol. 313.

Sicut Hypocritæ. Simulata equitas non eſt equitas, ſed duplex iniquitas, areol. 3. arom. 2 fol. 181. Adi Dominicam III. Aduentus.

Feria VI. Cinerum.

Audiſtis, quia dictum eſt Antiquis. Ioan. 5.

Plauſum peccatorum ſequi, vſitatas, veteranas errantium ſemi-

tas

tis amplectere, nefas, nefas. Virtus, conſuetudinem prauam reſecare, fugere errantes peccatores, ipſos oppugnare. Reorum vitæ priſtinæ reſiſtere. Quare numquam peccatoribus in vijs ſuis arrideas, ſed ſi opus eſt, acriter pũge, argue, increpa, areol. 6. arom. 2. fol. 302.

Audiſtis, quia dictum eſt antiquis.

Ethnici, & priſtinæ gentilitatis amatores, cæci, & abſque Deo lumine in varios errores dilapſi, legitima Dei non aſſequuti, quia terrenis ſubmerſos, Deum capere, prorſus impoſsibile, areol. 1. arom. 18. fol. 62.

Ego autem dico vobis. Improborum placita fuge, deuita, ſed ſemper adherere debes, his, quæ ab Eccleſia, Deo illuminante, produntur. Hinc ſacra ſcriptura ſpeculũ à D. Auguſ. ſer. 61. de verbis Domini. *Diuina Scriptura ſpeculum eſt, quod te falſo nittore non fallit.* Et D. Leo Papa ſer. 2. quadrag. *Artifex miſericordia Dei ſplendidiſsimum in mandatis ſuis condidit ſpeculum: in quo homo mentis faciem inſpiceret, & quam conformis imagini Dei, aut quam diſsimilis eſſet, agnoſceret.*

Ego autem dico vobis, & benefacite his, qui oderunt vos.

Magnum ſanctitatis ſignum, in proximum charitatem fraternã ac benignitatem exercere. Vbi vnitas ibi Deus, areol. 1. aromate 22. fol. 65.

Ego autem dico vobis, diligite inimicos veſtros.

Conſentaneum humanæ naturæ, proximum diligere, ipſi benefacere, ac in ærumnis, & laboribus bona affluentur impertiri. Sanè hominis non meretur, qui miſerorum ſpes hominibuſque humanus non exiſtit, areola 2. aromate 12. folio 157.

Diligite inimicos veſtros, & benefacite his, qui oderunt vos

Exercenda eſt charitas in proximos, illos amore fraterno proſequendo, & qua poteſt beneficentia ſubleuando: charitas proximi, Dei inhabitantis ſignum, areola 1. aromate 24. fol. 87.

Diligite inimicos veſtros, &c.

Non quæcumque hominum dilectio præceptum Domini adimplet, ſed quæ veræ dilectionis munera exequitur, aliquando inimicitia inter homines amica Deo, amicitia inimica illi, areol. 1 arom. 26. fol. 65.

Vt ſitis filij patris veſtri. Iſraelitis gulæ, ac libidini vacantibus conflatilemque vitulum ab Aarone inſanis clamoribus petentibus. Dominus in vertice montis in furorem prouocatus

 ſic.

Google

ſic ad Moyſem: *Dimitte me* (Exodi 32.) *vt iraſcatur furor meus contra eos,& deleam eos.* Cur Dominus á Moyſe ſeruo, veluti licentiam poſtulat iraſcendi? Sanè quia dum iraſci vult, vindictam ſumere cupit, quaſi a Deitate alienatur, & ſeruilem ſubinduit ſtatum. Tertulian. lib. 2. contra Marcionem cap. 26. *Satis, & tunc puſillus Deus in ipſa etiam ferocia ſua, cum ob vituli conſecrationem efferatus in populum, de famulo ſuo poſtulat* Moyſe. *dimitte me, &c.* Dedecet, dedecet magnitudinem iraſci, ſapit famulatum, non dimittere, Dei opus iniuriæ venia.

Vt ſitis filij patris veſtri.

Chriſtus cruce ſuffixus ſic ad patrem: *Deus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me.* Matthæi 27. Cur Deum, non patrem inclamat? Quare in cruce mundum redimens Chriſtus D. ſe eſse filium Dei non euulgat, cum alibi patrem acclamet? In cruce, quaſi in tribunali adſtat Chriſtus iniquum latronem æterno ſupplicio deſtinans, de eoque vindictam ſumens, & quaſi quid à generoſitate, & ingenuitate patris extraneum exequens. Et ideô non ſe filium Dei appellat, Auguſtin. lib. de verbis Dom: *Ipſa Crux, ſi attendas, tribunal fuit, in ipſa enim medio iudice conſtituto, vnus qui credit liberatus eſt; alter, qui inſultauit, damnatus, iam ſignificabat, de viuis, & mortuis quid eſſet facturus, alios poſiturus ad dexteram, alios ad ſiniſtram, &c.*

Dominica 1 Quadrageſimæ.

Ductus eſt Ieſus à ſpiritu, vt tentaretur à diabolo, & cum ieiunaſset, &c. Mathei 4.

ADeô occaſio fugienda, pericula vitanda, vt ipſemet Chriſtus Dominus, in quo nec peccatum fuit, nec eſse potuit, cum ad tentationem aggreditur, a ſpiritu Duci, Euangeliſta atteſtatur, vt hinc Chriſtianus diſcat, qualiter periculo periculoſe ſe obijciat, & quomodo ruinam adeat, qui ocaſionibus ſpontaneæ ſiſtitur.

Mulier prima intra ſepta Paradyſi à Domino condita, perijt, e moritur, fallitur a ſerpente. Quomodo? ingreſſus ne eſt ſerpens Paradyſi clauſtra? Appage. Mulier per muros Paradyſi curioſe mundum proſpiciens, incautè deambulans, ocaſioni

nì ſe tradidit, periculo obijcitur, à ſerpente fallitur, ſcelus commiſsit. Rupertus ad cap. 3. Geneſ. *Libera nobis relinquitur facultas aſſerendi, quod ſerpens præſertim à diabolo corporaliter inuadente poſſeſſus in Paradyſo fuerit; ſed mulier corpore, & oculis vaga, dum incontinenter deambulat, fortè proſpectans, qualis extra Paradyſum mundus haberetur, & ſerpens, vtpote aſtutus dulcedini terræ proprius, vel ambitioſius innititur*: Locus diabolo datus eſt, & ocaſio. Vnde tentaret, &c. Ocaſio vitanda, arecla 1. aromate 16. folio 55.

Vt tentaretur à diabolo. Laboribus, & ærumnis Chriſtus Dominus ſe offert, & licet eius diuina ſanctitas nullis indigeret adminiculis, proprijs laboribus, ac ærumnis non parcit, docens quod vnuſquiſque proprijs laboribus, ac operibus debet inherere ſperare, areol. 3. arom. 12. fol. 129.

Et cum ieiunaſſet quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, &c. Bellum cum diabolo aggreſſurus Chriſtus *Dom.* ieiunat 40. diebus, & 40. noctibus, vt vires ieiunij panderet, eiuſque efficaciam in dæmonum ruinam oſtenderet, areol. 6. arom. 6. fol. 313.

Et poſtea eſurijt. Tanta in homines flagrat dilectione Deus, vt quaſi depoſita maieſtate, oprobria, labores, famen, & penas amplectitur, vt homo delitijs per fruatur: formam ſerui accipiat, vt homo Domini maieſtatem accendat, areol. 2. arom. 14. fol. 167.

Et poſtea eſurijt. Chriſtus *D*ominus, nũquam ſibi tam decorus, & pulcher, cum pro hominibus patitur, tormenta ſuſtinet.

Iſaiæ 36. *Quis eſt iſte, qui venit de Edon, tinctis veſtibus de Boſrà? Iſte formoſus in ſtola ſua, gradiens in multitudine fortitudinis ſuæ, &c.* Si tinctis veſtibus, totuſque humore ſanguineo cruentatus, quomodo formoſus? Anſelmus Saudun. *Venit ergo Chriſtus de mundo ſanguine ſanguineo, venit de Boſrà tinctis veſtibus, id eſt, corporeis membris de ciuitate munita, ſcilicet, Ieruſalem, vbi paſſus; vel de inferno ſpoliato, victor cum fidelibus ſuis, formoſus in ſtola ſua, id eſt, habitu humanitatis, &c.*

Et accedens tentator, dixit ei: Si filius Dei es, mitte te deorſum. Hæc diaboli in homines dilectio, hic eius miſer calamitoſus affectus, vt perdat, non vt habeat. *D*iabolus non quærit hominem, ſed hominis interitum, turget ruinis noſtris, conualeſcit noſtris infirmitatibus, areol. 6. arom. 4. fol. 308.

 Va-

Digitized by Google

Vade retro Sathana, ſcriptum eſt enim, Dominum Deum tuum adorauis, & illi ſoli ſerties, &c. Hauſtum turgentem diaboli tentantis reprimit Chriſtus, repellit, reijcit aſſerens, quod ipſi, vtpotè Deo ſemper famulari, genuaque flectere teneantur: eadem via, quo ipſe audax aggreſſus erat, detruncatur, deuincitur, quandoque pœna a Deo iuxta criminis qualitatem imponitur, areol. 6. arom. 8. fol. 331.

Feria 4. poſt Domin. 1. Quadrageſimæ.

Acceſſerunt ad Ieſum Scribæ, & Phariſæi dicentes: Magiſter, volumus; à te ſignum videre, &c.
Matthæi 12.

V*Olumus à te ſignum videre.* Propriam voluntatem manifeſtant, & in ea execrabilem pandunt malitiam. *Sanè* propria voluntas cœlum euacuat, infernum ditat, animam lędit, ſanctitatem impugnat, *D*ei iram prouocat, ruinam, ſtragem hominum annuit, areol. 3. arom. 6. fol. 197.

Signum videre. Nihil in mundo peruerſius, aut iniquius oculo. *D*ina Iacob filia paterna domo, nihil videre concupiſcens, caſtitatem ſeruat, virginitatis lilium cuſtodit. Aſt, egreſſa, vt mulieres extraneæ regionis videret, virginis integritatem violat.

Geneſis 3. Vidit mulier, quod bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrũ oculis, aſpectuque delectabile. Quid venuſtatis in ligno? Quid pulchritudinis in arbore, quæ iuxta peritorum placitum, ficulnea erat? Sanè magis oculorum peruerſitas, quam arboris ocaſio Euam perdidit, Euam occidit. Vidit enim mulier, quod bonum eſſet lignum ad veſcendum, & cum oculorum aſpectu malum, mortem, cladem communicauit S. Hieronym ad cap. 3. lament. Ierem. *Hinc ergo penſandum eſt, quanto deuemus moderamine erga illicita viſum reſtringere, nos qui mortaliter viuimus, ſi & mater viuentium per oculos ad mortem venit, &c.*

Feria

Feria 6. Poſt 1. Dominica.

Eſt autem Ieroſolimis Probatica Piſcina, Ioannis 5.

Hæc piſcina Virginis typus extitit, quare, & quot modis. Vide areol. 2. arom. 1. fol. 110.

Erat autem homo triginta, & octo annos habens in infirmitate ſua, &c.

Tot temporibus numquam ſalutem obtinuerat homo, quia ſalutem a terrenis hominibus expectabat, quare poſt tam largam ægritudinem paralyſi membrorum contractus miſeria ægeſtatis, infirmitatis ærumna mulctabatur; & ideò terrenis nō fidas, temporalibus ne ſperes, areol. 2. arom. 2. fol. 113.

In infirmitate ſua.

Infirmitatem quaſi in naturam conuerterat Paraliticus, quare vocat *ſuam.* Sic aliquando peccator, qui longo vſu, & peccandi conſuetudine obdureſcit, occaluit. Infœlix, immò infœliciſsimus homo, cui frons meretricis facta eſt, nec mortem timet, nec pœnis perhorreſcit, nec culpam videt minantem, qui iram Dei peccato obcæcatus non pertimeſcit, areol. 5. arom. 4. fol. 271.

Hominem non habeo, id eſt, verum, qui compaſsione in fractus miſericordiam impertiatur. Nullus in tanta hominum frequentia aſticit, nec poſt triginta, & octo annorum infirmitatem diuturnam inuentus eſt, qui mei miſertus condoleſcat. Nonnè ibi frequens hominum concurſus? quis ambigit? Quare hominem ſe non habere exclamat? Quia hominis nomen non meretur, qui miſerorum ſpes, hominibuſque humanus non exiſtit, areol. 2. arom. 12. fol. 157.

Dominica 2. Quadrageſsimæ.

Aſſumpſit Ieſus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & duxit illos in montem excelſum ſeorſum, & transfiguratus eſt ante eos. Matth. 17.

HOs precæteris aſſumpſit Chriſtus, non tam cognationis vinculo ſanguinis communione, quam virtutum affinitate.

534

Hæc illos tres præſtantiores reddidit, Chriſtoque acceptiores, areol. 4. arom. 2. fol. 231.

Petrum, Iacobum, & Ioannem, &c. Petrus coniugatus, Ioannes virgo, Iacobus penitens ad Dei conſortium ingrediuntur. Gloria *D*ei nullum ſtatum deſpicit, nec nobili blanditur, nec abiectum abigit.

*D*ucente ſtella, Magi, annuentibus Angelis, Paſtores ad Chriſtũ appropinquant; quare? Auguſtin. in Cathena ad *M*atthæi, 1. caput *Paſtoribus Angeli, Magis ſtella Chriſtum demonſtrat, vtriſque loquitur lingua cœlorum, vtriſque ergo cœli narrant gloriam Dei, &c.*

Duxit illos in montem excelſum ſeorſum.

Montis cacumina non exiguo labore aſcendenda, iter laborioſum, Regio aſpera, omnia modò ſuauia Apoſtolis apparent; & quæ alias difficilia, ad aſpectum gloriæ Thabor facillima ſeſe offerunt: quia dum *D*eus præmiaturus adeſt, nihil aſperum, nihil arduum ocurrit hominibus, areol. 2. arom. 4. fol. 123.

In montem excelſum ſeorſum.

Per montana pergunt, viam aſperrimam aggrediuntur Apoſtoli (docente, ducente Domino) aſt, non innanem operam ludunt, nec fruſtra laborant. Cuncta hominum fœlicitas ex amaritudinibus vendenda, areol. 1. arom 22. fol. 76.

Et transfiratus eſt ante eos.

Reſplendet facies Domini, totuſque glorioſus rutilat, ac fulgentes reddit micatus, veſtimenta colluſcent, coruſcant, vt debilem Apoſtolorum animum in Dei gloriam capeſſendam accendant, timorem deppellant, pauorem abijciant, fortiter irruant, alacriter inſurgant.

Vadam, & videbo, Exod. 3. Aiebat Moyſes, viſionem hanc magnam. Quare non terret conflagrans incendium? quare rubri flamma non diſturbat? Philo Hebr lib. 1. de vita *Moyſi*, ait: *E medio promicabat forma quadam pulcherrima nulli viſibili ſimilis, diuinum ſimulacrum: luce fulgens clariſſima, vt ſuſpicari, poſſet, Dei eſſe imaginem, &c.* Deo, vel per ſimilitudinem guſtato, ardeſcit animus, roboratur cor, labores ſpernuntur.

Domine bonum eſt nos hic eſſe; ſi vis, faciamus, &c.

Vnam ſtillam gloria guſtauit, & omne aliud faſtidiuit; quid ſi guſtaſſet quæ Deus præparauit diligentibus ſe. Sic Auguſt. O quã ingens diuinæ gloriæ dulcedo, qnam ſuis certantibus præparauit omnipotens! areol. 2. arom. 6. fol. 132.

Fe:

Digitized by Google

Feria 4. Poſt 2. Dominic.

Ecce aſcendimus Ieroſolimam, & filius hominis tradetur Principibus Sacerdotum, & Scribis, &c. Matthæi 20.

ILluditur, flagellatur, Cruci affigitur Chriſtus, & hæc omnia non opprobria & dedecora extimantur ab ipſo, quia ea pro hominum dilectione ſufert, patitur. Taliter Chriſtus Dominus noſtrum curat remedium, vt ſui non quærat honoris gloriam.

Ioanis 11. Lazarum ſuſcitaturus rogat, vbi poſuiſti eum? Ignorabat ne Chriſtus Lazari ſepulchrum? Appage, ſed cum poſſet deitatem pandere in tanti miraculi oſtenſione, eam celat, vt homo appareat ſciſcitans de ſepulchro *Turbatus Iudæis deitatem celat in homine, & ſplendori diuinitatis (ait Hieronymus de Vera Circumciſione) in tantæ operationis coruſcatione ignorantiam mortalitatis obducit, vt cum poſsit in ſuſcitando Lazaro Deus adorari, homo in ſepulchri eius ignoratione vileſcat, &c.*

Tunc acceſsit ad Deum mater filiorum Zebedæi cum filijs ſuis, adorans, & petens aliquid ab eo.

A Deo filijs ſuis expoſtulat, ad Deum deprecando accefsit: & quâ n differtè! quia ſolus integrum hominis appetitum allicere valet, areol. 8. arom. 12. fol. 418.

Neſcitis quid petatis.

Repellitur mater, dum filijs dexteram, & ſiniſtram exambit; quia iuxta peritorum placitum, terrenas ſedes, temporale quid efflagitabat. At, verus parentum amor non à temporalibus, ſed ſpirituâlibus incrementis venandus, areol. 8. aromate 14. fol. 423.

Feria 6. poſt 2. Dominic.

Homo erat Paterfamilias qui plantauit vineam, & ſepem circumdedit ei. Matthæi 21.

H*Omo erat*. Ratio, prudentia in agendis, animus in executione eorum, quæ ad familiam expectant hominem demonſtrant, humanum adſtruunt. Rogabat Seneca epiſt. 41. *Quod proprium*

prium eſt hominis, quæris quid ſit? Animus, & ratio in animo perfecta. rationale enim animal eſt homo: conſummatur itaque eius bonum, ſi adimpleuit, cui naſcitur: Quid eſt autem, quod ab illo ratio hæc exigit? Rem facillimam, ſecundùm naturam viuere: ſed hanc difficilem fecit inſania, in vitia alter alterum trudimus, &c. areol. 4. arom. 4. fol. 237.

Paterfamilias, qui plantauit vineam, &c.

Verè pater, quia plantatæ ſuæ vineæ ſepem circundedit, illico erexit, vt ab inimicis defenſaret, tueretur, protegeret: in hoc parentum munus, vt ſuorum filiorum ſaluti ſolerter conſulant, diligenter prouideant, prius eorum ſpiritualem, quam corporalem vitam, aut rerum abundantiam exoptantes. Sic aiebat Nazianzenus, oration. 2. de Machab. *Obtulit & filios ſeptem ſuæ fructus diſciplinæ, hoſtiam viuentem, ſanctam, ac placitam Deo, omni legali ſacrificio ſplendidiorem, & puriorem; quæ ſunt enim filiorum ad patrem referri, æquiſſimum, ac iuſtiſſimum eſt, &c. Hic verus parentum affectus, non tam temporalia, quam ſpiritualia filijs acquirere,* are. arom 14. f. 423.

Malos malè perdet, & vineam ſuam locauit alijs agricolis, &c.

Agricolæ criminibus obcæcati, dum cupiditatibus æſtuant, inſanè, vt diuitiæ ſibi adaugeantur, intendunt; immemores beneficiorum exiſtunt. Ob quod nihil mirum, & malos malè perdat, & vineam: ô quam grata Deo beneficiorum gratitudo, quamque ingrata ipſorum obliuio, areol. 1. arom 20. fol. 68.

Dominica III. Quadrageſimæ.

Erat Ieſus eijciens dæmonium, & illud erat mutum, Lucæ 11.

CHriſtus Dominus ſupremus rerum conditor, in cuius nomine omne genu cæleſtium, terreſtrium, & infernorum ſubditur, dæmoniacum curat. Eius increata ſanctitas ex dæmoniorum expulſione clareſcit, quia diabolus expaueſcit vires virtutibus incumbentes, areol. 7. arom. 8 fol. 362.

Erat Ieſus eijciens dæmonium.

Adſtat Chriſtus Dominus in dæmonum expulſione perſiſtens, quia nihil illi iucundius, quam hominum prouidere ſaluti, in vitã reuocare, ita, vt in omnes ſua munera, ac bona nõ effundere, lugeat, ac in lachrimarum eluuionem prorumpat.

Ioannis 11. Lazarum ſuſcitaturus flet, turbatur, ingemiſcit, cur? Chry-

 537

Chryſolog. ſerm 64. *Fremit ſpiritus, tota ſe viſcerum commotione conturbat, quia adhuc ſolum Lazarum, & non iam omnes mortuos ſuſcitabat, &c.* Qui enim tanta pro hominum amore flamma exardeſcit, quid mirum, vt in expulſione dæmonis, hominis dæmoniaci liberatione ſtet detentus, iucunde perſiſtat?

Et illud erat mutum.

Concluſerat linguam diabolus iſtius, quia eam in rodenda proximi fama hoſtiliter exercuerat. Quare diabolus linguam ligauerat, dirisque eum afficiebat cruciamentis: vt eadem mulctaretur via, qua peccatum patratum erat, ar. 6. aro. 8. f. 32 r.

Et cum eieciſſet dæmonium, locutus eſt mutus, & admiratæ ſunt turbæ.

Homo mutus quaſi ſub Principe Tyrano oppreſſus, detentus, vocem emittere, non poterat. Aſt, expulſo dæmone, pōdere peccati aleuiatus, reſpirat, vocem emittit, & ex prolatione verborum, linguæ ſolucione, manifeſta eſt ſalus linguæ: deuota proferens ſanctitatis euidens ſignum, arcol. 1. arom. 28. fol. 103.

Et cum eieciſſet dæmonium, locutus eſt mutus, & admiratæ ſunt turbæ.

Non ſolum ad Chriſti ſtupendam virtutem, dæmon fugatur, ſpiritus nequam exploditur, verum & lingua exoluitur: vt nos doceat, tamdiu peccata, & dæmonia nobis ſociari, quamdiu linguam per confeſsionem ſoluimus: Statim vt lingua exoluitur, os aperitur, illico diabolus expellitur, & ab illo homo liberatur, rreol. 2. arom. 16. ſol. 173.

Feria 4. Poſt Dominic 3.

Acceſſerunt ad Ieſum ab Ieroſolimis Scribæ, & Phariſæi. Matthæi 15.

Acceſſerunt ab Ieroſolimis Scribæ, & Phariſæi, &c.

O quoties multa dæmonis membra in vnum corpus confluunt, vnoque animo, non ad Dei, ſed mundi, aut carnis voluntatem exequendam, diriguntur! O quoties voluptuoſis, ac carnalibus varijs conſpirant peccatores deſiderijs, non vt Deo pareant, ſed vt eius voluntati reſiſtant, & obſiſtant! Hi amicorum cætus, non hominum, ſed dæmonum vnio æſtimanda eſt.

Mar-

Digitized by Google

558

Marci 5. Chriſto Domino ad Geraſenorum regionem aduenitanti homo a diabolo diuexatus ocurrit. Aſt Chriſtus de nomine eius rogat. Sic textus. *Interrogabat eum, quod tibi nomen? Et dixit ei: Legio mihi nomen eſt, quia multi ſumus:* Vellè, vellè equidem. Cæterum, ſi multi dæmones illum hominem excarnificantur (legio ex 6666. dæmonibus conſtat) cur Marcum ocurriſſe hominem in ſpiritu immundo, atteſtatur? Vnus, & plures erant. Plures numero, & realitate: Vnus, tanta ad malum concordia, vt nulla appareret diuerſitas, Conſpiceretur diſtinctio, D. Thom. in Cathena ex S. Gregor. Niſſen. *Perſeuerat cætus Dæmonum ad reſiſtendum diuinæ poteſtati; &c.* Quid plus. areol. 1. arom. 26. fol. 95.

Non enim lauant manus, cum panes manducant.

Apoſtolorum cetum, virtute florentem, charitate feruidum, pœnitentia exercitum, caſtitate nitidum, ac denique omni virtute flore illuſtratum: virulenta obiurgant lingua Phariſei: quã detractionem impiam prudenter, & acutè in eos retorquet Chriſtus Dominus iratus terribilis. Horret magis Chriſtus aculeos linguarum, quam ſuæ Paſsionis dira tormenta, areol. 1. arom. 10 fol. 34.

Non enim lauant manus, &c.

Corrigere Diſcipulos, & Magiſtrum ſuperuiſsimo haſtu inſultant Phariſæi; vt proprios protegant deffectus, Apoſtolorum vel minimos ſibi aparentes deffectus euulgant, palam oſtentant. Humanæ naturæ inueterata conditio, vt proprias perſonales abſtrudant, aliorum propalare miſerias.

Geneſ. 33 Eſau ad fratrem ſuum Iacob in ſocium peregrinationis ſe offerens, ſic ait. *Egrediamur ſimul.* Ad quæ Iacob. *Noſti, mi Domine, quod paruulos habeam teneros, & oues, & boues fætas mecum: quaſi plus ambulando fecero laborare, morientur vna die. Cuncti greges, &c.* Non ne claudicabat Iacob? Haud dubium, cur ergo pedum ſuorum deffectus, imbecilitas ambulandi, claudicatio deteguntur, cum alia in lucem pandantur? Sanè mos eſt hominum, abdere propriam, alienam propalare miſeriam Caiet. in ibi *Claudicabat enim, & propterea moderandum ſenſuit iter ad commodum proprium. & non ſolum ad commodum gregis & filiorum, &c.*

Quare, & vos tranſgredimini mandata Dei propter traditiones veſtras?

Correctores, & aliorum reprehenſores Dominus opportune carpit, prudẽtiſsime increpat, & qui de Apoſtolorum manibus obmur-

obmurmurabant de eorum accionibus obiurgantur, in quo edocemur, quis ſit exactus reprehenſor? areol.8.arom. 6. fol. 393.

Populus hic labijs me honorat; cor autem eorum longè eſt a me. Cor impium, anima peccatis fœdata orationem denigrant. Quomodo autem Deus, & Sancti laudari exoraui ab homibus deueant, areol.8. arom, 5.& 6 & 8 fol.391.& 393 & 403.

Feria VI Poſt Dominica III.

Venit Ieſus *in ciuitatem Samariæ quæ dicitur Sichar. Iuxa prædium quod dedit Ioſeph filio ſuo.* Ioan.4.

IVxta prædium quod Iacob dedit filio ſuo Ioſeph, in honorem eximij Patriarchæ mitteſcit Chriſtus Dominus, ſamaritana ad gratiá recipitur, mirabilia patrantur. Quare monebat Ciril. Alexand. in Amos num.65.*Vehemeter Sanctis opus eſt. Seruant enim vrbes, & Religiones, clade impendente, liberant iram Dei quamtumuis feruentem vita claritudine, & impetus eius iracundiæ inuertentes, nos quaſi retrahentes, &c.* Reliquiæ, oſſa, memoria Sanctorum mundi labentis columnæ marmoreæ, areol.4.arom 8 fol 225.

Hora erat quaſi ſexta. Dimidiata die, ante quam ſol abderet ſe, nec in ocaſum precipitaretur, ſole fortiter extuante, fatigatus ex itinere Dominus ſedebat ſupra fontem, mulierem pectricem expectans. Sed quid eſt in peccatrice hac, quod ita à Domino, inter tot ſcelera reſoluta, recipitur? Satisfacit Chryſoſtom.hom.de Samarit. *Quia quando alij faciebant tempus relaxationis epulis, ciuis, aut quieti incumbentes meridianæ, iſta Hydriam arripiens, laboribus, ac fatigationibus vacans, laborat defatigatur; dum alij dulciter, ac ſuauiter blandiuntur, &c.* Vide illum.

Venit ergo mulier haurire aquam. Vitio, & voluptatibus mulier dedita, ſeptem viros cum habuiſſet, adeo commodi parum acquiſierat, vt nec famulæ dominaretur, quæ hydriam, ad aquã hauriendam portaret. Diabolus non quærit, vt ditet, ſed vt hominem ſpoliet, deſtruat, perdat, areol.6. arom.4. fol.308.

Voca virum tuum. Leniter, tectè Samaritanæ culpam Chriſtus ferit. & licet eius publicam vitam increpet, reprehendat, carpat, blande alicit, ſuauiter trahit; quia Prælatorum ſeueritas lenitate condienda. areol.1.arom.6.fol.21.

Do-

Digitized by Google

5/0

Dominica 4. Quadrageſimæ.

Abiit Ieſus trans mare Galileæ, quod eſt Tyberiadis, & ſequebatur eum multitudo magna. Ioan. 6.

MIraculum ingens patraturus Chriſtus Dominus ciuitatem reliquit, deſertum petit, in habita loca amplectitur: vt nos doceat, magna non in tumultibus, aut mundi commercijs conſequenda. Fugiendus mundus, vt Deus teneatur, areol. 1. arom. 18. fol 62.

Et ſequebatur eum multitudo magna, quia videbat ſigna, & prodigia.

Signa, prodigia operata à Chriſto Domino; virtutes, & miracula, quæ in ipſo prælucebant, cum Deum eſſe, ac diuinum propalabant, omnis eius ſolicitudo patefiebat: quia eo quis proprius ad Dei ſimilitudinem accedit, quo plus virtutibus fulget, areol. 4 arom. 4 fol. 233.

Dixit ad Philipum, &c Philipe vnde ememus panes?

Sapientia increata cum humana prudentia conſilium init, Deus à creatura. Dominus a ſeruo documentum exquirit: Magiſter diuinus Diſcipulum ſuum in conſiliarium adhibet. O quam odibiles Deo ſupercilioſi, ac ſibi ſapientes, qui aliorum Doctrinam abhorrent, ac faſtidiunt, areol. 1. arom. 14. fol. 48.

Vnde ememus panes?

Præclarum exemplar humilitatis: Chriſtus Dominus, qui vt nos ad eam imitandam erudiret, commoneret, ipſum creaturis, quaſi ſubiectus aliquando conſpicitur. Creator creaturæ, Deus hominis quaſi famulus, areol. 2. arom 14. fol. 167.

Vt manducent hi. Non dixit: *Vt manducem ego*, cibum capiam, qui etiam aliquando eſuriebat, Matthæi 14. Et forte, tunc ſimul cum tota multitudine fame affligebatur. *Sed vt manducent hi.*

Sanè, Principes cibari, epulari opipare, plebe fame tabeſcente, nefas, nefas; Ionæ 3. de Rege Niniuitarum. Surrexit de ſolio ſuo, & abijecit veſtimentum ſuum à ſe, & indutus eſt ſacco, & ſedit in cinere. Ambroſ. in Ionam, in enarr. 1. *famem ſibi Rex primus indixit, & ſo us omnium cauſa prior cepit eſurire, quam miles; neceſsè enim erat, vt, qui potentior cunctis fuerat: deuotior fieret vniuerſis, &c.* Pende ea *prior cœpit eſurire quam miles.*

Hinc

Hinc 2. Reg 23. Aquam de Ciſterna Bethlem à tribus fortiſsimis viris adductam ſitiens Dauid renuit viuere cæteris militibus ſiti pereuntibus Indecorum Regibus conuiuari, exercitibus fame confectis, quod docet Chriſtus Domi & ideô præcipit diſcipulis, vt fragmẽta ſuperflua colligant. Quare Chriſoſtom. homil. 41. rogat, quanam cauſa non dedit turbæ, vt ferrent, ſed diſcipulis? Reſpondet: *Quoniam hos magis erudiri volebat, qui totius orbis Magiſtri erant futuri, &c.*

